NAZIONALE VITT. EMANUELE
12
2 D
32
M
DUPL.
1118

Digitized by

LOGICÆ compendium

REVERENDI MAGISTRI CHRISO-ſtomi Iauelli ordinis prædicatorum opere ac doctrina iuxta librorum Logicæ Ariſtotelis ordinem mirabili breuitate confectum.

Tractatuum qui in eo continentur.

Primus eſt de Præcognoſcendis:
Secundus de Partibus propoſitionis;
Tertius de Propoſitione:
Quartus de Quinque Vniuerſalibus;
Quintus de Prædicamentis:
Sextus de Syllogiſmis formalibus;
Septimus de Suppoſitionibus,
Octauus de Ampliationibus & Appellationibus;
Nonus de Conſequentiis:
Decimus de Probationibus Terminorum:
Vndecimus de ſyllogiſmo demonſtratiuo, in quo continetur Ariſtotelis doctrina in lib. poſte.

Quæ omnia nuper, vt fieri potuit, diligentiſsime expolita atque elaborata ſunt.

Venetiis apud Hieronymum Scotum.

1 5 5 4.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

12. 2. D. 32

CHRISOSTOMVS CRESCENTIO SVO BENE AGERE.

ANIMADVERTENS *Creſcẽti fili ſortitum te fuiſſe a ſummo rerum conditore ingenioſum, docilemq; animum tam moralibus, quàm ſpeculatiuis habitibus facile decorandum, nefarium profecto, atque impium quid commiſiſſe me arbitrarer, ſi te quem (ut ita dixerim) intellectualiter genui: & à primis annis probatis moribus formare conatus ſum permitterem iam adoleſcentem uulgaribus terrenis atq; mechanicis ut degenerem & mente depreſſum artibus & ſtudiis inuolui: at rectius dixerim demergi atq; fœdari. Conſtanti igitur atq; inflexibili propoſito ſtatui* Deo *optimo aſpirãte te in limite diſciplinabilis adoleſcentiæ iam cõſtitutum, & in grammaticis græcæ latinæq; apprime eruditum, ad eam, quam appellamus* Logicam *ſiue dialecticam, utpote modum & regulam ſciendi, rectiſſimo calle deducere & erudire. Hæc nãq; unica eſt clauis & ianua ad quoſcũq; ſcientificos habitus. Sine ea cecutiẽs intellectus neſcit quo tendat.* Nam *logica ſecũdum magnum Albertum latitantem ueritatem aperit, errores damnat, falſitatem oſtendit, & rectum lumen, quo in omni ueræ contemplationis opere dirigimur, oſtendit. Hac ut fidiſſimo duce ad phyſicas, mathematicaſq; diſciplinas, & ad diuinam, quàm dicimus* Metaphyſicam*, patebit tibi additus. Sine ea nullus artifex, ſiue practicus, ſiue ſpeculatiuus præualet, & quicũq; abſque* Logica *docent, aut adiſcunt, diſputant aut dictant, ſuadent aut determinant in incertum conceptus & uoces &*

propoſitiones & rationes iactant. Ergo per Logicam omnes, ſine ea nullæ poſſunt uenari, acquiri, & perfecte ſciri artes. Vt autem per rectas ſemitas planas & faciles ingeniolum tuum non ui, ſed natura docilem, iuxta uota mea dirigere ualeam, ne multiplicibus & obſcuris & contra ſeinuicem pugnantibus ſcribentium in hoc negocio tum realiter tum ſophiſtice ſiue terminaliter tractatibus inuoluaris, formaturus ſum tibi atque ordinaturus iuxta mei conſuetudinem & innatam proprietatem totius Logices compendium ad eam, quæ eſt apud Ariſtotelem, & nō aliter Iſagogicum, reſolutum, clarum & ordinatiſſimum. Quod non modo tibi, ſed & pro futuris ſeculis bonarum artium amatoribus quam utile fiet. Hoc tu, tuiq; ſimiles ueluti ſtella immobili & clara duce pedetentim & gradatim ad optatiſſimum philoſophiæ portum deducemini. Ne dubites.

Vale ingeniale decus, nec patiaris
tantos taleſque tui gratia
ſumptos fruſtrari
labores.

REVERENDI MAGISTRI CHRISO-
ſtomi Iauellij Canapicij ordinis Prædicatorum, compendium logicæ Iſagogicum ad eam, quæ eſt apud Ariſtotelem.

ORDINATVRVS Logicę cōpendium ꝓ neophitis intendo non recedere a via Peripatetica. Qd' dico, vt præleruem me a ſophiſtarum captiūculis, quæ magis addiſcentes confundunt, ꝙ̃ dirigant. In quibus nonnulli ꝑ totam vitam laborāt & inſudant. & nunquam ad veras doctrinas pertingunt. Neq; n. vere ſcire deſiderant, ſed id tantū, ꝙ ſecum diſputantes irretiant, atq; decipiant. Erit igitur adoleſcentes præſens compendium vt introductorium ad ea omnia, quæ Ariſtoteles diffuſe in ſingulis ſue logicæ liberis pertractauit.

Diuidemus autem ipſum in vndecim tractatus.

Primus erit, De aliquibus, vt vniuerſalibus principiis præcognoſcendis.

2. De Partibus Propoſitionis.
3. De Propoſitione.
4. De Quinque Vniuerſalibus ſiue Prædicabilibus.
5. De Antepraedicamentis, & Prædicamentis, & poſt prædicamentis.
6. De Syllogiſmo formali.
7. De ſuppōnibus ꝓpriis et impropriis, relatiuis et abſolutis.
8. De Ampliationibus & Appellationibus.
9. De Conſequentiis.
10. De probationibus terminorum.
11. De ſyllogiſmo demonſtratiuo, in quo continebitur tota doctrina Ariſtotelis in libro poſter.

IN hoc primo tractatu agendum eſt de aliquibus vniuerſalibus vt principiis, ſine quorum præcognitione tenderemus in omnibus ſequentibus per incognita. Hæc autem erunt ſeptem, & ſic præſens tract. continebit ſeptem capita.

A iij

Primo q̃s fuerit vere logicę primus & ſufficiẽs author.
2. Quid ſit logica ſiue dialectica.
3. Quod ſit logicæ adæquatum ſubiectum.
4. Quæ ſit Logicæ vtilitas vel neceſsitas.
5. Qualis ſcientia ſit, & ſub qua parte ſcīæ continetur.
6. Quomodo in partes ſuas diuidenda ſit.
7. A quo primo incipiendum eſt in logica.

Quis fuerit vere logicæ primus author. Cap. 1.

IN primo capite declarandũ eſt quis fuerit vere logicæ primus author. Tu igit̃ aduerte, q̃ Ariſt.in.2. lib.Elenchorum.c.vltimo,refert modũ,quo reliquę ſcīæ & artes primo inuentæ ſunt. Deinde quõ ſucceſſu temporis complemẽtum ſuſceperũt. Refert etiam modũ,quo Logica inuẽta eſt primo, & ſufficiẽter tradita.

Quantum ad primum inquit Ariſto. qđ quælibet ſcientia & ars ab aliquibus primis inuẽta quidem eſt: et excogitata: valde tñ imperfectæ, a poſterioribus aũt paulatim et ſubtilius elaborata adeo incremẽtum ſuſcepit, q̃ tandem cõpleta eſt. Tu tñ aduerte, q̃, vt inquit Ariſto. illud primum in qualibet arte & ſcientia inuentum licet paruũ ſit, vtilius tñ ac melius eſt poſterioribus inuẽtis & additis: eſt.n.primum ſcīæ aut artis principium. Licet aũt prima principia inuẽta ſint parua in magnitudine, ſunt tñ maxima in virtute, qm̃ ab ipſis totum pẽdet. Nam ſicut arbor miræ altitudinis virtualiter cõtinetur in paruo ſeminis grano, ex quo gñatur, ſic ars & ſcīa virtualiter cõtinentur in primis ac breuibus principiis, a primis authoribus inuentis. Sicut aũt principium primũ artis & ſcīæ a primo inuentum q̃tuncũq; paruum ſit, eſt tñ optimũ, ſic & difficillimum eſt. neque.n.primus inuentor accepit ab alio, neq; in parte neq; in toto ſed lõga & ſagaci inueſtigatione tandem a ſe inuenit. Hinc eſt, q̃ vt inquit Ariſt. principia prima inuenire ꝑ difficile eſt, facile eſt aũt inuentis addere. Iõ ex Secundo metaphyſicæ agendæ ſunt gratiæ primis inuẽtoribus. Nam, ſi illi non fuiſſent, poſterio-

res arti aut ſciæ non addidiſſent, nec ad complemẽtum perduxiſſent. Hoc igitur modo aliæ artes ſciæ inuẽtæ ſunt, ac ſufficienter traditæ, quia. ſ. primi prima inuenerunt principia. parua quidẽ magnitudine, & pauca numero, ſed maxima & plurima virtute. Deinde famoſiores magiſq; exercitati addiderũt multa, & poſteriores ex multis collegerũt magis certa, ſuperfluis aut incertis aut erroneis reiectis, ſicq; tãdem ars & ſcia huiuſmodi nõ ſolum incrementũ, ſed & complementũ ſuſcepit. Per hũc modum dicit Ariſtoteles in Scđo Elenchorum omnes ſciæ rhetoricæ inuẽtæ & acqſitæ ſunt. Nã poſt primos rhetoricæ inuẽtores ſecutus eſt Theſias, poſt Theſiam Theodorus, poſt illũ multi multa inuenerunt & addiderũt. Hinc ars ipſa maximũ iam habet incremẽtum: & in Scđo Metaphyſicæ exẽplificans de muſica inqt. Nã ſi Timotheus nõ fuiſſet, multã melodiam nõ haberemus. Si aũt phirnis, ſ. nõ pceſsiſſet Timotheũ, Timotheus nõ fuiſſet, ſ. inſtructus ĩ principiis muſicæ, nec eã auxiſſet. Aliæ igit̃ artes & ſciæ, primos habuerũt authores, a qbus prĩcipia. deĩde poſteriores, a quibus paulatim augmẽtũ & ſufficientiũ recepimus.

Quantũ ad ſcđm aduerte, vt teſtatur Ariſto in fine libri ſecundi Elenchorũ, q; licet aliæ artes & ſciæ ante Ariſtotelem inuẽtæ & augmentatæ fuerint p famoſos authores, vt patet de Scia Naturali per Thaletem & Meliſſum & Empedoclem, & Heraclitũ, licet admixtã multis erroribus tradiderint, quos ipſe Ariſt. in oĩbus phyſice partibus reprobat. De mathematicis p Pythagorã & Euclidem antiqſsimos ægyptios. De diuinis p Mercurium Termegiſtũ & Heſiodũ: De moralibus p Socratem & Plat. & ſic intellige de reliquis artibus: tñ logicæ ſciæ ante Ariſtotelem inuẽta non fuit. Nihil n. inuenimus de ea ordinate traditũ, quo vt regula ſciẽdi dirigi poſſet adiſcentis intellectus ad alias ſcias acqrẽdas. Nã, vt legimus apud Platonem in Gorgia et Protagora & Euthidemo ſi logica; q; ſophiſtæ conabãtur

oſtendere ſe habere,nõ ad ſciendũ,ſed ad decipiendum vtebãtur,totũq; ſtudiũ eorum erat reddere diſcipulos vere,ſed apparẽter ſcientes,cũ vere nihil in fine diſcendi retinerent niſi captiunculas,friuolaſq; ac deceptorias rõnes. Hos igitur Socra. et Plato ſemper inſectati ſunt, vtpote non bonarũ artiũ doctores, ſed & deceptores ac illuſores humani ingenij. Verũ,quia nec Socra. nec Plato artem hanc adepti ſunt, iõ doctrinalẽ ordinẽ nec in ſophiſtis reprobãdis, nec in ꝓpriis cõceptibus enucleandis ſeruare potuerunt: & licet potẽtes eſſent ad interrogandũ ſiue dubitandũ, non tñ ad rñdendũ & ſoluendum ꝓpter Logicæ carẽtiam. Vnde Socrates fatebatur ſequidem ſcire interrogare, at rñdere neſcire. Vt igitur vera ſciẽdi regula directiua humani intellectus in artibus & ſciẽtiis inueniret, datus eſt nobis ab authore naturæ, Ariſt. qui ſuo pene diuino ingenio primus logicam veram inuenit, & ꝯm oẽs partes ordinauit, ac ꝑfecit, vt declarabimus infra diuidẽtes logicam deſcriptã ab Ariſt. in partes: et aſsignabimus earum ſufficientiã. Qm̃ igitur Ariſtoteles hãc primus inuenit & perfecit, ideo vt primo inuentori gratiæ habendæ ſunt. Quod & ipſe innuit in fine ſecundi elenchorũ dicens. De rhe
„ toricis erant multa & antiqua dicta. De ſylls autem
„ omnino nihil habuimus prius aliud dicere q; q; attri-
„ tione quærentes per multum tempus laborauimus. Si
„ autem videt nobis conſiderantibus velut eſt his, quæ
„ a principio erant habere artẽ hanc ſufficiẽter ſuper alia
„ negocia, quæ ex traditione adaucta ſunt, reliquum erit
„ omnium veſtrũ, vel eorum, qui audierunt hoc opus,
„ omiſsis quidem artis indulgentiã, inuentis aũt multas
„ habere gratias. Hæc de præſenti capite dicta ſint.

Quid ſit Logica ſiue dialectica. Cap. 2.

IN ſecundo capite ordo doctrinæ requirit, vt manifeſtemus q̃d ſit Logica ſiue dialecti. Oportet.n. in vnaquaq; arte & ſciẽtia præcognoſcere quid ſignificetur per nomen illius ſciẽtiæ, & artis, de qua tra-

ſtandũ eſt, aliter addiſcens ſemper p incognita tẽderet. Verũ anteq̃ deſcẽdamus ad verã logicæ diffinitionẽ, præſcire te oportet quid ſit ꝓprie diffinitio, & q̃uo diſfert a deſcriptione, & ethimologia, & interpretatione: deinde deueniemus ad propoſitum noſtrum.

Tu igitur aduerte, ꝙ in doctrina Ariſtotelis, Diffinitio eſt orõ indicans quid ſit res per eſſentialia. i. p ea, quæ ſunt de eſſentia, & ſubſtãtia rei, & ſine quibus rei natura dari non põt, & hæc eſt vera: & ꝓpriiſsima diffinitio. Ver. gra. Homo eſt aĩal cõpoſitum ex corpore humano, & anima rõnali: hęc eſt vera diffinitio, qm̃ dicit, & manifeſtat naturã hoĩs ſufficiẽter, & facit ipſum differre a quolibet alio aĩali, & datur p ſubſtãtialia hominis, quæ ſunt corpus humanum, & anima rõnalis, & vtrũq; eſt ſubſtantia. Diximus. ꝙ diffinitio eſt orõ: qm̃ ſolus vnus terminus nõ facit diffinitionẽ, ſed oportet ſaltem eſſe duos, quorũ vnus ſit genus, tanq̃ magis cõis, & alter differentia conuertibilis cum diffinito, vt ibi declarabimus in tract. de prędicabilibus: requiritur et copula. i. verbum ſubſtãtiuũ, vt prędicetur diffinitio de diffinito, vt hic. Homo eſt aĩal rationale. Homo eſt diffinitum, animal rõnale eſt diffinitio: per ly eſt, prædicatur diffinitio de diffinito, ex conſequẽti conſtat ꝙ diffinitio eſt orõ. Diximus indicans quid ſit res per eſſentialia, vt diſtinguatur diffinitio vera a deſcriptione, & ethimologia, & interpretatione: eſt. n. deſcriptio orõ indicans quid ſit res per accidẽtalia propria. i. quæ ſoli deſcripto conueniunt: vt deſcriptio hominis eſt hæc, Hõ eſt aĩal ſtaturæ rectæ, riſibile, & beatificabile. Nã ſtatura corporis recta, & riſibilitas, & beatificabilitas ſunt ꝓprietas conſequentes ſolam naturã hoĩs. Quid aũt ſit rei ꝓprietas, & q̃uo emanat a forma rei, & eius ſpecifica differentia dicemus in trac. de prędicabilibus.

In libro Topicorum, & Poſt. & ſeptimo met.

Ethimologia vero eſt manifeſtatio vnius termini minus noti, addiſcenti per alium terminũ magis notum, & prius notum apud eundẽ, ſtando tamen in eodem

Ex libro Etimologiarum Iſidori.

idiomatæ: vt qñ exponimus hãc terminum ſol, quaſi ſolus lucens: & cœlum, quaſi oĩa inferiora cælans ſiue tegens: & lepus quaſi animal leuium pedum.

Interpretatio autem eſt vnius termini declaratio ex vno idiomate in alio. vt chirios græce eſt dominus latine: & phyſis græce eſt natura latine. & in hoc ſenſu omnis ſermo ex vno idiomate verſus in aliud dicitˀ interpretatus: & verſio eſt translatio ſiue interpretatio, & vertens dicitˀ interpres, ſiue trãslator. Conſtat igitur q̃uo per ly eſſentialia differt vera diffinitio a deſcriptione, & ethimologia, & interpretatione.

His declaratis accedẽdũ eſt ad diffinitionẽ verã logicæ, & deſcriptionẽ, & ethimologiã, & interpretationẽ.

Quantũ ad veram diffinitionẽ ſic vniuerſaliter diffinitur. Logica eſt ſcĩa rationalis diſcretiua veri a falſo.

Dicitur ſcientia rõnalis vt diſtinguatur a ſcientiis, & artibus realibus, quales ſunt Phyſica, Mathematica, & Metaphyſica &c. Quare autem, & q̃uo ſit ſcientia rationalis declarabitur tibi in cap. quinto.

Dicitur diſcretiua veri a falſo, vt in hoc diſtinguatur a cæteris ſpẽbus ſcientiæ rõnalis, quæ ſunt Grãmatica, Rheto. & Poetica. Nam Grãmatica regulat intellectũ, & verſatur circa ſermonem congruũ, & incongruum. Rhetorica circa ſermonẽ comptum, & incomptũ ſiue ornatum, & inornatũ. Poetica circa ſermonẽ delectabilem, & indelectabilẽ. Logica vero facit intellectũ diſcernere inter ſermonẽ verum & falſum. Nã, vt tibi declarabitur, per logicam ſcire poteris, quę oro ſit vera, aut falſa. idem intellige de diffinitione, de deuiſione, de cõſequentia, de ſyllo, de quocũq; alio modo argumẽtandi. De vero aũt, & falſo grammaticus, vt grãmaticus, ſimiliter rhetoricus & poeta vt ſic, non curant. ſufficit enim Grammatico ſi orationẽ cõgrũam fecerit, & Rhetorico ſi ornatam, & poetæ ſi delectabilem, ſi aũt cum hoc ſit vera, erit ſibi per accidens.

Quantũ ad deſcriptionẽ, ſic deſcribi conſueuit. Lo-

gica eſt omnium artium, omnium ſcīarum aptiſsimū inſtrumentum, ſine qua nulla ars nullaqꝫ ſcīa perfecte ſciri pōt. & hæc quidē deſcriptio ſequitur ex præmiſſa diffinitione. Nam ſicut ex eo qđ homo eſt animal rōnale eſſentialiter, ſequitur ꝙ ſit aīal riſibile, & diſciplinabile vt ꝓprium ſibi: ſic ex eo ꝗ Logica eſt ſcīa rōnalis diſcretiua veri & falſi, ſequitur vt ſibi ꝓprium, ꝙ ſit noſtro intellectui in acqrēdis cæteris artibus, & ſciētiis aptiſsimum inſtrm̄. Huic deſcriptioni conſonat ea quæ ſolet aſcribi diuo Auguſt. & hæc eſt, logica eſt ars artium, & ſcientia ſcientiarum, qua aperta oēs aperiuntur, & qua clauſe omnes aliæ clauduntur. Eidem cōcordat ea, quæ formatur a Petro Hiſpano in principio ſummularum ſuarum ſub noīe dialecticæ. Sumit aūt dialecticam ꝓ tota logica, & non pro parte topica, de qua acturi ſumus in octauo trac. Sic aūt deſcribit eā. {Dialectica eſt ars artium} .i. directiua intellꝫ vt regula acquirendi alias artes. {& ſcīa ſcientiarum} .i. directiua eodem modo intellꝫ in acquirēdi aliis ſciētiis {ad oīum methodorum} .i. ſcīarum {principia viam habens.} Nam logica dat nobis viam, & modum cognoſcendi principia aliarum ſcientiarū, ex principiis autem cognitis acquirimus ſcīam pendentem ex ſuis principiis cognitis per logicam. Via aūt, ꝙ dat nobis Logica ad cognoſcendum principia omnium ſcīarum, eſt ars diffinitiua, diuiſiua, inductiua, argumētatiua, de quibus oībus pertractat Logica, vt declarabimus in locis ſuis.

Et aduerte, ꝙ ſciētias appellat methodos, eſt autem methodus ꝓprie apud græcū, ꝙ latinus ꝓprie appellat callem: eſt aūt callis via ſtricta, breuis & recta, cito ducens viatorem ad optatum terminū. Tranſumptiue igitur ſcīæ acqſitæ ꝑ Logicam dn̄r methodi: qm̄ ꝑ Logicā breui tpe, & recte ac vere addiſcunt. Hinc patet, ꝙ q abſqꝫ Logica doceat aut dictāt, & ſcribūt & q addiſcunt ſemꝑ inordinate, & infinita ꝑplixitate ꝓcedūt, nec vnquā ad verā, & firmā rei notitiā ꝑueniūt, nec ſe

in dubiis reſoluere, nec cõtra impugnantes ſe defenſare poſſunt. Optimum eſt ergo ante omnes ſcientias logicam acquirere, nec cum logica velle alias ſimul acquirere. Dicit enim Ariſto. in ſecũdo metaphyſicæ ꝙ abſurdum eſt ſimul quærere ſcientiã, & modũ ſciendi: & per modũ ſciẽdi, vt dicit Commentator Auer. intẽdit logicam, quæ dat modos gñales, & regulas, ſecũdum quas in qualibet ſcientia ꝓcedendum eſt. Has aũt regulas docebimus in tract. ſexto. & vij. & viij. & x. Conſtat igiť tibi quid ſit Logica diffinitiue, & deſcriptiue.

Quantum ad ethimologiã, & interpretationẽ eius, aduerte, ꝙ logica q̃tum ad id, a quo nomen imponiť apud græcũ, interpretať de ſermone ſcĩa apud latinũ: eſt n. logos ſermo: ethicos ſciẽtia: & vt ſic niſi aliud addatur cõis eſt grammaticę, & rhetoricæ, & poeticæ, & logicæ ꝓprie dictæ. omnes. n. ſunt ſcientię de ſermone ſed diuerſa rõne, vt docuimus ſupra. Quantum aũt ad illud, cui nomen imponitur, interprætãda eſt Logica ſcientia de ſermone vero, & falſo, & ſic eſt ſciẽtia diſtincta a Grammatica, & Rhet. & Poetica, contẽta tñ ſub Logica vniuerſaliter dicta, vt eſt ſcĩa de ſermone &c. Et qm̃ conſiderare ac pertractare habemus de Logica directiua veri, & falſi, & non abſolute, & vniuerſaliter dicta, ideo ſua ethimologia ac interpretatio erit hæc, vt non detur p manifeſtiora, logica eſt ſciẽtia ſermonis veri, & falſi in qualibet ſciẽtia, & arte diiudicãdi, vt ab his, quę videnť primo aſpectu vera, & non ſunt, & ab erroribus ac falſis liberemur, vt veritatẽ defenſare, falſitatem impugnare, ſophiſticas rõnes cõtra verum ſoluere diſcamus, & rectum limitem in omni rõnis opere proſequi ac cõſeruare. Dialetica vero exponitur a Petro Hiſpano quaſi duorum ſermo vel rõ: ſcilicet arguẽtis, & rñdentis in diſputatione. Verum melius eſt, vt exponatur dialetica quaſi diſputatiua: deriuať enim apud græcum a dialegome, ꝙ eſt diſputo latine. Hæc de præſenti capite dicta ſint.

Quod ſit eius ſubiectum circa quod verſatur. Cap 3.

IN tertio cap. inueſtigandum eſt qđ ſit ſubiectũ in Logica, circa ꝙ verſaẽ. Sed anteq̃ deſcẽdamus ad reſolutionẽ ꝓpoſiti duo ꝓponẽda ſunt, prĩo quot modis cõſueuit accipi ſubiectũ in doctrina Ariſt. Scđo q̃s cõditiones oportet attribuere ſubiecto ſcīe, & artis.

Quantum ad primum aduerte, ꝙ ſubiectum dicitur quadrupliciter, primo de eo, ꝙ præponitur verbo in oratione, vt homo eſt aīal, homo apud Logicum dicĩ ſubiectum, animal dicitur prædicatũ, eſt dicĩ copula: & aduerte qđ id, ꝙ dicit grammaticus ſuppoſitum, dicit logicus ſubiectum, & qđ dicit appoſitum, dicit Logicus prędicatũ, & ꝙ dicit verbum, dicit logicus copulam. Copulat. n & coniungit verbum prædicatũ cum ſubiecto. Scđo dicitur de omni ſubſtãtia, quæ in ſe recipit aliq̃ formam, vel accidens, & in hoc ſenſu dicimus manum eſſe ſubiectũ caloris, quia in ſe recipit calorẽ, eodem mõ lapis in quo fit figura Mercurij dicitur ſubiectum figuræ. Corpus in quo recipiẽ anima, dr̃ ſubiectum animæ. Intellectus in quo recipitur ſciẽtia dicitur ſubiectũ ſcientiæ. Tertio dr̃ de partibus materialibus, ex quibus aliq̃d componiẽ, & in hoc ſenſu lapides, & ligna, & claui, & cæmentũ dicunẽ ſubiectũ domus, vt ꝑ eodem ſumatur ſubiectũ, & materia ex qua res fit. Quarto dr̃ de eo, circa ꝙ agendum aut curãdum, aut cognoſcendũ intẽdit homo: & in hoc ſenſu domus eſt ſubiectũ ędificatoris, dum fabricatur: corpus humanũ eſt ſubiectũ medici dum medicatur: cœlũ eſt ſubiectũ aſtronomi dum circa ipſum ſpeculaẽ: ens mobile ſiue corpus mobile eſt ſubiectũ phyſici &c. Et dr̃ ſubiectũ circa qđ verſatur artifex, & ſciẽs ſiue ſpeculans, & cõſiderans. Relictis aliis modis ꝓ nũc, intendimus declarare ꝙ ſit ſubiectum logicæ iuxta quartum modum.

In. 1. lib. Periher. me & 1. Priorum.

In Præd. capitu de ſubſtãtia.

7. Meth.

1. Poſte.

Quantũ ad ſcđm aduerte, ꝙ ſubiectũ ſumptũ quarto mõ tres oportet habere cõditiones ſimul iũctas, ita ꝙ ſi vna deficit, nõ erit vere ſubiectũ. Prĩo oportet eſſe

principale cõſideratũ ĩ ſcia. Vñ nullũ ſecũdario aut cõſequẽter cõſideratũ põt eſſe vere ſubiectũ in ſcia. Ver. gra. In arithmetica par & impar, binarius aut ternari⁹, aut quæcũq; alia numeri ſpẽs nõ pñt eẽ vere ſubiectũ, ſed numerus vt numer⁹: primo .n. & principalr̃ cõſiderat de numero, ꝯñr aũt de ꝓprietatibus & ſpẽbus numeri: ſcđo oportet ꝙ oĩa cõſiderata ĩ arte aut ſcia, cõſiderenᷣ nõ ſcđm ſe, ſed ĩ ordĩe ad ipſum. Ver. gra. Iõ domus eſt ſubm̃ artis ędificatoriæ, qm̃ circa ipſam edificãdã artifex prĩcipalr̃, & prĩa intẽtione intẽdit, & ĩ ordĩe ad ipſam cõſiderat lapides vt ſunt apti ꝯſtruere domũ, ſilr̃ & ligna & alia &c. Nõ n. cõſiderat lapides ut ſunt inaĩati neq; ligna vt vegetabilia, neq; clauos ferreos vt minerales hęc. n. ad cõſideratione phyſici ꝑtinẽt, ſed vt partes aptæ, ex qbus cõſtruaᷣ & firmeᷣ dom⁹. Tertio oportet vt ꝓ ſubm̃ ſciæ, & artis ſufficiẽter differat ipſa a quacũq; alia. iõ grãmatica differt a rheto. qa in ea ſubiectũ eſt oro cõgrua, ĩ rhetorica aũt oro cõpta: & arithmetica differt a geometria, qa in ea ſubm̃ eſt numerus, in geometria aũt q̃titas cõtinua diuiſa ĩ lineã, & ſupficiẽ & corpus, vt declarabimus in p̃dicamẽto q̃titatis.

His prænotatis aduerte, ꝙ cũ Logica ſumaᷣ duplr̃, vt ſupra iã diximus, ſ vniuerſaliſsime, et ꝓprie: vniuerſaliſsime quidẽ, vt ſub ſe cõtinet grãmaticam, & rheto. & poeticam & logicã argumẽtatiuã. Proprie vero vt eſt ſcia diſtincta a prædictis. & dicitur ſcientia rõnalis; argumentatiua: ſubiectũ in illa vniuerſaliſsime ſumpta eſt ens rõnis. i. ens fabricatum ab intellectu, & nõ habet eſſe extra intellectũ, quales ſunt termini ſiue dictiones componentes orõnem congruam, aut ornatã, aut delectabilem, aut veram, & ſuũ oppoſitũ: & argumẽtatio quæ componitur ex ꝓpõnibus modo quo dicemus in tractatu ſexto. Et quidem ꝙ ens rõnis ſit ſubiectũ in Logica vniuerſaliſsime ſumpta ꝓbaᷣ ſic. Sicut ſe habet ſcia realis, vt Phyſica, Mathem. & Metaphyſica ad ens reale, ꝙ eſt ens extra intellm̃, vt hõ, terra, cœ-

lum &c.ſic ſcia rationalis ſe habet ad ens rõnis:ſed ſcia realis verſatur circa ens reale, vt ſubiectũ:ergo ſcia rationalis circa ens rõnis. Sed logica vniuerſaliſsime ſumpta eſt ſcia rõnalis, vt dicemus infra:ergo ſubiectũ Logicæ vniuerſaliſsime ſumptæ eſt ens rõnis. Subiectum autem Logicæ ꝓprie ſumptæ eſt ens rõnis ſub diſcurſu intellectus, ꝙ eſt idem ꝙ argumẽtatio. Et probatur ſic. Idem eſt ſubiectum in tota ſcientia rõnali, & in qualibet eius parte ſub diuerſa tñ rõne:ſed ens rationis eſt ſubiectum in tota ſcia rõnali, quæ eſt logica vniuerſaliſsime ſumpta:ergo & ĩ qualibet eius parte ſub diſtincta rõne. Partes aũt totius ſcientiæ rõnalis ſunt grãmatica, cuius ſubiectum eſt ens rõnis congruum, & incongruum: & Rhetorica, cuius ſubiectum eſt ens rõnis ornatum, & inornatum: & Poetica, cuius ſubiectũ eſt ens rõnis delectabile, & indelectabile: & logica ꝓprie dicta, cuius ſubiectum eſt ens rõnis rõcinatiuum, qđ eſt idem ꝙ argumẽtatio Præterea, vt videbis infra, tractabimus de terminis, & noĩe, & verbo ꝑ reſpectum ad orationem, qm̃ ſunt componentes orõnem: & de oratione per reſpectum ad ꝓpõnem: & de ꝓpõne per reſpectum ad argumẽtationem, & illic erit ſtatus. Cum igitur omnia conſiderata in Logica ꝓprie dicta cõſiderentur in ordine ad argumẽtationem, ſequitur, argumentationem, quæ eſt idem cũ ente rationis diſcurſiuo, vt ita loquar, eſſe in ea ſubiectũ. Hæc de præſenti cap. dicta ſunt, ne ingeniũ nouitij confundamus. Nam quid ſit ens rationis, & ens reale abundãtius dicemus in principio tractatus quarti.

Quæ ſit Logicæ Vtilitas, & Neceßitas. Cap. 4.

IN quarto cap. declarandũ eſt, ſi Logica ꝓprie dicta eſt nobis vtilis, & neceſſaria. Sed, anteq̃ ad reſolutionem ꝓpoſiti deſcendamus, manifeſtãdum eſt q̃bus modis aliquid ſit vtile, & neceſſarium. Tu igitur aduerte qđ vtile eſt illud, ꝙ propter aliud appetitur, vt deſeruiat appetẽti conſequi optatum. Sic æquus dicitur *In. 1. met capitu. de neceſſari.*

1. Ethic. vtilis, quia deſeruit ſeſſori in delatione ꝓpriæ perſonę, aut alicuius oneris. Vtile aũt eſt aliquid duobus modis. Primo aliquid dicitur vtile, ꝙ licet in ſe, & ẜm ſui naturam non ſit appetibile, nec amabile, ĩmo abhominabile. tñ in ordine ad aliquem finem amatum conſequendum eſt appetibile. Hoc modo medicina fætida & abhominabilis, dicitur vtilis, pro q̃to deſeruit infirmo ad conſequendam ſanitatem, quæ alias nullo mõ eſt appetibilis: ſecundo aliquid dicitur vtile, ꝙ eſt in ſe eſt appetibile, & per reſpectum ad alterum conſequendum. Hoc modo medicina delicata, & odorifera eſt vtilis, qm̃ non ſolum in ordine ad conſequendam ſanitatem, ſed etiam ſecundum ſe eſt amabilis.

Neceſſarium dicitur aliquid, ſine quo res non põt eſſe aut fieri aut acquiri aut ſeruari, vt cibus eſt neceſſarius nolenti viuere, & nauis neceſſaria volenti transfretare. Hoc aũt licet pluribus modis dicatur, ꝓ nunc ſufficiẽt duo modi; primo aliquid eſt neceſſariũ, ſine quo res deſiderata non poteſt abſq; maxima difficultate acquiri. Sic equus dicitur neceſſarius eunti in Franciam, qm̃ & ſi pedeſter poſſet ire, id tamen ſumme difficile ſibi foret. Secundo aliquid eſt neceſſarium, ſine quo vllo modo poteſt finis intentus haberi. Sic cibus eſt neceſſarius, ſimiliter, & reſpiratio intendenti viuere.

His præhabitis dico ꝓ reſolutione ꝓpoſiti, ꝙ Logica nõ eſt vtilis primo mõ: nã licet in ſe ſit aſpera & difficillima addiſcẽti, tñ in ſe nõ eſt abhominabilis, cum ſit vera ſcĩa & perfectiua ac acuitiua ingenij, vt alias declarabimus. Cũ igitur ſcire vniuerſaliter ſit nobis appetibile, ſequitur ꝙ logica in ſe ſit appetibilis, ſicut grãmatica, & rheto. ex cõſequenti nõ eſt vtilis primo mõ, eſt autem vtilis ſecũdo mõ, qm̃ & ſi in ſe ſit appetibilis, tñ ex ſua prima inuẽtione ordinaẗ vt deſeruiat intellectui in acqſitione aliarũ ſciẽtiarũ, & iõ eſt vtilis ſcđo mõ: eſt n. Logica intellectui inquirenti, & venanti veritatẽ in aliis ſcientiis, ſicut canis ſolertiſsimus venatori.

Quod

Quo ad neceſsitatem aliqui dicunt ipſam neceſſariã primo mõ, & etiam ſecũdo. Arbitrantur n. ꝙ ſine Logica nulla ſcĩa poteſt omnino acquiri, ſicut ædificator ſine arte nõn põt ædificare. Sed id non videtur rõnabiliter dictum nam ante Ariſt. inuentorẽ Logicæ, vt ſibi attribuit, apud Aegyptios & Arabes & Græcos ſapiẽtiſsimi fuerũt, & præcipue in Mathematicis, vt teſtatur Ariſto. in Procemio Metaphyſices, & Iuriſtæ habent ſcientiam ciuilem, & tñ nõ incumbunt ſtudio Logicę, & iõ melius eſt ſic diſtinguere Logica eſt duplex. i. naturalis & artificialis: naturalis eſt diſcurſus innatus cuilibet vtenti rõne Nam, cũ diſtinguatur homo ab intelligẽtis ex eo, ꝙ illæ ſunt mere intellectuales, homo aũt rõnalis, illæ ſimplr̃ intelligunt, homo aũt cum diſcurſu. hinc euidemus idiotam loquẽtem formare cõſequentias conditionales, ſyllm̃ ex poſitorium, & multis modis arguere, et hac naturali via argumẽtatiua ꝓceſſerũt antiqui & ꝓcedunt iuriſtę. Verũ, quia natura p artem perficitur, et ſine arte valde defectabiliter operaꝛ̃, vt patet in cantante, ſiue citharizãte ex naturali habitudine, anteq̃ artem muſices addiſcat: iõ Logica artificialis neceſſaria eſt primo modo, naturalis aũt ſecũdo mõ. Nã artificialis dans modũ recte & abſq; errore definiẽdi, diuidẽdi, argumentãdi, ac rñdendi, diſponit & facilitat intellectũ, vt prompte, & expedite, & ordinate, & reſolute ſe exerceat in prædictis actibus, quibus venaꝛ̃, veritatẽ, & falſitatẽ deuitat, & ſine his, ſumma difficultate, & lõgiſsimo tp̃e, & admixtione multorum errorum verũ ipſum attinget. ergo ei eſt neceſſaria Logica primo mõ. ſc̃do autem modo Logica nãlis eſt neceſſaria, qm̃ hominis natura non ſimplr̃ intelligẽtia, ſed diſcurſu a noto ad ignotum ꝓcedit. Vnde dixit Ariſt. in primo metaphyſicæ, ꝙ hoĩum genus arte & rõnibus .i. argumẽtationibus niuit. i. operatur. Vtraq; aũt Logica eſt argumentatiua, ergo conſtat qũo eſt vtilis & qũo neceſſaria. Hæc de præſenti cap. dicta ſint.

Qualis ſcientia ſit Logica, & ſub qua parte ſcientiæ vniuerſaliter diuiſæ locanda ſit. Cap.5.

IN quinto cap. manifeſtandum eſt, qualis ſit ſcientia logicæ, & ſub qua parte ſciẽtiæ vniuerſaliſsime diuiſæ contineatur. Ne igitur oporteat idẽ ſæpius inutiliter repetere, prçponemus in primis vniuerſalem ſcientiæ, ſiue philoſophiæ (vt volunt alíj) diuiſionem. Deinde determinabimus propoſitum.

Ex.6.metha. Quantum ad primum aduerte, ꝙ ex doctrina Ariſtotelis colligiť hæc vniuerſalis philoſophiæ, ſiue ſcientiæ diuiſio.

Scientiarum, alia ſpeculatiua, alia practica.

Speculatiuarum, alia realis, alia rationalis.

Realium ſpeculatiuarum, alia phyſica, alia mathematica, alia metaphyſica.

Rõnalium ſpeculatiuarum, alia grãmatica, alia rhetorica, alia poetica, alia logi. ſiue dialect. i. diſputatiua.

Practicarum alia actiua, alia factiua.

Practicarum actiuarum, alia ethica, alia politica, alia œconomica.

Practicæ factiuę diuiduntur in artibus, quas famoſe dicimus Mechanicas, & communiter ſunt ſeptem, ſcilicet lanificium, militia, nauigatio, agricultura, medicatio, venatio, & ars fabrilis. Ad has reducuntur omnes aliæ, vt facile cognoſcere poteris.

Et ne hæc diuiſio ſit penitus incognita nouitio, dicemus cõpẽdioſe quid ſit vnũquodq; prædictæ diuiſionis membrũ, donec ad philoſophiã trãſeamus. Tũc.n. exacte de vnoquoq; mẽbro quid ſit, & quid ſub ſe cõtineat pertractare intẽdimus. Tu igiť aduerte, ꝙ apud Ariſtotelem (vt docet in libro ſexto Ethicorum.) Sciã, vt diſtinguiť ab opinione, & a fide, eſt certa, & euidẽs rei cognitio, q̃ intellectus acquirit per ſylľm demõſtratiuum, vt declarabimus in tractatu decimo: per hoc ꝙ dicitur certa cognitio, diſtinguitur ſciẽtia ab opinione. Quæ.n. opinamur non firmiter cognoſcimus, nec eis

adhæremus niſi cũ formidine alterius a partis. Per hoc ꝙ dicitur euidens cognitio, diſtinguitur a fide. Nã ea proprie credimus, q̃bus firmiter eſſentiamus, licet ſint nobis immanifeſta: vt credimus Deum creatorẽ mũdi in tempore, licet potuerit eum creare ab æterno.

Scĩa ſpeculatiua eſt illa, cuius finis eſt ſcire ſiue cognoſcere ſubiectum ſuũ: vt ſciẽtia de cœlo, de Deo, de anima &c. eſt ſpeculatiua. Neq̃.n. per noſtrum ſcire poſſumus Deum, aut cœlum, aut animam operari.

Scĩa practica eſt illa, cuius finis non eſt tantum ſcire ſed operari circa obiectũ ſuum: vt ſcientia medicatiua & domificatiua: neq̃.n. addiſcens ædificare cõtentatur ſcire ædificare, ſed intendit ædificare.

Scientia ſpeculatiua realis eſt illa, quæ verſatur circa ens reale, ꝙ habet eſſe extra intellectũ: qualia ſunt corpora naturalia & cœlum & diuinæ ſubſtantiæ, & q̃titas continua & diſcreta.

Scĩa ſpeculatiua rõnalis eſt illa, quæ verſatur circa ens fabricatum ab intellectu. & ꝙ non haberet eſſe niſi exiſteret intellectus: quales ſunt termini & dictiones, ex quibus cõponitur oratio, & ex orõnibus componitur argumẽtatio, ſilr omnis ſermo congruus & incongruus, ornatus & inornatus, delectabilis & indelectabilis, verus & falſus. Hæc .n. omnia non eſſent niſi intellectus ea fabricaret, intellectus autem eſt ratio, ideo dicuntur ens rationis, i. ens fabricatum a ratione.

Scientia ſpeculatiua realis phyſica eſt illa, quæ verſatur circa ens mobile, ꝙ eſt ens naturale, vt cœlum & elementa, & elementata.

Scientia ſpeculatiua realis Mathematica eſt illa, quæ verſatur circa ens quantum continuum & diſcretum. Quantum continuum eſt linea, ſuperficies, corpus, & omnes ſpecies figuram, & de his omnibus pertractat Geometria. Quantum diſcretum eſt numerus: & de numero, ac proprietatibus numeri pertractat Arithmetica,

Quid autem ſit Grammatica & Rhetorica & Poetica & logica, in quas diuiditur ſpeculatiua rõnalis, & circa quæ verſentur, iam diximus ſupra.

Practica actiua eſt illa, quæ verſatur circa humanas operationes regulãdas, vt bene ac moraliter fiant.

Eſt enim Praxis operatio alterius potentiæ ab ĩtellectu, cuius practica directiua ẽ.

Practica actiua ethica eſt, quæ regulat ꝓprias operationes cuiuslibet hoĩs volẽtis bene & virtuoſe viuere.

Politica autem ꝙ latine, dicimus ciuilem eſt quę regulat ex regentis prudentia publicas & ciuium actiones vt iuſte & pacifice fiant.

Oeconomica vero, ꝙ domeſticam, aut familiarẽ dicimus latine eſt, quæ regulat ex patris familias prudẽtia & authoritates operationes totius familiæ, ſm qđ vnũquodq; familiæ gradũ decet: gradus aũt ſunt vir, & vxor, parẽtes & filij, dñs & ſeruus: ex his .n. integraꝛ familia in ſpẽ humana, vt docet Ariſt. in .1. Politicorum.

Practica factiua eſt illa, quæ verſaꝛ circa artificia manualia, quæ cõiter exercentur plebeis animis gratia lucri, & nõ gratia perficiendi intellectũ. nec aſſequendi felicitatem: & iõ dicuntur mechanica, quia faciunt hoĩm intendere extra ſe, & non intra ſe, ſicut adulter quærẽs alienam diſsipantem, & relinquẽs ſibi ſociatam ad bonum proprium & conſtitutionem familiæ. Diſtinctio autem ſua in ſeptem artes mechanicas notiſsima ac vulgatiſsima eſt, iõ eam pertranſeo. Conſtat igitur tibi vniuerſalis ſcientiæ, ſiue philoſophiæ diuiſio, & cõpẽdioſe quid ſit quodlibet diuiſionis membrum. Dixi cõpendioſe, qm̃ ſi ad vnguem & per oĩa vellem de his tractare, nouicij ingenium, qui ex ſimplici grammatica ſe ad Logicam transfert, nõ docerem, ſed confunderem. Intendo aũt Deo propitio in philoſophia naturali, & metaphyſica, & morali, & politica, & œconomica peripatetica reſolute & diffuſe de ſingulis ptractare Nũc ſufficit velut paruulis cibum leuiorem ꝓpinare, donec ſolidiorem naturæ virtus ferre valeat. His prænotatis facile tibi conſtare põt, qualis ſcĩa ſit logica, & ſub qua

ſpecie diuiſionis gñalis ſcientiæ contineatur. nam ſi interrogeris, qualis ſcientia ſit, rñdendum eſt qđ rõnalis & non realis, ratione iam aſsignata. Item rñdendum ꝙ ſpeculatiua & non practica: & ſi obiiciatur, ꝙ nõ quęritur gratia ſui, ſed gratia acquirendi alias ſcientias ꝑ argumentationem, rñdendum eſt qđ non propter hoc impeditur quin ſit ſpeculatiua, nam qñ dicitur qđ ſcia practica eſt illa, quæ ordinatur ad opus. intelligendum eſt ad opus qđ ſit alterius potentiæ q̃ intellectus, puta ſit actus volũtatis, aut manus aut pedis. Si aũt ordinatur ad regulandum opus intellectus, puta qũo formãda ſit orõ affirmatiua, aut negatiua, qũo argumẽtandum ſit ad ꝓbandum cõcluſionem phyſicam vel mathematicã nõ obſtat qn ſit ſpeculatiua, aliter nec Arithmetica eſſet ſpeculatiua, ordinatur .n. ad numerationẽ quęeſt opus intellectus: ſilr Aſtronomia nõ eſſet ſpeculatiua, qm̃ ordinatur ad menſurandum q̃titatem cœli & ſtellarum & eorum motum. Eodem mõ nec grãmatica nec rhetorica eſſent habitus ſpeculatiui, cũ vna ordinetur ad formãdum ſermonem congruum & vitãdum incõgruum, altera ad formãdum ſermonem ornatum, & vitãdum inornatum. Conſtat igitur qualis ſcia ſit Logica, & ſub qua parte ſciæ vniuerſaliter diuiſæ contineatur. Hæc de præſenti cap. dicta ſint.

Quomodo logica in partes ſuas diuidenda ſit. *Cap. 6.*

IN ſexto cap aduerte, antequam deſcẽdamus ad diuiſiones Logicę, ꝙ oĩs recta & valida diuiſio debet eſſe per membra oppoſita: vt hic, colorum alius albus, alius niger. Si aũt dicatur, hoĩm alius albus, alius magnus, diuiſio nõ eſt valida, qm̃ non opponuntur album & magnum, qm̃ ſtant ſimul in eodem. Membra autem diuiſionis validæ non ſe compatiũtur in eodẽ, ſed ſi vnũ affirmatur, alterum negatur ab eodẽ. Verbi gratia. Si ſortes eſt magnus, ergo non eſt paruus. Non ſequitur autem qđ ſi ſortes eſt albus, nõ ſit magnus, qm̃ poteſt eſſe magnus & albus. Item membra validæ

diuiſionis debent ſufficiēter euacuare diuiſum, ita ꝙ ni hil contineat̃ ſub diuiſo, ꝙ non contineatur ſub aliquo membro diuiſionis. Vnde hæc diuiſio eſt valida, Aīa- lium aliud rōnale, aliud irrationale. non.n poteſt inue- niri animal quin ſit rōnale, aut irrationale. Hæc autem non eſt valida, animaliū aliud bipes aliud quadrupes. nam inuenitur animal, ꝙ nullum habet pedem. vt ver mis, aliud eſt quintupes & aliud octupes &c Oportet igitur ſic diudiere Logicam, ꝙ partes diuidentes ſint oppoſitæ, & ſufficienter euacuent diuiſum.

Tu igitur aduerte, qđ in doctrina Ariſto. fundatur triplex diuiſio logicæ.

Prima eſt hæc, Logicæ alia naturalis, alia artificialis ſiue ingenioſa. naturalis eſt inditus diſcurſus, quo natu raliter homo vtit̃ in cogitādo de agēdis, & per ſermo- nem explicādo conceptus ſuos ac conferendo. Cōpo- nit.n. ex ſuo ingenio or̃ones ex terminis, & ꝓpōnes & varios modos arguēdi format, modo ſyllm̃. modo enthymema, mō inductionem, mō ab exēplo. Et hac quidem naturali logica regulati fuerūt antiqui in ſpecu lationibus ſuis, & eadē regulātur ciuiles, & negociato- res, & litigātes, et artifices mechanici, et breuiter oīs hō rōne vtens. Et hæc qdē naturalis logica eſt innata prō- ptitudo ad talē diſcurſum, ita qđ nō ab alio acqritur, ſed rōnale aīal naturaliter cōſequitur, inæqualiter iux- ta maioris ac minoris ingenij differētias. Nā ſunt aliqui adeo depreſsi ingenij, ꝙ vix vno gradu deprehēdūtur differre a bruto, iſti ꝓ maiori parte nō logica naturali, ſed inſtinctu et motu paſsionū, more aīalium operant̃. Quidam aūt ſunt, qui vt diuini apparent, & adeo vi- gent ingenio & ſubtiliter intellectus, ꝙ videt̃ eis ſuffi- cere promptitudo naturalis diſcurrendi, argumētādi, & reſpondendi. Medij autem ſunt innumeri.

Logica aūt artificialis ex qua ex ingenio & lōgo vſu hō adinueuit ſub certis regulis infallibilibus, modos & ſpēs ꝓpōnū (de qbus dicemus infra) & certas regulas,

quibus diſcernimus vtiles modos arguẽdi ab inutilibus & verum modũ definiendi, diuidendi, & determinandi dubia ꝓpoſita ſm ſubiectam materiã, vt declarabimus in ſuis ꝓpriis tractatibus: & hæc eſt ꝙ Ariſt. dicit in Secundo Elenchorum ſe inueniſſe & compleuiſſe, & de qua nunc pertractaturi ſumus.

Scđa diuiſio eſt hæc, Logica artificialis diſtinguiẗ in docentem, & vtentem. Docẽs quidẽ eſt, quę tradit formam definiẽdi terminos, et cõponendi veras ꝓpões, & ex eis per certos modos & figuras formandi veros ſyllõs et conſequẽtias & alia argumentandi genera, de quibus loquemur infra & cõiter nõ a ꝓprio ingenio, ſed a docente acquiriẗ. Hæc eſt ꝙ diximus regulare intellectum in aliis ſciẽtiis acquirendis, de qua diximus ꝙ ad oĩum methodorũ principia vim habet. Logica vtens, eſt ipſamet docẽs, ꝙ poſtꝙ didicimus, applicamus aliis ſciẽtiis acquirendis, vt optimum inſtrumẽtũ regulatiuum intellectus in definiẽdo diuidẽdo, verum a falſo diſcernẽdo, in deducendo cõcluſionis ex ꝓpriis principiis, vt tibi manifeſtũ erit in philoſophia naturali. Neqꝫ.n. ſcires definire neqꝫ diuidere ens mobile, neque probare proprietates ſubiecti ſciæ naturalis, niſi in Logica didiciſſes modum definiẽdi, diuidẽdi, & demonſtrandi. ¶Tu tñ aduerte, ꝙ licet ſit eadem realiter, ratione tamen diſtinguitur inquantũ docens, & inquãtum vtens. Nã inquantum docẽs cõſideratur in ſe, inquantum vtens reſpicit alias ſcientias.

Tertia diuiſio eſt hæc: Logica docens ſufficiẽter diuiditur in tres partes. Pria eſt, in qua tractaẗ de terminis incõplexis & hęc diuiditur in duas In prima cõſideraẗ de terminis ſecũdæ intẽtionis, & iſte eſt liber prædicabilium. In ſcđa cõſideratur de terminis primæ intẽtionis, & iſte eſt liber prædicamẽtorum, & poſt Prædicamentorum. Scđa eſt in qua tractatur de terminis complexis. i. de oratione, & ꝓpoſitione, & hic eſt liber perihermenias. Tertia eſt in qua tractatur de argumenta

tatione, & hæc diuiditur in quatuor. In prima agit de argumentatione ſyllogiſtica abſoluta & ſimplici.i.non applicata alicui materiæ & hic eſt liber priorũ: In ſcda agitur de ſyllo demonſtratiuo, & hic eſt liber poſterio rum In tertia agitur de ſyllo topico.i.probabili, & hic eſt liber topicorum. In quarta agitur de ſyllo fallaci, quem dicimus ſophiſticum, eo qđ per ipſum ſolum generatur deceptio, & hic eſt liber elenchorũ. Hæc eſt ſumma librorum, quos tradidit nobis Ariſtoteles inuentor logicæ. Reliquos aũt minores tractatus, quos appellamus parua logicalia, non habemus formaliter ab Ariſt. Sed poſteriores traxerunt virtualiter ex prædictis libris Ariſt. ita ꝙ eorum principia iã habuimus ab Ariſto vt tibi declarabitur, qñ agemus de cõſequẽtiis & ſuppõnibus &c. Et aduerte, ꝙ ſufficiẽtia prædictæ diuiſionis ſumitur hinc, Argumẽtatio (vt dictum eſt ſupra) eſt principale conſideratum a Logico velut eius finis, nõ.n logicam quærimus niſi vt acquiramus habitum faciliter & recte argumentãdi ad ꝗcũq; concluſionem. Argumentatio aũt eſt quoddam totũ conſtans ex ꝓpõnibus, vt ibi declarabitur loco ſuo, ꝓpoſitio vero conſtant ex terminis. cum igitur eadem ſcĩa ſit conſideratiua totius & partiũ, neceſſe eſt Logicum verſantem circa argumẽtationem, conſiderare de argumentatione & partibus eius: partes aũt eius ſunt duplices, ſ. propinquæ & remotæ. propinquæ ſunt propoſitiones, remotæ autem termini incomplexi, nam propoſitiones componunt immediate argumẽtationem. Termini aũt incomplexi nõ cõponunt eam, niſi quia ingrediuntur ꝓpõnem. Ex quibus conſtat, ꝙ pars prima, in qua conſiderantur termini incomplexi, ordinaẗ ad ſecundam, in qua conſideratur propoſitio, & ſecũda ad tertiam, in qua conſideratur argumentatio, & in ea completur intentio logici. Conſtat igitur quõ diuidenda ſit logica, & quæ ſint eius partes ſufficienter ipſam diuidentes. Hæc de præſenti cap. dicta ſint.

A quo ſit incipiendum in logica, & quis ordo proſequendus ne confundatur ingenium nouicij. Cap. 7.

IN ſeptimo cap. inueſtigandũ eſt a quo primo incipiendũ ſit tractare in logica, & quis ordo in tractãdis ſeruãdus ſit, ne nouicij ingeniũ confundatur.

Quantũ ad primũ aduerte, ꝙ nõnulli cõſiderãt Logicam inquantũ eſt dialectica .i. diſputatiua, alij aũt inquantũ verſatur circa argumentationẽ, quæ nõ ſolum põt fieri voce: ſed & mẽte & ſcripto. Primi cõſiderãtes diſputationẽ nõ fieri ſine ſermone, nec ſermonem, ſine voce, nec vocem ſine ſono, iõ a ſono tanq̃ a priori & cõiori definitiue et diuiſiue dicũt inchoandũ. ſcdo loco a voce definitiue et diuiſiue tertio loco a noĩe et verbo vt habent eſſe in voce & componũt orõnem & ꝓpoſitionem vocalem, ex quibus cõponitur ſyll'ſ ſiue argumentatio vocalis, qua fit diſputatio inter duos Hũc ordinem ſeruat Petrus Hiſpanus. & rõ ad hoc mouẽs eum fuit, quia conſiderauit ꝙ Ariſto in ſuo libro peri hermenias acturus de ꝓpõne definit nomen & verbũ vt ſunt eius partes integrales per vocẽ, quaſi ꝙ nõ cõſideret de domine & verbo & orõne & ꝓpõne & argumentatione, niſi vt deſeruiunt diſputationi, cui non deſeruiũt niſi vt ſunt in voce. reliquit ergo oĩa prędicta vt ſiunt in mẽte & in ſcripto, et intẽdit de modo magis famoſo ac notiori ad ſenſum, qui eſt modus in voce.

Alij aũt aduertẽtes, ꝙ licet modus iſte famoſior & vulgarior ſit, tñ experiẽtes ꝙ oĩa prædicta habẽt eſſe in aĩa, in voce, & in ſcripto, nec vnq̃ ꝓferuntur voce, nec ſcribunt niſi prius mẽte concipiant, vnde & dixit Ariſt. in Prĩo Peri hermenias, ꝙ ea, quæ ſunt in voce, ,, ſunt earũ, quæ ſunt ĩ aĩa paſsionũ .i. conceptuũ notæ .i. ,, ſigna, iõ arbitrati nõ ſunt incipiẽdũ a voce, nec a ſono, ,, ſed a termino .i. dictione. Nã terminus, vt eſt in mẽte, cõponit ꝓpõnem mẽtalem, & vt eſt in voce, cõponit ꝓpõnem vocalẽ, & vt eſt in ſcripto, cõponit ꝓpõnẽ in ſcripto: & qm̃ nomen & verbũ & orõ poſſunt eſſe

in mente in voce & in ſcripto, iō dicunt melius eſſe, ꝙ definiātur per terminū, vtpote magis cōem ꝗ per vocem. Hāc igiť viam vt vniuerſaliorē ſequemur, & præcipue quia nō contrariatur priori ſnīæ. Nā ſicut eſt verum dicere, Sortes eſt homo, ergo ſortes eſt aīal, ſic eſt verū dicere, nomē eſt vox ſignificatiua, ergo eſt terminus ſignificatiuus. in plus.n.ſe habet terminus ꝗ vox, qm̄ vox nō verificať de noīe niſi vt eſt in voce. Terminus aūt verificať de noīe in mente, & voce & ſcripto. Incipiemus ergo a termino definitiue & diuiſiue.

Quantum ad ſcdm aduerte, ꝙ cū termini incōplexi ſint priores & ſimpliciores orōne & ꝓpōne in via cōpoſitionis, & ꝓpōnes ſint priores ſyllō, qm̄ cōponūt ſyllm̄, & non ecōuerſo, ordo ſciæ acquireret, ꝙ prius tractaremus de prædicabilibus & prædicamētis, & ſecundo loco de propōnibus vt tractat Ariſto in libro Peri hermenias, & tertio loco de ſyllīs formalibus & topicis & ſophiſticis & demonſtratiuis eo ordine quo de eis tractat Ariſt. in tota arte noua. Verum, quia nouus logicæ auditor trāſit immediate ab arte Grammaticæ ad Logicam, & Logicus accipit a Grāmatico nomen & verbum & aliquas alias partes orōnis (vt dicemus) prout componūt ꝓpōnem, & propoſitio cōponit ſyllm̄, iō ne nouicij ingeniū inuoluať expedit prius tractare de partibus orōnis, deinde de orōne & enunciatione, ſicut etiā tractat grammaticus modo grāmatico: & ſecundo loco tractabimus de ſyllō formali: & tertio loco de prædicabilibus: & quarto loco de prędicamentis. nam abſq; notitia ꝓpōnis & ſyllī, nō poſſet nouitius in illis erudiri mō logico, vt ibi manifeſtū erit. Deinde ꝓcedemus ad alios tractatus eo ordine, quem tibi manifeſtabimus loco ſuo. Cōſtat igiť tibi a quo incipere intēdimus, & quē ordinē ſeruare, ne nouitij ingenium inuoluať. Hæc de præſenti cap. dicta ſint.

Tractatus primi de Præcognoſcendis. Finis.

TRACTATVS SECVNDVS, DE PARtibus Propoſitionis.in quatuor capita diuiſus.

IN tractatu ſecundo agendum eſt de partibus ꝓpõnis,quæ apud Logicum præcipue ſunt nomen, & verbum: & qm̃ ſcire nõ poteris quid & quotuplex ſit nomen apud logicũ, ſimiliter & verbum niſi prius noueris quid ſit terminus:& quotuplex ſit.et quid dico de termino intellige de voce.Primum.n. ꝙ ponitur in definitione nominis & verbi eſt terminus apud cõiter tractatores de logicalibus,apud aũt Ariſt.eſt vox , vt tibi declarauimus in tract.pręcedẽti c.7.iõ hũc tractatũ diuidemus in.4.cap.

Primum,quid & quotuplex ſit terminus.

Secundum, Quid & quotuplex ſit nomen & verbũ.

Tertium,Quid & quotuplex ſit oratio.

Quartum, Si Logico ſufficiunt duæ partes orationis, ſcilicet nomen rectum,& verbum rectum.

Quid & quotuplex ſit terminus. *Cap. 1.*

IN primo cap.inueſtigãdum eſt quid ſit terminus, & quot ſint vniuerſaliores diuiſiones eius.Hic igiť duo agenda ſunt,primo definiemus terminum declarantes ſingulas definitiones particulas. ſecundo aſsignabimus cõmunes & vniuerſales diuiſiones termini.

Quãtum ad primũ aduerte,ꝙ hic nõ intẽdimus loq̃ de omni ſignificato, in quo ſumiť terminus ĩ doctrina Ariſt.Sumiť aũt tribus modis , Prĩo ſumiť ꝓ maiori, & minori extremitate,& medio, & dicũtur tres termini , ex quibus cõponitur omnis verus ſylls. & de hoc modo loquemur in trac.de ſyllõ formali,& abſoluto. Secundo ſumitur pro definitione rei , quæ diciť apud Ariſto.terminus,qm̃ in ſe claudit. & terminat totã rei definitæ eſſentiam. & de hoc modo loquemur in tractatu de ſyllogiſmo topico & demonſtratiuo. Tertio ſumitur pro omni eo,ex quo ꝓpinq; conſtituitur oratio,& ꝓpoſitio,& in qđ reſoluitur.Et dico propinque

qm̄ ſicut apud grāmaticū dictio cōponitur ex aliqui bus remote, & ex aliquibus ꝓpinq̄, ſic apud Logicū oratio & ꝓpō ex aliquibus cōponitur vtroq̄ modo. Nā apud grāmaticum dictio cōponitur ꝓpinq̄ ex ſyllabis, qm̄ ſeipſis & non mediāte alio, cōponitur aūt remote ex literis, qm̄ non ex ſeipſis, ſed mediāte ſyllaba. Sic in ꝓpoſito apud Logicum orō & ꝓpō componuntur ꝓpinq̄ ex terminis, qm̄ ex ſeipſis & nō mediāte alio, componuntur aūt remote ex ſyllabis & literis, literæ.n. componunt ſyllabas, & ſyllabæ terminos, & termini orōnem. Et in hoc tertio ſenſu ſolū intēdimus in hoc tract. loqui ac definire terminū. Sed aduerte, ꝙ in tertio ſenſu adhuc tripliciter ſumi pōt ſ. cōiter, ſtricte & ſtrictiſsime Cōiter ſumitur ꝓ omni dictione ꝓpinque componēte orōnem, & ſic non ſolum nomen & verbum, ſed etiā aliæ orōnis partes, vt ꝓnomen, præpoſitio, aduerbiū &c. dicunẜ termini Stricte ſumiẜ ꝓ omni eo, ꝙ eſt vel poteſt eſſe ſubiectū & prædicatum & copula in ꝓpōne In quo ſenſu nec ſigna vniuerſalia nec particularia, nec aduerbia ſunt termini, qm̄ nō ſunt nec poſſunt eſſe ꝑ ſeipſa prędicatū aut ſubiectū, ſed modi ſiue determinationes eorū, ſicr aduerbia ſunt determinationes verbi vt bene currit, hodie venit &c. Strictiſsime aūt ſumiẜ ꝓ omni eo, ꝙ eſt vel pōt eſſe extremum ꝓpōnis: extremū aūt dico ſubiectū & prædicatum, & in hoc ſenſu copula nō eſt terminus, q̄a nō eſt extremū, ſed vnitiuū extremorū, vnit & copulat prædicatum & ſubiectū: & in hoc ſenſu definiuit eū Ariſt. in libro priorum dicēs, ꝙ terminus eſt in quē reſoluitur propoſitio, vt in ſubiectum & prædicatum.

His præpoſitis aduerte, ꝙ hic habemus diffinire terminum non ſtricte, nec ſtrictiſsime ſumptū, ſed cōiter, aliter nō poſſemus ipſum diuidere vt diuidemus infra. Nā vna ex diuiſionibus erit hęc, terminorū vnus eſt ꝑ ſe ſignificatiuus, alius nō ꝑ ſe ſignificatiuus. Cōſtat aūt ex prædictis, ꝙ terminus nō ꝑ ſe ſignificatiuus, nō eſt

terminus ſtricte nec ſtrictiſsime ſumptus.

Definiẽtes igitur terminũ cõiter & abſolute ſumptũ dicimus, ꝙ eſt pars propinqua conſtitutiua orõnis & propõnis. Dr̃ pars propinqua i. immediata orõnis & ꝓpõnis ad differentiam literarum & ſyllabarum, quæ nõ niſi mediãte termino cõponunt orõnem. vnde aduerte, ꝙ ſicut ſe habẽt lapides & ligna, & fundamẽtũ, & paries ad cõpoſitionem domus, ſic literæ & ſyllabę & termini ad conſtitutionẽ orõnis. nã lapides & ligna non cõponunt immediate domũ, ſed cõponunt immediate fundamentũ, parietem, & tectũ, hæc aũt immediate domum: iõ illæ remotæ, hæ aũt ꝓpinquæ nũcupantur. Sic in ꝓpoſito, literæ & ſyllabæ nõ cõponunt immediate orõnem, ſed terminũ terminus aũt immediate orõnem patet ergo terminum eſſe immediatã & ꝓximam partẽ orõnis ad differẽtiam lrãrum & ſyllabarum. Dr̃ conſtitutiua orõnis, qm̃ hic ꝓcedimus ex priori: ad differentiã reſolutionis, q̃ ſupponit cõſtitutũ ex partibus. Dr̃ ergo conſtitutiua orõnis, qm̃ hic intẽdimus præparare materiam ſyll̃i, quæ eſt ꝓpõ, iõ inueſtigamus in primis, ex quibus conſtituit̃ immediate ꝓpõ. & in tract. de ſyll̃o aperiemus, ex quibus ꝓpinqꝫ & immediate conſtituitur ſyll̃s. Hæc aũt definitio conuenit termino in mẽte, in voce, in ſcripto: qm̃ terminus in mente eſt pars ꝓpinqua orationis mẽtalis, & in voce eſt pars propinqua orationis vocalis, & in ſcripto eſt pars propinqua orationis ſcriptæ.

Tu igiť aduerte ꝙ cōuerſio tertio mō dicta ſolet ſic definiri apud Logicos. Cōuerſio eſt trāſpoſitio p̄dicati in ſubiectum & ſubiecti in prædicatū duarū ꝓpōnum categoricarum participantium vtroq; termino ordine conuerſo: vt homo eſt aīal, animal eſt homo. Verum niſi aliud huic definitioni addať, ita conuenit cōuerſio/ni veræ, ſicut cōuerſioni falſæ: nam ſicut in iſtis, hō eſt animal, aīal eſt hō, tranſponiť ſubiectum in p̄dicatum, & prædicatum in ſubiectū, ſic & in iſtis, oīs homo eſt aīal, omne aīal eſt hō, & tn̄ cōuerſio prima eſt vera, ſe cunda aūt eſt falſa, vt patet. Qm̄ igiť hic intēdimus lo/qui de vera conuerſione ꝓpōnum categoricarū, q̄ di/uidenda eſt in ſimplice & ꝑ accn̄s & per contrapōnē, addendū eſt p̄dictę definitioni, vt ita cōueniat cōuerſio ni bonæ, ꝙ nō malæ, ſic igiť definiať, conuerſo ꝓpōnū categoricarum eſt trāſmutatio ſubiecti in prædicatū, & p̄dicati in ſubiectū, ita qđ inter conuertētē & con/uerſam & ecōuerſo eſt vera & formalis conſequentia: vt hic, Nā bene ſequitur, homo eſt rōnalis, ergo rōna le eſt homo: et hic bene ſequiť, nullus homo eſt aſinus, ergo nullus aſinus eſt hō. Si igiť inueneris tranſponi p̄/dicatum in ſubiectū & econuerſo, & tn̄ inter conuer/tentem & cōuerſam nō valere cōſequentiā, vt hic, oīs homo eſt aīal, omne aīal eſt homo, cognoſces ꝙ ei nō cōuenit definitio veræ & bonæ cōuerſionis cuius ſp̄es ſingulas cōſideraturi ſumus. Hæc de primo dicta ſint.

Quantū ad ſcḋm aduerte, ꝙ in omni vera & bona

cōuerſione quinq; de neceſsitate requirunt: prio, q͂ ſint duæ ꝓpōnes ex eiſdem terminis cōſtitutæ, ſcđo ꝙ ſint categoricæ, nã hypotheticæ nō ꝓprie cōuertunt, tertio ꝙ ab vna ad aliã valeat ɔña, quarto ꝙ totũ p̄dicatũ primæ fiat ſubiectũ ſecũdæ. Toto aũt p̄dicatũ eſt totũ ꝙ ſequit copulã: nã vt declarabit tibi ĩ cōuerſione ſimplici, ſi totũ p̄dicatũ nō fiat ſubiectũ, multę fiet fallaciæ: quinto ꝙ ſi ꝓpō fiat de v̄bo adiectiuo, reſoluat in ſuũ participiũ & in ſum es eſt, & participiũ & q̄cq̄d ſit adiunctũ participio, ponat ꝓ ſubiecto ſecũdæ. V. G. Si hæc debet cōuerti, æthiops habet dētes albos, reſoluat ly hēt ĩ participiũ & ſum ſic dicēdo, Aethiops eſt hñs dētes albos, et ſic cōuertat, hñs dētes albos eſt ęthiops. His ſeruatis nunq̄ fiet error ĩ cōuerſione ꝓpōnum.

Quantũ ad tertiũ aduerte, ꝙ cōuerſio ꝓpōnũ dupl̄r cōſiderari pōt: prio inq̄tũ deſeruit reductioni ſyll'orũ, q̄ fiũt indirecte in prima figura, & q̄ formant in ſecũda & tertia fig. Oēs. n. reduci debēt ad quatuor primos modos primę fig. & reductio fit p̱ cōuerſionē ꝓpōnũ, vt tibi manifeſtabit in tract. de ſyll'o formali: ſcđo inquantũ eſt paſsio ꝓpōnũ catego. ſiue ſint de ineſſe, ſiue modales ſiue ſint alicuius q̄titatis ſiue nullius. ſi cōſiderat primo mō, tũc ꝓ veritate nō ſunt niſi duæ ſpēs cōuerſionis. ſ. Simplex et p̱ accñs. iſtę. n. tm̄ deſeruiũt reductioni ſyll'orũ, vt patebit in trac. de ſyll'o. Vñ & Ariſt. nō fecit mētionē in lib. Priorũ niſi de his duabus p̄termittēs cōuerſionē p̱ cōtrapoſitionē. Si aũt cōſideratur ſecũdo mō ſic ſunt tres. ſ. Simplex p̱ accñs, & p̱ cōtrapoſitionē. Cuius ſufficiētiæ rō hinc ſumit, in oī cōuerſione eſt trãſmutatio p̄dicati in ſubiectũ, & ſubiecti in p̄dicatũ: vel ergo in hmōi trãſmutatione termini habēt pōnem cōtrariã, ita ꝙ ſi in cōuerſa ſunt termini finiti, ĩ cōuertēte trãſmutant ĩ infinitos, vt declarabit infra, & ſic fit cōuerſio p̱ cōtrapōnem, q̄ eſt tertia ſpēs: vel hñt conſimilē poſitionē, ita ꝙ in vtraq; ꝓpōne permanēt finiti; & hoc dupl̄r, quia aut habent conſimilem poſi-

tionem conuertibiliter, i. ſeruata eadem qualitate & q̄titate, & ſic fit cōuerſio ſimplex, aut habent cōſimilem poſitionem, ſed nō cōuertibiliter, quia neceſſe eſt mutare q̄titatem, & ſic fit conuerſio per accidens, & id tibi manifeſtū erit infra. Tres igit̄ ſunt famoſæ apud Logicos cōuerſionis ſpēs, quas etiam poſuit Boetius in lib. ſuo de ſyll'is. Dico famoſæ, q̄m nonnulli moderni inuenerunt duas alias conuerſionis ſpēs quarum vna eſt cōuerſio ꝓpōnum nullius q̄titatis, vt excluſiuæ & reduplicatiuæ: Nam ſic cōuertitur excluſiua, tm̄ homo eſt rationalis, omne rōnale eſt homo: reduplicatiua aūt ſic conuertitur, homo inquātum homo eſt rōnalis, Rōnale eſt homo inquātum homo. Item ꝓpōnum modalium, vt hoīem eſſe album eſt poſsibile, ergo poſsibile eſt hominem eſſe album. Item alij imaginati ſunt duas alias ſpēs. Prima eſt, q̄n mutat̄ qualitas & non q̄titas, vt hic, omnis homo eſt animal, omne animal non eſt homo: ſecunda eſt, q̄n mutatur q̄titas & qualitas, vt hic, Omnis homo eſt animal, aliquod animal non eſt homo. Verum, quia huiuſmodi conuerſiones nō ſunt in vſu, nec nobis deſeruiunt ꝓ reductione ſyll'orum, ideo immorabimur circa primam & ſecundam ſpēm tangentes breuiter de tertia, omnibus aliis relictis.

Quantum igit̄ ad conuerſionem ſimplicē, duo agēda ſunt: primo quid ſit, ſecūdo q̄ot ſeruanda ſunt, vt ſit vera & bona conuerſio, ita qđ a conuerſa ad conuertentem valeat conſequentia. Quantum ad primū aduerte, ꝙ ſic diffinitur, Conuerſio ſimplex eſt trāſpoſitio prædicati in ſubiectū, & ſubiecti in prædicatum, manente eadem q̄titate & qualitate ꝓpōnum, abſq; alia terminorū cōponentiū mutatione facta. Prīo dr̄ tranſpoſitio loco generis, eſt.n. quid communius tranſpoſitio prædicati in ſubiectū & conuerſo, q̄ cōuerſio ſimplex. nā oīs cōuerſio ꝓpōnum eſt tranſpoſitio prędicati in ſubiectū & econuerſo, & tm̄ nō omnis conuerſio eſt conuerſio ſimplex, cū eius ſint tres ſpecies.

Scdo dr̃ manente eadẽ q̃titate & qualitate ꝓpõnũ, ita ꝙ ſi vna eſt affir. parti. altera, ſ. cõuerẽs ſit affir. par. vt hic, quidã hõ eſt aĩal, ergo quoddã aĩal eſt hõ. Et ſi vna eſt vl'is nega. cõuertens ſit nega. vl'is: vt hic, nullus hõ eſt aſinus, ergo null⁹ aſinus eſt hõ. Et aduerte duo, primo, ꝙ ꝑ hãc particulã, differt cõuerſio ſimplex a cõuerſione ꝑ accidẽs, in qua mutať q̃titas, ſed nõ qualitas, vt tibi declarabiť: ſcđo, ꝙ licet partic. indefinita & ſingu. ſint diſtinctæ q̃titatis q̃tũ ad modũ ꝓnũciandi & q̃tum ad terminũ, q ſubiiciť, vt docuimus ſupra, tñ q̃tum ad modũ conuertẽdi reputantur ac ſi eſſent eiuſdem q̃titatis, ita ꝙ qua cõuerſione conuertiť partic. eadem cõuertitur indefinita & ſing. Vnde ad hoc ꝙ ſeruetur eadem q̃titas ſufficit obſeruare ne conuertať vl'is in particularem indefinitã, aut ſingularem, nec ecõuerſo. ſ. particula. inde ſingu. in vl'em. Qđ aũt conuerſa ſit parti. & conuertẽs ſit inde: aut ſingu. aut ecõuerſo, propter hoc non mutatur q̃titas: qm̃ vt diximus in modo conuertẽdi reputãtur eiuſdem q̃titatis. Vnde patet ꝙ per conuerſionem ſimplicẽ, ſingularis poteſt conuerti in particularem & indefinitam mõ omnes ſint affirmatiuæ. Nam bene ſequitur, Sortes eſt homo, ergo quidam homo eſt ſortes, ergo homo eſt ſortes. Tertio dr̃ abſq; alia rei minorũ &c. vt per hoc differat a conuerſione per contrapoſitionem. Nam licet in ea non mutetur q̃titas nec qualitas propoſitionum, tñ mutantur termini finiti in ter. infinitos, vt infra declarabiť. Conſtat igitur tibi quid ſit conuerſio ſimplex.

Quantum ad ſcđm aduerte, vt ſimplex cõuerſio ſit vera & bona, ita ꝙ a cõuerſa ad cõuertentem ſemper ſit bona cõſequentia, ſeptem obſeruanda ſunt. Prĩo, ſi conuerſa ſit per verbum adiectiuũ, anteq; conuertať reſoluatur verbum in participiũ & ſum es eſt, & tunc participium & ſi quid adiungiť participio totum ponatur ꝓ ſubiecto cõuertentis, nam ſi ſolũ additũ participio ponatur ꝓ ſubiecto, fiet error. V. G. ſortes videt

lapidem, non pōt ſic cōuerti, ergo lapis videt ſortem, Sed prius ſic reſoluat̃, Sortes eſt vidēs lapidē, & tūc ſic conuertat̃, videns lapidem eſt ſortes. Idem intellige dē oībus aliis categoricis formatis ꝑ verbum adiectiuū.

Secundo, Si cōuerſæ copula eſt ſum es eſt, & poſt copulam ſequit̃ caſus obliquus, puta ablatiuus, anteq̃ cōuertatur ſumat̃ participium, ꝙ eſt ens, ſiue exiſtens, & ſimul cū caſu obliquo fiat ſubiectū conuertentis, aliter fiet error. V. G. ſortes eſt in pado, nō pōt ſic conuerti, Padus eſt in ſorte, ſed ſic, ens vel exn̄s in pado eſt ſortes. Idē intellige de oībus conſimilibus. Tertio Si ſubiectum cōuerſæ ſit caſus obliquus, vt contingit in orōne facta per verbū imperſonale, anteq̃ conuertatur reducatur ad rectū, & tunc fiat ſic cōuerſio, ſortis intereſt diſputare, illæ, cuius intereſt diſputare, eſt ſortes. Me tedet viuere, ille, quem tedet viuere ſum ego. Quarto nullus terminus diſtribuat̃ in conuertēte, qui non ſit diſtributus in conuerſa, aliter argueret̃ a poſitione ſuperioris ad poſitionē inferioris, quæ cōſequētia nō valet, vt declarabit̃ tibi in tract. de conſequētiis, ſed ꝓ nunc ſuſtine, ne inuoluaris. Hæc de cā per conuerſionē ſimplicem non conuertit̃ parti. neg. in ſeipſam, ſicut cōuertitur parti. affir. nec vl̄is affirmatiua in ſeipſam, ſicut cōuertitur vl̄is negatiua in ſeipſam, & huius rō erit tibi manifeſta in tract de ſuppōnibus, & in tract. de conſequētiis, ꝓ nunc crede ſic eſſe donec nouitius es. Quinto tam in cōuerſa q̃ in cōuertēte teneant̃ termini æque ample & æque ſtricte, aliter ſi in vna teneātur ample, & in altera ſtricte, & ecōuerſo, ſequūtur manifeſtiſsimi errores. Hæc aūt tibi clara erūt in tract. de ampliatione & appellatione, ꝓ nunc crede ſic eſſe. Sexto teneātur termini æque ſtricti ſecundum congruitatem grammaticalem, aliter ſequitur error, ver. gra. Hęc eſt vera, Nullus homo eſt mulier, hæc aūt eſt falſa, nulla mulier eſt homo: qm̄ homo in cōuerſa ſtat ꝓ genere maſculino, in conuertēte autem pro genere cōi, reſtringatur ergo

in conuertente ad genus maſculinũ ſic, nulla mulier eſt aliquis homo. Septimo ſignum appoſitum ſubiecto conuerſæ, apponaт toti ſubiecto cõuertentis, ſi oportuerit ipſum apponi. Verigra. Quidam homo eſt albus, ergo quoddam album eſt homo. Nullus aſinus eſt volans, nullum volãs eſt aſinus Dixi ſi oportuerit ipſum apponi, vt præſeruem ꝓpõnem conuertendã, cuius prædicatum eſt terminus diſcretus, vt hic, Quidam homo eſt Plato, ergo Plato eſt hõ: Nõ.n.oportet ly Plato apponi ſignum quidã; quia eſt indiuiduũ ſignatum. His igitur ſeruatis nunq̃ fiet error in cõuerſione ſimplici, & a conuerſa ad conuertentem valebit conſequentia. Hæc de conuerſione ſimplici dicta ſint.

Quantum ad cõuerſionem per accidẽs duo agenda ſunt: primo quid ſit, ſecundo quot obſeruãda ſunt, ne in ea fiat error. Quantũ ad primum aduerte tanq̃ diffiniatur, ꝙ ſicut præcedens ſpẽs dr̃ conuerſio ſimplr̃, quia ꝓpoſitio conuertibilis ſimplr̃ conuertitur per ſeipſam & nõ mediante alia, vt hæc per ſeipſam cõuertiт in ſuam cõuertẽtem, Homo eſt aĩal, animal eſt homo, & hæc, nullus homo eſt lapis, nullus lapis eſt homo. In econuerſione aũt per accidens conuerſa non cõuertitur in ſuam conuertẽtem per ſeipſam, ſed per aliam, nam oportet ſub conuerſa facere deſcenſum diſtributiuum ex parte ſubiecti, deinde aliq̃ acceptam ſub tali deſcenſu conuerti ſimplr̃, & mediãte ea cõuertetur vniuerſalis affirmatiua vel negatiua per accidẽs. Ver gra. Oĩs homo eſt aĩal, ergo hic homo eſt animal et hic homo, & hic homo &c. ergo per conuerſionem ſimplicẽ quoddam aĩal eſt homo. Sequitur ergo mediãte propoſitione ſimplr̃ conuerſa, ꝙ ſi omnis homo eſt aĩal, quoddã aĩal ſit hõ. Dr̃ ergo cõuerſio per accidẽs, quia vniuerſalis affir. & neg. conuertiт in particularẽ affir. & neg. mediãte particulari vel ſingulari conuerſa ſimplr̃ modo quo expoſuimus, & ſic dr̃ conuerſio per accñs .i. mediante alia propoſitione, & non per ſeipſam.

Cõuerſio per accidens.

His præpoſitis aduerte, ꝙ conuerſio per accidens ſic definitur. Conuerſio per accidens eſt tranſpoſitio prædicati in ſubiectum & ſubiecti in prædicatum manēte eadem qualitate, ſed mutata q̄titate: in qua conuertitur affir. vniuerſalis in particularem affir. & neg. vniuerſalis in nega. particularem: Vt omnis homo eſt aīal, ergo quoddā aīal eſt homo: nullus homo eſt lapis, ergo quidam lapis non eſt homo. Prīo dr̄ tranſpoſitio &c. ꝙ intelligendum eſt eadem rōne, qua & in definitione conuerſionis ſimplicis. Secūdo dr̄ ſeruata eadem qualitate, ſed mutata q̄titate, vt differat a conuerſione ſimplici & per contrapoſitionem, in quibus non mutatur qualitas, nec q̄titas. Quantum ad ſecundum aduerte, ꝙ in conuerſione per accidēs, vt ſit bona conſequentia a conuerſa ad conuertentem tria obſeruanda ſunt.

Primo non fiat tranſitus a ſuppoſitione ad ſuppoſitionem ſibi repugnantem. Repugnat autem materialis formali, & ſimplex perſonali, vt tibi declarabimus in tract. de ſuppoſitionibus. Defectu huius, hæc nō eſt bona conuerſio, nullus homo eſt ſpēs, ergo quædam ſpecies non eſt homo. Nā homo in conuerſa ſupponit perſonaliter & eſt vera, in cōuertente aut ſupponit ſimpliciter & eſt falſa. Vt ergo ſtet homo in conuertēte perſonaliter conuertat̄ ſic, ergo quædam ſpecies non eſt aliquis hō. Signa.n. vniuerſalia & particularia, ſi ſunt eiuſdem generis cum termino, cui adiungunt̄, trahunt ipſum ad ſuppoſitionē perſonam, vt tibi declarabitur loco ſuo. Pro nunc crede ſic eſſe. Secundo teneantur termini tam in conuerſa q̄ in conuertente æque ample & æque ſtricte. Defectu huius hæc conuerſio non valet, nullus homo eſt mulier, ergo quædam mulier non eſt homo. Nam in conuerſa ſtat homo ꝓ maſculis tm̄, in conuertente autem ſtat pro maſculis & fœminis. Vt ergo fiat vera conuerſio, & homo in conuertente teneatur pro maſculis tantum, ſicut in conuerſa, dicatur ſic, ergo quædam mulier non eſt aliquis homo.

Tertio vt videas aperte ꝙ conueniēter conuertitur vniuerſalis affirmatiua in particularem affir. & vniuerſalis negatiua in particularem nega. ſub vniuerſali affirmatiua accipe ſuam ſubalternam, & eam cõuerte ſimpliciter, & tunc videbis qũo per cõuerſionem p accñs ſequitur ad vl'em affir. Ver. G. omnis homo eſt aĩal, ergo quidã homo eſt aĩal, hæc eſt ſua ſubalterna: & hæc ſic conuertitur p conuerſionē ſimplicē ergo quoddam animal eſt hõ. Ad iſtam ergo oĩs homo eſt animal ſequitur per conuerſionē per accidēs, quoddam aĩal eſt homo. Eodem modo intellige de vli negatiua & particulari negatiua. Nã bene ſequitur p cõuerſionem ſimplicem, nullus homo eſt lapis, ergo nullus lapis eſt hõ, & ad hanc ſequitur ſua ſubalterna, ſ. quidã lapis nõ eſt homo. Ad iſtam ergo nullus homo eſt lapis ſequitur per conuerſionem per accidens, ꝙ quidam lapis nõ eſt homo. Hæc de conuerſione per accidens dicta ſint.

Quantum ad cõuerſionem per contrapõnem, duo agenda ſunt. Primo quid ſit, ſecũdo declarandum qũo vniuerſalis affir. conuertitur in ſeipſam per contrapoſitionem & ſimiliter qũo particu. nega. in ſeipſam. *Cõuerſio per contrapoſitionem.*

Quantum ad primum aduerte, ꝙ ſic definitur. Cõuerſio per contrapoſitionem eſt tranſpoſitio ſubiecti in prædicatum, & econuerſo, non mutata q̃titate, nec qualitate ꝓpoſitionum, ſed mutatis terminis finitis in terminos infinitos: per q̃ conuertitur vniuerſalis affirmatiua in ſe, & parti. neg. in ſe. Primo dr̃ tranſpoſitio ſubiecti &c. eadem ratione ſicut dictum eſt in prima et ſecunda ſpecie. Secundo dr̃ manente eadem q̃titate, & qualitate ꝓpõnum, & in hoc non differt a conuerſione ſimplici, licet differat a conuerſione per accidens, vt aũt differat a conuerſione ſimplici, & per accidens, additur mutatis terminis finitis in terminos infinitos. Quid aũt ſit terminus finitus, & terminus infinitus vide ſupra in diuiſione ſeptima terminorũ. Vniuerſalis autem affirmatiua ſic conuertitur. Oĩs homo eſt aĩal, *Cap. 11*

ergo omne nõ aĩal eſt non hõ:parti.aũt nega. ſic cõn-uertitur, Quidam homo nõ eſt lapis, quidam nõ lapis non eſt non homo. Dr̃ aũt conuerſio per contrapoſi-tionem, quia termini non ſolũ tranſmutanť quo ad ſi-tum, prout ſubiectũ fit prædicatum & ecõuerſo. Hoc enim eſt cõe omni cõuerſioni ꝓpõnum, ſed etiã quo ad ſignificatum. Nam ſignificatum ter.finiti opponiť ſignificato ter.infiniti, vt patet ex definitionibus eorũ, vt docuimus in ſeptima diuiſione terminorũ. Conſtat igiť qd ſit, & quare dr̃ conuerſio per contrapoſitionẽ.

Quantum ad ſecundum aduerte, ꝙ oĩs categorica alicuius q̃titatis conuertibilis eſt per aliq̃ trium ſpecie-rum conuerſionum, de quibus nunc agimus: & qm̃ ꝑ ſimplicem non conuertiť niſi vniuerſalis nega. in ſe & particularis affir. in ſe, & per conuerſionem per accñs non conuertitur vniuerſalis affir. in ſe, ſed in parti.affir-matiuam, & vniuerſalis neg. non conuertiť in ſe, ſed in parti.neg. conuertitur aũt per conuerſionem ſimplicẽ, reſtat cõuertere vniuerſalem affir. in vniuerſalem affir. & parti.neg. in parti.nega. non poſſunt aũt conuerti ꝑ conuerſionem ſimplicem. Conſtat.n. ꝙ ſi vniuerſalis affir. cõuertitur in ſeipſam per conuerſionẽ ſimplicem non valet conſequentia formaliter, ſed tm̃ gratia mate-riæ: puta qñ termini ſunt conuertibiles, vt patet hic, omnis homo eſt riſibilis, ergo omne riſibile eſt hõ: ab-ſolute aũt non valet, vt patet hic, omnis hõ eſt aĩal, nõ ſequitur, ergo omne aĩal eſt homo. Similiter nõ valet conſequẽtia formaliter ſi cõuertať par neg. in ſeipſam, ſed tm̃ gratia materiæ. Ver.gra. licet valeat hic, Quidã homo nõ eſt aſinus, ergo quidam aſinus nõ eſt homo, tñ non valet in omnibus. Non.n. valet hic. quoddam animal non eſt homo, ergo quidã hõ non eſt aĩal. nam conuerſa eſt vera, conuertens aũt eſt falſa. Neceſſe eſt ergo dare tertiam ſpẽm, per q̃ infallibiliter & vniuer-ſaliter conuertať vl̃is affir. in ſe, & parti.neg. in ſe. Hanc autẽ inuenit Boetius, vt habemus ex libro ſuo de ſyllo

categorico, quæ dr̄ cōuerſio p̄ cōtrapōnē ex cā, q̄ ſupra diximus, et qm̄ Ariſ. in lib. 1. Priorū de ea nō fecit verbū, iō dicit parti. neg. nō cōuerti, qm̄ nō cōuertitur ſimplr nec p̄ accn̄s. Vt aūt ſcias, q̄ p̄ contrapoſitionē cōuenićter conuertunt vl̄s affir. & parti. neg. in ſeipſas mutatis terminis finitis in ter. infinitos: et primo q̄ vl̄s affir. puta oīs hō eſt aīal, conuertat in iſtā, oē non aīal eſt non hō, declarat ſic, oīs hō eſt aīal, ergo nullus hō eſt non aīal, nā cū aīal & non aīal contradicunt, ſi aīal affirmatur de hoīe, de eo negat non aīal: tunc vltra, Si nullus hō eſt non aīal, ergo p̄ conuerſionē ſimplicem, nullum nō animal eſt hō: tūc vltra, ſi nullū non aīal eſt homo, ergo oē non aīal eſt non hō, nā cum hō & non homo cōtradicunt, ſi hō non verificat de non aīali, de eo verificat non hō, ergo iſta eſt bona cōuerſio, omnis homo eſt aīal, ergo oē non aīal eſt non hō. Qđ autem parti. neg puta quidā homo nō eſt aſinus, bene cōuertatur in ſeipſam mutatis ter. finitis in ter. infinitos, ſic cō uertēdo, quidam aſinus nō eſt non hō, declaratur ſic: Quidam hō non eſt aſinus, ergo quidam hō eſt nō aſinus: nā, vt tibi declarabit in trac. de conſequētiis, a negatiua de p̄dicato finito, ad affir. de p̄dicato infinito, valet conſequētia. Tunc vltra, quidā homo eſt nō aſinus, ergo p̄ conuerſionem ſimplicē, quidam nō aſinus eſt hō: tunc vltra, quidā non aſinus eſt hō, ergo quidā non aſinus nō eſt non hō p̄ locū a cōtradictoriis. bene ergo ſequit p̄ conuerſionē p̄ contrapōnem, q̄ hæc ſit bona cōuerſio, quidam hō non eſt aſinus, ergo quidā non aſinus nō eſt non hō. Hæc de cōuerſione p̄ cōtrapoſitione dicta ſint, q̄ nō tradit nobis Ariſ vtpote nō neceſſariā ad reductionē ſyllōrū. Et p̄terea nō vere ſeruatur idētitas terminorū quo ad ſignatū, cū ter. finitus & ter. infi. habeāt oppoſita ſignificata. Ad formalē aūt & perfectā cōuerſionē, requirit q̄ cōuertēs & cōuerſa ſint p̄pōnes participātes vtroq; termino ordine tn̄ cō uerſo, & iō hanc tertiam ſpēm ſic pertractaſſe ſufficiat.

Vltimo aduerte, ꝙ Logici inuenerunt quatuor vocales, quibus deſignarent vl'em affir. & nega. & partic. affir. & nega. cõuertibiles, Vocales ſunt A, E, I, O, A, ſignãt vl'em affir. E vl'em nega. I parti. affir. O part. neg. & compoſuerunt hos verſus declarantes ꝓpoſitum.

Aſſerit A, negat E, ſunt vniuerſaliter ambæ.
Aſſerit I, negat O, ſunt particulariter ambæ.

Ad cognoſcendum autem qua ſpecie conuerſionis conuertantur, compoſuerunt hunc verſum.

Ecce, tibi, ſim. armi. geros ac. arma. bono. cõ.

Et ſic exponitur. Sim. i. per conuerſionẽ ſimplicem conuertitur ecce, i. e in e, i. vniuerſalis negatiua in vniuerſalem negatiuam: tibi, i. i in i, i. particularis affir. in parti. affir. Ac, i. per conuerſionem per accidens, cõuertitur armi, i. a in i, i. vniuerſalis affir. in parti. affir geros, ideſt e in o, ideſt vniuerſalis nega. in parti. negati. con. ideſt per conuerſionem per contrapoſitionem conuertitur arma, ideſt a in a, ideſt vniuerſalis affir. in vniuerſalem affir. Bono, i. o in o, ideſt parti. neg. in parti. neg. De indefinita aũt & ſingulari non fit particularis mentio, qm̃ eodem modo conuertuntur ſicut & particularis tam affirmatiua ꝙ negatiua. Hæc de cõuerſionibus dicta ſint. Et hic terminatur conſideratio de ꝓpõne categorica de ineſſe, & de omnibus eius præmiſſis nouẽ diuiſionibus. Sequitur conſideratio de propoſitione hypothetica, & omnibus eius ſpeciebus.

De propoſitione Hypothetica, & eius ſpeciebus. Cap. 3.

IN hoc tertio capite agendum eſt de propoſitione hypothetica, de qua tria agenda ſunt. Primo quid ſit. Secundo quare dicitur hypothetica Tertio agẽdum eſt de ſingulis ſpeciebus eius.

Ex. 1 Peri herme. Quantum ad primum aduerte, ꝙ ſic definienda eſt, Propoſitio hypothetica eſt ꝓpõ, in qua coniungũtur plures categoricæ, vel plures orationes habentes modum categoricarum coniunctæ per totam cõiũctionis tanquam principales partes ſui.

Primo ponitur propoſitio loco generis: eſt.n.communior propoſitio q̃ propoſitio hypothetica. Nam & categorica eſt propoſitio, & tamen non eſt hypothetica. ſe habet igitur propoſitio ad ꝓpoſitionem hypotheticam ſicut genus ad ſpeciem. Secundo dicitur in qua coniũguntur plures categoricæ &c. ad differentiam categoricæ, in qua ſolum coniungunť ſubiectũ, & prædicatũ per copulam verbalem, vt hõ eſt albus. Tertio dr̃ vel plures orationes, qm̃ contingit fieri hypotheticam, et præcipue conditionalẽ per alios modos verbi q̃ per indicatiuum, per quem ſolum fit vera categorica, vt docuimus in cap. præced. V.G. hæc eſt cõditionalis vera, ſi homo haberet alas, poſſet volare, ſufficit autem ꝙ iſtæ orationes aſsimilentur categoricæ in eo ꝙ habent ſubiectum, prædicatum, & copulam, vt principales partes ſui: & quod reduci poſsint ad veras categoricas ſic, ſi homo habet alas poteſt volare.

Quarto dicitur coniũctas per notam coniunctionis: quia niſi ſic coniungereń, hypothetica non poſſet dici vna propoſitio, ſed plures ſimpliciter: ſicut hic, ſortes eſt homo, Brunellus eſt aſinus. Dicitur autem propoſitio cõiunctione vna. Vnde aduerte ꝙ ſicut copula verbalis vniens prædicatum cum ſubiecto facit categoricam eſſe propoſitionem vnam ſimpliciter, ſic nota cõiunctionis vniens plures categoricas facit hypotheticã eſſe propoſitionem coniunctione vnam. Quinto dicitur tanquam principales partes ſui, vt in hoc formaliter & completiue diſtinguatur a categorica. Nam partes principales propoſitionis ſunt illæ, in quas primo & immediate reſoluitur. Sicut autẽ categorica primo & immediate reſoluitur in ſubiectum & prædicatũ, ita hypothetica primo & immediate reſoluitur in categoricas cõponentes ipſam, vel in orationes habentes modum categoricarum & illæ in terminos ſuos: merito ergo dicitur tanquam principales partes ſui. Conſtat igitur tibi quid ſit hypothetica propoſitio.

Quantum ad ſcd̄m aduerte, ꝙ hypothetica eſt terminus græci idiomatis & latine ſonat ſuppoſitiua, eo ꝙ hypo eſt ſub & theſis poſitio. Dr̄ ergo hypothetica idem ꝙ ꝓpō ſuppoſitiua, eo ꝙ in hypothetica ſecūda ꝓpō vel orō ſupponit̄ primæ, vt ſequēs ab ea: nā ſecunda ſe habet ad primā ſicut cōſequēs ad an̄s; vt patet in iſta, Si ſortes eſt hō, ſortes eſt aīal. Nā ex eo ꝙ eſt homo, ſequit̄ ꝙ ſit aīal: & ſic fundatur in prima, iō dr̄ ſupponi.i.poni ſub prima per conſequentiā, vt patet.

Sed dices, ergo ſola conditionalis erit hypothetica, quia in ea ſola ſubordinat̄ ſecunda primæ ita ꝙ ordinarie id obſeruat̄ de neceſsitate conſequentiæ. Nam in copulatiua nihil refert quæ ex categoricis ponatur in primo loco, & quæ in ſecundo. Ver.gra. ſortes currit: & Plato dormit, nihil refert ſi ſecunda ponat̄ in primo loco, & prima in ſecūdo, ſic, Plato dormit & ſortes currit. Idem intelligēde diſiunctiua: nihil n. differt ſi dicat̄ ſortes vel eſt homo, vel eſt aſinus, & ſic, ſortes vel eſt aſinus vel eſt homo: ergo ſola conditionalis eſt hypothetica, ſumendo hypotheticam pro ſuppoſitiua.

Rn̄detur, ſi conſiderat̄ hypothetica q̄tum ad id, cui nomen imponitur, & q̄tum ad famoſum modum loquendi non ſolū cōditionalis, ſed & copulatiua & diſiunctiua dicūtur hypotheticæ, eo qd̄ in eis coniūgunt̄ plures categoricæ per notam coniunctionis, ſicut & in conditionali: ſi aūt conſideretur q̄tum ad id, a quo nomen imponitur, ſ. a ſuppoſitione, tūc ſola cōditionalis eſt vere & ꝓprie hypothetica, qm̄ in ea ſola, vt obiectio ꝓbat, conſequens, & ea, cui ſupponitur, dr̄ an̄s: & huius ſnīæ videtur fuiſſe Boetius, qui in libro ſuo de ſyllo. hypothetico inq̄t, ꝓpō vero omnis aut catego. eſt, quæ prædicatiua dr̄, aut hypothetica, quæ conditionalis vocat̄. Et in. 1. lib. topi. inquit. Conditionalium ꝓpōnum, quas græci hypotheticas vocāt, partes ſunt ſimplices categoricæ, quarū quæ prius eſt, dr̄ an̄s, & quæ poſterius, cōſequēs, & ſic conſtat ſolas conditio-

nales eſſe vere hypotheticas, alias vero magis ſecundum vſum loquendi.

Quantũ ad tertium aduerte, ꝙ ſi teneať hypothetica ſtricte, vt iam diximus, nõ ſe extẽdit niſi ad cõditionalem expreſſe, ea, n. eſt ꝓprie ſuppoſitiua, & ad eã virtualiter reducunť vt ad cõditionales, cauſalis & rõnalis. Nam in cauſali prima ꝓpõ eſt ãns, ſecunda autem conſequens, vt hic. Quia ſol eſt ſuper terrã dies eſt. In rationali ſilr, vt hic, ſortes eſt rõnale, ergo eſt homo. Si autem ſumať ſm vſum famoſum, ſub ſe cõtinet cõditionalẽ, copulatiuã, & diſiunctiuã, & in his tribus ſpẽbus cõcordant cõiter antiq & ſolẽniores logici. Qď dico, qm̃ ex aliqbus modernis non habeť determinatus numerus harũ ſpẽrum. Nã aliqui ponũt qnꝗ, illis tribus addẽtes duas. ſ. cãlem & tẽporalem: vt hic qñ Sortes legit, Plato dormit. Quia Sortes legit, Plato adiſcit: aliqui plures. Sed ne te inuoluã nolo ſingulas recitare. Sufficit tibi ꝙ quæcũꝗ aliæ aſsignanť nõ ſunt vere hypotheticæ, ſed ſimilitudinarie præter eas, quæ ad cõdi tionales reducunť vt cãlis & rõnalis. Reliquæ aũt vt localis, & tpalis & ſimilitudinaria & cõparatiua, nõ poſſunt dici hypotheticæ, niſi qa in eis cõtinenť duæ orões cõiunctæ p aliq̃ notam coniunctiuã, ſiue ſit aduerbium, ſiue cõiũctio, vt patet in iſtis, ſortes dormit, vbi Plato comedit, ego dormio qñ tu vigilas. Sicut ſortes interrogať, ſic rñdetttã bonus eſt Sortes, q̃ bonus eſt Plato. Vñ oẽs iſtæ dicunť eſſe categoricæ diſtinctæ, nec hypothe. ſunt niſi p q̃dam ſilitudinẽ, eo ꝙ vna nõ ſupponiť alteri p modũ neceſſariæ ꝯñæ, ſicut ſe habẽt conditionales & reducibiles ad eas, vt cãlis & rõnalis. Sufficit igiť tractare in primis de vera hypothe. quę dr̃ cõditionalis, deinde de copulatiua & diſiũctiua, quæ ſm vniuerſalem modũ loquendi dicunť hypotheticę.

Quantum ad conditionalẽ tria agenda ſunt. Primo quid ſit. Secundo quotuplex ſit. Tertio quid requiriť ad eius veritatem & ſalſitatem. *De conditionalibus*

Quantum ad primũ aduerte, ꝙ ſic definit. Cõditionalis eſt ꝓpõ hypothetica, in qua coniungunt plures categoricæ per hanc coniunctionem ſi, ex quibus categoricis prima dr̃ antecedens, ſecunda aũt conſequens.

Primo dr̃ propoſitio hypothetica, quę eſt vt genus ſm modum famoſum loquendi ad conditionalem & copulatiuam & diſiunctiuam. Scdo dr̃ in qua cõiunguntur plures categoricæ, ꝙ eſt intelligendum formaliter, vt hic, ſi tu curris, tu moueris: vel virtualiter, vt qñ coniunguntur, duæ orões habentes modum categoricarũ: vt hic, ſi veniſſes ad me, ſaluaſſem te. Tertio dicitur per hãc cõiunctionem ſi, vt ex hoc differat a copulatiua, in qua partes coniungunt per hãc notam et, a diſiunctiua, in qua coniunguntur per vel. Quarto dicitur, ex quibus prima dicitur antecedens, ſecũda aũt conſequens. Nam oĩs conditionalis eſt conſequentia, in omni aũt conſequentia, ꝓpõ prima dicitur antecedens, ſecunda autem conſequens, qm̃ ordine illationis ſequitur ad primam. nam hæc ꝓpõ, ſortes eſt animal, ſequitur ad iſtam antecedentem, ſortes eſt homo. Nã bene et neceſſarie ſequitur, ſi ſortes eſt homo, ſortes eſt animal. Conſtat igitur quid ſit conditionalis. Et aduerte, ꝙ propter ordinem neceſſariũ, quem cognoſcimus inter orationes cõponentes conditionalem reducimus ad eam propoſitionem cauſalem & rationalem. Exemplum primi, quia ſol eſt in Cancro, dies lõgi ſunt: exẽplum ſecundi, tu curris, ergo tu moueris.

Quantum ad ſecundũ aduerte, ꝙ conditionalis põt fieri affirmatiue & nega. Affirmatiue quidem, quando nota conditionis affirmatur: vt hic, ſi tu es homo, tu es riſibilis: negatiue autem, qñ ipſa nota negatur: vt hic, non ſi tu es hõ, tu es lapis. Vnde aduerte, ꝙ ſicut affirmatio & negatio copulæ verbalis facit categoricam affirmatiuam & nega. ſic affirmatio & negatio notæ cõditionis facit conditionalem affirma. & nega.

Negatiua aũt fit tribus modis: primo, qñ negatio

præponitur

præponiſ immediate ipſi notę, ſed nō toti cōditionali, vt hic. Tu es hō non ſi tu es aſinus: ſecūdo, qñ negatio præponitur toti cōditionali, ſed nō immediate ipſi notæ, vt hic, nō tu es homo, ſi tu es aſinus: tertio, qñ negatio præponiſ toti conditionali & immediate ipſi notæ, vt hic, nō ſi tu es homo, tu es aſinus, & hic eſt modus ordinarius formādi conditionalem negatiuam.

Affirmatiua vero regulariter fit vno modo, quādo: ſcilicet nota conditionis præponitur toti cōditionali, vt hic. Si tu es albus, tu es coloratus.

Quantū ad tertiū aduerte, ꝙ veritas cōditionalis dupliciter manifeſtaſ: primo ſic, ad veritatē eius requiriſ, ꝙ añs non poſsit eſſe verum ſine cōſequente, i. ꝙ ſi pōnis añs, ponas ꝯñs: vt hæc eſt vera, ſi tu curris, tu mouēris. Nam nō potes ponere añs quin adſit ꝯñs. Impoſsibile eſt. n. te currere, ſi ponis te nō moueri: Secūdo ſic, ad veritatem cōditionals requiriſ ꝙ oppoſitum cōſequentis repugnet antecedēti, ita ꝙ non poſſunt ſtare ſimul añs & oppoſitum cōſequentis. V. G. hęc eſt vera, ſi tu eſt homo, tu es aīal. nam te eſſe hominem, & te nō eſſe aīal, ꝙ eſt oppoſitum conſequētis, non ſe compatiuntur: nam ex oppoſito infertur oppoſitū: ſicut. n. ſequitur, tu es homo, ergo tu es aīal, ſic ex oppoſito ſequitur. Tu non es aīal, ergo tu non es hō. Et aduerte, ꝙ iſti duo modi, quibus manifeſtatur veritas cōditionalis, tendūt in idem quo ad ſenſum. Nā ideo añs non poteſt ſtare ſine cōſequente in vera cōditionali. qa oppoſitum conſequētis repugnat antecedēti. Et rō dictorum eſt, quia cōditionalis eſt conſequētia, vt declarabiſ in tract. de cōſequentiis: quæ ergo requiruntſ & ſufficiunt ad veram conſequentiā, requiruntſ & ſufficiūt ad veram conditionalē: ad veram aūt cōſequentiā, vt tibi declarabiſ in principio tract. de cōſequētiis, oportet ꝙ oppoſitū ꝯñtis repugnat antecedēti, iō hæc eſt vera, tu es homo, ergo tu es aīal. Nā hæc duo repugnāt, tu es homo, & tu nō es aīal, hæc aūt eſt falſa, tu es hō, ergo

tu es Papa: Stat.n.ꝙ tu non ſis Papa, & tamen qđ ſis homo. Cum igitur vera conditionalis ſit conſequentia vera, eadem requiruntur & ſufficiunt in vtraq́ꝫ.

Falſitas aūt conditionalis modis oppoſitis manifeſtatur. Primo ſic, ad falſitatem conditionalis requirit ꝙ antecedens poſsit eſſe verum ſine conſequente, i. ꝙ ſtet aņs etiam ꝙ remoueatur conſequens, & ponatur eius oppoſitū V.G. hęc eſt falſa, ſi tu es homo, tu es iuſtus: ſtat.n ꝙ tu ſis homo, & non ſis iuſtus. Scđo ſic & reddit in idē quo ad ſenſum, ad falſitatem cōditionalis requiritur & ſufficit, ꝙ oppoſitū conſequentis nō repugnet antecedenti. vnde hæc eſt falſa, ſi tu es hō, tu ſedes. Nam hæc duo nō repugnant, tu es hō, & tu nō ſedes. Et rō quidem horum eſt, quia, vt diximus, cōditionalis eſt conſequētia. Ad conſequētiam aūt falſam, vt videbis in tract conſequentiarū in principio ſufficit, qđ oppoſitum conſequentis ſtet cū antecedente. Conſtat igitur quid requirat & ſufficiat ad veritatem & falſitatem cōditionalis. Quot modi autem arguēdi tam boni q̃ mali trahant a conditionali, manifeſtabit tibi in trac. de conſequētiis, vbi de hoc particulariter tractabimus. Pro nunc vt nouitius ſuſtine. Ex omnibus prædictis ſequuntur ex communi ſnīa Logicorum duo corollaria: quorū Primum eſt, ꝙ non oportet in ſpecie conſiderare de poſsibilitate & impoſsibilitate, nec de neceſſitate & contingentia conditionalis, qm̄ ſub vera continetur neceſſaria & poſsibilis, ſub falſa aūt continetur impoſsibilis, nulla vero eſt contingēs. dicitur.n.ꝙ omnis vera eſt neceſſaria, ex cōſequenti poſsibilis; & oīs falſa impoſsibilis, ex cōſequenti nō contingens, vt declarabitur tibi in cap. de modalibus. Vt aūt ſcias, quō omnis vera eſt neceſſaria, aduerte, ꝙ nō eſt neceſſaria, quia. ſ. aņs ſit neceſſarium & conſequēs ſimiliter: vt hic, ſi homo eſt aīal, eſt animatus. Nam poteſt aņs eſſe poſſibile & conſequēs ſimiliter, & eſſe contingēs, & conſequens ſimiliter, & aņs impoſsibile & conſequens ſi-

militer, & tñ conditionalis erit vera & neceſſaria: exẽplum primi, ſi ſortes eſt iuſtus, delectatur iuſtitia: exẽplum ſecũdi, ſi ſortes ſedet quieſcit: exemplum tertij, ſi ſortes eſt aſinus, eſt rudibilis. oẽs iſtæ ſunt veræ, qa nõ ſtat añs ſine conſequente, vt patet, & tñ nec añs, nec conſequens ſunt neceſſaria in ſe. ſed dr̃ neceſſaria ex infallibili ſequela conſequẽtis ex antecedente. Nã ex antecedente ſiue neceſſario ſiue poſsibili ſiue contingenti ſiue impoſsibili neceſsitate illationis ſequit̃ conſequẽs, at ſtante hoc antecedẽte tu curris, neceſſario ſequitur, ergo tu moueris. Conſtat ergo in quo ſenſu oĩs vera cõditionalis eſt neceſſaria, ex cõſequenti eſt poſsibilis, nam poſsibile altum ſequit̃ ad neceſſe, ſicut genus ad ſpeciem. Quid aũt ſit poſsibile altum, declarabimus in cap. de modalibus, ꝓ nunc ſuſtine. Qũo autem oĩs falſa ſit impoſsibilis, aduerte, ꝙ non dr̃ impoſsibilis impoſsibilitate antecedentis aut conſequentis. Stat n. añs & conſequens eſſe impoſsibilia, ſ. ſortes eſt aſinus, & ſortes eſt rudibilis, & tñ hæc cõditionalis eſt vera. ſi ſortes eſt aſinus, ſortes eſt rudibilis, Dr̃ igitur oĩs falſa impoſsibilis, qm̃ cũ oĩs vera ſit neceſſaria, modo quo oppoſitum eſt, & falſa opponat̃ veræ, oportet ipſam eſſe impoſsibilem, qm̃ ſi dantur duo oppoſita, puta ſortẽ eſſe aſinum, & ſortem eſſe hoĩem, ſi vnũ eſt neceſſariũ, puta ſortem eſſe hoĩem, alterũ eſt impoſsibile, puta ſortem eſſe aſinũ. Nã impoſsibile directe opponit̃ ipſi neceſſe, vt tibi declarabit̃ in cap. de modalibus. Cũ igit̃ ꝓbatum ſit oẽm verã eſſe neceſſariã, & falſa opponit̃ veræ, ſequit̃ ꝙ ſi vera ſit neceſſaria, falſa ſit impoſsibilis, ex cõſequenti nulla eſt contingens. Nam vt dictũ eſt, omnis vera eſt neceſſaria, omnis falſa eſt impoſsibilis.

Hinc patet veritas illius vulgatiſsimi dicti, Cõditionalis vera nihil ponit ineſſe. Nam dato ꝙ conditionalis ſit vera ex neceſſaria ſequela conſequentis ex antecedente, non ſequitur antecedens & conſequens poni in rerum natura: puta, licet ſit verũ dicere, ſi tu es Papa,

tu es Vicarius Dei, tamen non ſequitur de facto, te eſſe Papam, aut Vicarium Dei. Hæc de hypothetica conditionali dicta ſint.

De copulatiuis.

Quantum ad copulatiuã tria agenda ſunt. Prĩo q̃d ſit, ſecũdo quotuplex ſit, tertio q̃d requiratur ad eius veritatem, & falſitatem, & poſsibilitatem & cõtingentium & impoſsibilitatem. Quantum ad primũ aduerte, ꝙ ſic definitur. Copulatiua eſt propoſitio hypothetica, in qua plures categoricæ, vel orationes habentes modum categoricarum coniunguntur per notam copulationis, & aut ſibi æquiualentem.

Primo dicitur propoſitio hypothetica &c. vſqꝫ ibi, coniunguntur, quod totum intelligendum eſt ſicut in definitione conditionalis.

Scđo dr̃ per notã copulationis, &c. vt in hoc diſtinguatur a cõditionali & diſiunctiua, in quarũ altera cõiungunť plures categoricæ p̄ ſi, & in altera per vel. Itẽ vt diſtinguať a categorica de ſubiecto, aut p̄dicato copulato. Pro cuius notitia aduerte, ꝙ nota copulationis põt teneri copulatim & copulatiue. teneť copulatim, qñ mediat inter terminos, vt hic, ſor. & Plato ſunt amici, copulatiue aũt, qñ mediat inter ꝑpõnes, vt hic, ſor. ſcribit & Plato dormit: ad hoc ergo, ꝙ nota copulationis cõſtituat hypotheticam copula. oportet, vt mediet inter ꝑpõnes. Tu tñ aduerte, ꝙ nota copulationis accepta copulatim põt teneri diuiſiue & collectiue: ſi diuiſiue, categorica de extremo copulato æq̄pollet vni copulatiuæ veræ, q̃a põt reſolui ĩ duas catego. cõiunctas p̄ &, vt hic, ſor. & Plato currũt, ergo ſortes cur. & Plato cur ſi collectiue, nõ põt æquipollere vni copulatiuę veræ, & reſoluiť vtraqꝫ categorica erit falſa, vt hic, ſortes & Plato trahunt nauem, ſuppoſito ꝙ neuter p̄ ſe ipſum ſufficiat, ſed ambo ſimul & nõ aliter ſufficiant.

Quarto dr̃, & ſibi æquiualentẽ, qm̃ non ſolũ ly &, ſed etiam ly qꝫ, & ly atqꝫ conſtituũt copulatiuam: æq̄pollent. n. apud Grãmaticum & Logicum. Cõſtat igiť

quid ſit copulatiua. Quantum ad ſecũdum aduerte, ꝙ copulatiua diuiditur in affirmatiuã, & nega: & vtraqꝫ diuiditur in veram & falſam. Item diuidit̃ copulatiua in neceſſariam & impoſsibilem, in poſsibilem & cõtingentem, & de omnibus in ſpecie ſic accipe.

Copulatiua affirmatiua eſt in qua nota copulationis affirmat̃, vt hic. Sortes currit & Plato diſputat.

Negatiua eſt in qua nota copulationis negatur, vt hic, non ſortes currit, & Plato diſputat. Tu tñ aduerte, ꝙ negatiua fit duobus modis: primo, qñ præponitur toti copulatiuæ: vt hic, nõ tu curris & comedis, & hic eſt modus famoſus & conſuetus: ſecundo ponitur poſt primam categoricã, ſed ante copulam, vt hic. Tu curris non et tu comedis, ſed iſtæ modus nõ eſt in vſu, ideo ſtandum eſt in primo.

Copulatiua affirmatiua vera eſt illa, quæ requirit vtrãqꝫ partem principalem veram, ita ꝙ non ſufficit vnam eſſe verã, vt hic. Sortes eſt homo, & ſortes eſt riſibilis. Hæc aũt non eſt vera. Sortes eſt homo, & Plato eſt aſinus, qm̃ ſecunda pars non eſt vera. & ratio huius eſt. Quia ſicut totum eſſentiale ſe habet ad exiſtẽtiam, ſic copulatiua affirmatiua vera ad veritatẽ. Sed ad exiſtentiam totius eſſentialis oportet oẽs ſuas partes eſſe: ꝙ ſi vna deficit, deſinit eſſe totum, vtpote de homine, cuius partes eſſentiales ſunt anima & corpus vnitæ: ergo ad veritatem copulatiuæ affirmatiua veræ requiritur vtrãqꝫ partem principalem eſſe veram, & ſi vna deeſt, non permanet vera. Sed aduerte, ꝙ dicitur copulatiua affirmatiua vera, ad differẽtiam negatiuæ veræ, ad cuius veritatem ſufficit vnam partem eſſe veram. Nam hæc eſt vera, non tu es homo, & tu es aſinus. Et qđ ſit vera probatur ſic, ſua affirmatiua eſt falſa. ſ. Tu es hõ, & tu es aſinus, ergo negatiua eſt vera, qm̃ ſunt duæ copulatiuæ ſingulares contradictoriæ. Contradictoriarum autem oportet alteram eſſe veram, & alteram falſam, vt docuimus in cap. præced.

Copulatiua affirmatiua falſa eſt illa, cuius vtraq; pars principalis, vel ſaltem altera eſt falſa: vt hic, Sortes eſt aſinus, & eſt rudibilis. vtraq; pars eſt falſa, & hic ſortes eſt homo, & eſt aſinus. Sed dices propter quid ad veritatem copulatiuæ affirmatiuæ oportet vtrãq; partem eſſe veram, ad falſitatem autem ſufficit vnã eſſe falſam. Reſpondetur, quia plura requirunt ad conſtruendum quam deſtruendum. Nam ad hoc quod homo ſit ſanus, oportet omnes humores eſſe adæquatos, ad hoc autem quod ægrotet, ſufficit vnum inadæquari: affirmatiua autem vera eſt ſicut totum conſtructum, negatiua autem vt deſtructũ: & iõ ad eius conſtructionem veram, oportet omnes partes eſſe veras, ad deſtructionem autem ſufficit vnam deficere a veritate. Copulatiua autem negatiua falſa eſt illa in qua vtraque pars eſt falſa: vt hic, Nõ ſortes eſt homo, & eſt riſibilis, & non ſufficit vnam partem eſſe falſam: quoniam iam diximus quod ad copulatiuam negatiuam veram ſufficit vnam partem eſſe veram, vt hic non tu es aſinus, & tu es homo.

Copulatiua neceſſaria eſt illa, cuius vtraq; pars principalis eſt neceſſaria, vt omnes copulatiuæ factæ in materia naturali: vt hic homo rationalis, & eſt riſibilis.

Copulatiua impoſsibilis eſt illa, cuius vtraque pars eſt impoſsibilis, & ſunt omnes copulatiuæ factæ in materia remota: vt hic, ſortes eſt aſinus, & eſt rudibilis. Aduerte tamen quod ſicut ad falſitatem copulatiuæ affirmatiuæ ſufficit partem vnam eſſe falſam, ſic & ad impoſsibilitatem ſufficit vnam partem eſſe impoſsibilem. Vnde hæc eſt impoſsibilis, ſortes eſt homo, & ſortes eſt aſinus.

Copulatiua poſsibilis eſt illa, cuius vtraque pars eſt poſsibilis. vt tu ſedes, & tu dormis: nec ſufficit vnam partem eſſe poſsibilem, quoniam ſi altera eſſet impoſsibilis, iam diximus, ꝙ copulatiua eſſet impoſsibilis: vt hic, Tu ſedes, & tu volas.

Copulatiua cõtingens eſt illa, cuius ſaltem vna pars eſt contingens, & altera non eſt impoſsibilis, nec alteri incompoſsibilis. Defectu primæ conditionis, hæc non eſt contingens, ſed neceſſaria, ſortes eſt homo, & eſt rationalis. Defectu ſecundæ, hæc non eſt contingens, ſed impoſsibilis, ſortes eſt albus, & eſt aſinus. Defectu tertiæ hæc non eſt contingens, ſed impoſsibilis, Tu es, & tu non es, licet enim ſit cõtingens te eſſe, quia potes non eſſe & te non eſſe, quia potes eſſe, tamen ſimul te eſſe & non eſſe non eſt contingens, imo impoſsibile, cum ſint contradictoria, quæ impoſsibile eſt eſſe ſimul vera: Hæc de copulatiua dicta ſufficiunt.

Quot modis autem poſsimus arguere in copulatiua, dicemus in tractatu de conſequentiis in cap. de hypotheticis conſequentiis.

Quantum ad diſiunctiuam tria agenda ſunt. Primo quid ſit. Secundo quotuplex ſit. Tertio quid requiritur ad veritatem eius & falſitatem, & neceſsitatem, & impoſsibilitatem, & poſsibilitatem & contingentiam. *De diſiũctiuis.*

Quantum ad primum ſic definitur, hypothetica diſiunctiua eſt propoſitio, in qua coniunguntur plures categoricæ per hanc coniunctionẽ vel aut ſibi conſimilem: vt ſortes eſt homo, vel eſt aſinus. Primo dicitur propoſitio in qua &c. quod intelligendum eſt ſicut in aliis definitionibus datis de conditionali & copulatiua. Secundo dicitur per hanc cõiunctionem vel, ad differentiam conditionalis, cuius nota cõiunctionis eſt ſi, & copulatiuæ, cuius nota coniunctionis eſt &. Tertio dicitur aut ſibi conſimilem. quoniam nota diſiunctionis apud grammaticos non ſolum eſt vel, ſed aut, & ſi quid aliud æquipollet. Sed hic dubium, quia non videtur ly vel coniungere categoricas, ſed potius diſiungere, aliter deberet dici propoſitio hypothetica coniunctiua & non diſiunctiua. Præterea quod non coniungat, ſed diſiungat, ſignum ſumitur ex eo quod vera & propria diſiunctiua ſit de partibus impoſsibi-

libus: vt hic, Vel tu es ſanus, vel tu es æger: vel tu es cæcus, vel tu es videns. Quod ſi fiat de partibus compoſsibilibus, non eſt propria, vt hic, tu es homo, vel tu ſedes, ergo &c. Ad hoc reſpondetur communi ſententia, ꝙ inter coniunctiones, quædam coniungunt ſenſum & terminos ſiue propoſitiones, quales ſunt coniunctiones cōditionales & rationales & cauſales & copulatiuæ, & iſtæ conſtituunt primam & ſecundā ſpeciem hypotheticæ: quædam autem coniūgunt ſolum voces, aut terminos, aut propoſitiones, ſed diſiungūt ſenſum ac ſignificatū, & tales ſunt ly vel, aut, &c. Obiectio quidem concludit, quo ad ſignificatum, nō autem quo ad voces, aut ter. aut propoſitiones &c. Et aduerte quod dico quo ad voces & terminos, vt includam diſiunctiuam in voce, in mente, in ſcripto.

Aduerte etiam ꝙ ſicut diximus notam copulationis teneri aliquando copulatiua, aliqñ copulatiue, ſic & coniunctio diſiunctionis aliqñ tenetur diſiunctim, aliqñ diſiunctiue: diſiunctim quidem, qñ ponitur inter prædicatum, aut ſubiectum Exemplum primi, Sortes eſt homo vel aſinus: exemplum ſecūdi, Sortes vel Plato currit, & hæc dr̄ categorica de extremo diſiuncto, quę aliqñ poteſt reſolui in vnam diſiunctiuam, vt hic, Sortes vel Plato ſcribit. (nam bene ſequitur, ſortes ſcribit, vel Plato ſcribit:) aliqñ autem nō, vt hic ſortes vel Plato trahunt nauem: non. n. ſequitur qd' ſortes trahat nauem, aut Plato trahat nauem, ſuppoſito qd' neuter diuiſim ſufficiat. Diſiunctiue autem tenetur, quando eſt nota inter duas propoſitiones categoricas: vt hic, Plato currit, aut Plato quieſcit. Cōſtat igitur tibi quid ſit hypothetica diſiunctiua.

Quantum ad ſcdm aduerte, ꝙ diſiunctiua diuiditur in affirmatiuam & nega. in veram & falſam, in neceſſariam & impoſsibilem, in poſsibilem & contingētem. Exēplum de affirmatiua, tu es hō vel aſinus: de negatiua, Nō tu es hō, vel aſinus. De vera, tu curris vel quie-

ſcis. De falſa, tu es aſinus vel rudibilis: De neceſſaria, Deus eſt, vel ſortes moueť: de poſsibili, ſortes eſt aſin°, vel tu es Papa: de impoſsibili, Vel Deus nō eſt, vel tu es aſinus: de cōtingēti, Antichriſtus eſt albus, vel tu curris. Verū id nō ſufficit, nec excēpla, ſed de ſingulis in ſpecie agēdum eſt, vt dicemus & immediate ſequētibus.

Quantum igiť ad tertium aduerte ꝙ diſiunctiua affirmatiua eſt illa, in qua nota diſiunctionis affirmať, vt tu es homo, vel tu es aſinus. Negatiua eſt illa, in qua nota diſiunctionis negať, negatur autem ſi cadit negatio ſuper illam: vt hic, Non tu es hō, vel tu es aſinus, poteſt autem cadere dupľr ſuper illam: primo, qñ præponitur toti diſiunctiuæ: vt hic, Non tu es homo, vel tu es aſinus. ſecundo, quando poſtponitur primæ categoricæ, ſed præcedit notam diſiunctionis, vt hic. ſortes eſt aſinus nō, vel eſt homo. Sed primus modus eſt ordinarius & clarior, ideo ſequere illum.

Vera eſt illa, cuius vna pars eſt vera, & alia falſa: vt ſortes eſt homo, vel eſt aſinus, & hæc eſt ꝓpria. Nam cum nota diſiunctionis habeat diſiungere ſignificatū, et coniungere ꝓpoſitiones, ſiue voces, aut terminos, ſi vtraq; pars eſſet vera, non diſiungeret ſignificatum: vt patet hic, Vel tu es homo, vel tu es riſibilis, æqpollet enim copulatiuæ veræ, ſ. tu es, & tu es riſibilis: & ideo tenendum eſt, ꝙ ad veram & propriam diſiunctiuam oportet partem vnam eſſe veram, & aliam falſam. Si autem vtraq; ſit vera, erit diſiunctiua vera quo ad modum ꝓnunciandi, ſed non propria, quo ad ſignificatū. Falſa eſt illa, cuius vtraq; pars eſt falſa. Nam ſi vna eſt falſa, & alia vera, iam diximus ꝙ diſiūctiua eſſet vera, & ꝓpria. Vt ergo diſtinguatur falſa a vera, cum ſit ei oppoſita, oportet vtrāq; partem eſſe falſam. Vñ hæc eſt falſa, Sortes eſt aſinus, vel habet alas.

Neceſſaria eſt illa, cuius vtraq; pars eſt neceſſaria, vel ſaltem vna: excēplū primi, Deus eſt, vel homo eſt aīal: exemplum ſecūdi, Deus eſt, vel ſortes moueť. Licet.n.

vna pars ſit neceſſaria, & altera contingens tamen denominatur a digniori & veriori, quæ eſt neceſſaria. Poſsibilis eſt illa, cuius vtraque pars eſt poſsibilis, vt ſortes eſt albus, vel Plato currit. Nota tamen, quod ſufficit vnam partem eſſe poſsibilem, vt hic, Antichriſtus eſt, vel hō eſt aſinus nā iſta vel eſt impoſsibilis: vel poſsibilis: non impoſ.q͞m, vt dicemus, ad impoſsibilem oportet vtrãq; partem eſſe impoſsibilem: ergo eſt poſsibilis. Contingens eſt illa, cuius vtraq; pars eſt cõtingens: vt ſortes eſt albus, vel ipſe ſcribit Et ad cognoſcendum diſiunctiuam contingentem datur hæc regula, ſi copulatiua facta de partibus oppoſitis partibus diſiunctiuæ eſt contingens, diſiunctiua eſt contingens. Verbi gratia, Hæc eſt cõtingens tu curris, vel tu non moueris: ſumatur oppoſitum de ly tu curris, ſcilicet tu non curris, & oppoſitum de ly, tu non moueris, ſ. tu moueris, & formetur hæc copulatiua, Tu non curris, & tu moueris: patet quod eſt cõtingens, quoniam contingit te non currere, & tamen moueri, vt quando ſimpliciter ambulas: ergo & hæc diſiunctiua eſt contingens, Tu curris, vel non moueris. Hæc de diſiunctiua dicta ſint, & per conſequens de omnibus ſpeciebus famoſis propoſitionis hypotheticę. Q͞uo autem et quot modis liceat arguere a diſiunctiua, manifeſtabitur tibi in tractatu de conſequentiis.

De propoſitione categorica modali. *Cap. 4.*

Ex. 2 Petri bern. e.

IN cap. quarto agendum eſt de propoſitione modali categorica, & hic ſex agenda ſunt. Primo in quo diſtinguit categorica modalis a ſimplici categorica: Secũdo per quos & quot modos fit apud Logicum vera & propria ꝓpoſitio modalis. Tertio quid ſit. Quarto quot ſiunt. Quinto quomodo ſumuntur in eis quatuor genera oppoſitionum. Sexto declarabitur hæc diſtinctio famoſa, Modalium alia eſt de ſenſu diuiſo, alia de ſenſu compoſito.

Quantum ad primum aduerte, ꝙ ſimplex categorica eſt illa, in qua ſimplr̃ & ſine limitatione, aut alterius termini appoſitione prædicatum dicitur de ſubiecto, ſiue ſit de ſecundo, vel de tertio adiacente: exemplum primi, Deus eſt, homo eſt, cœlum eſt: exẽplum ſecũdi, Deus eſt iuſtus, homo eſt animal. cœlum eſt incorruptibile. & huiuſmodi categoricæ dicuntur de ineſſe, qm̃ ſunt de ſimplici inhærentia prædicati ad ſubiectum. Categorica modalis eſt illa, in qua prædicatur prædicatum de ſubiecto cum adiectione termini adiectiui determinantis ſubſtantiuum, vel appoſitione aduerbij ad ipſum verbum. Nam ſicut adiectiuũ determi nat ſubſtantiuũ, ſic aduerbiũ determinat actum verbi: exemplum primi, hõ albus currit. nam currere non dr̃ de homine ſimplr̃, ſed de homine ſic determinato. ſ. p album: exẽplum ſecundi, ſortes currit velociter: currere prædicatur de ſorte non ſimplr̃ & qualitercũꝗ, ſed cum velocitate. Dr̃ ergo modalis a tali determinatione vel limitatione, quæ apud Logicum dr̃ modus. Vnde ſic definiri cõſueuit. Modus eſt adiacens rei determina tio. i. modus eſt limitatio ſiue reſtrictio appoſita rei, i. ſubſtãtiuo, quæ limitatio fit per adiectiuum, vt homo iuſtus dominatur, homo fortis defenſat patriã. Quotuplex ergo eſt adiectiuũ, totuplex eſt modus. Adiectiuum autem eſt duplex, ſ. nominis & verbi: Adiectiuum noĩs eſt omne nomen adiectiuum adiacẽs nomini ſubſtantiuo, vt bonus Deus, bonus homo, fortis æquus, alba veſtis. Adiectiuum verbi, eſt aduerbium adiacens verbo in orõne. Vt ſortes hodie venit, ſortes bene currit. Sed aduerte, ꝙ aduerbia quatuor modis modificant & determinant verbum. Primo gratia cõpoſitionis, i. indicant qualiter verbum componat prędicatum cum ſubiecto: vtrum. ſ. neceſſario, vel contin genter, vel poſsibiliter, vel veræ vel falſæ: & ſic per hu iuſmodi aduerbia qualificatur propoſitio, vt dicatur neceſſaria, vel contingens & poſsibilis &c.

Modaliũ à categoricis diſcrimen.

Scđo modificant & determinant verbū gratia rei verbi,i.ſignificati: vt aduerbia qualitatis,vt dicēdo ſortes velociter currit,ſignatur ꝙ curſus,qui importatur per verbū curro,non eſt qualiſcūꝗ,ſed velox. Tertio modificant verbum gratia tpis, & eſt qñ ſignificat actum verbi ſub differentia tpis determinati,vt hodie legam, in veſpere,cras diſputabo in mane. Quarto modificāt verbum gratia modi, vt aduerbia hortādi: vt eya aduocata noſtra adiuua nos,quędam gratia optandi, vt vtinam audias me, & horū quatuor modorū rō hinc ſumitur. Verbum quatuor modis cōſideratur.primo vt deſignat cōpoſitionem prædicati cum ſubiecto,ꝓpter ꝙ dr̄ copula apud logicum,& vt ſic aduerbiū determinat verbum gratia cōpoſitionis prędicati cū ſubiecto.ſecundo vt ſignificat actum ſuū,et vt ſic determinant verbum aduerbia qualitatis: quarto vt ſignificat cum tpe ad differētiam noīs,vt docuimus in tract. 2.et vt ſic determināt verbum aduerbia tpis:quarto vt notat actum ſuū cum determinato modo,puta per modum imperātis,aut hortantis, aut deſiderantis, cōminantis,aut miſerētis, & vt ſic determināt verbū aduerbia imperādi,hortādi,optādi,miſerēdi:cōſtat igiť qūo differat ſimplex categorica a categorica modali,& qd ſit mod⁹.et qūo adiectiuū eſt mod⁹ſubſtātiui,et aduerbiū mod⁹ v̄bi,& quot modis aduerbia determi. v̄bū.

De modalium compoſitione. Quantum ad ſcđm aduerte, ꝙ apud Logicum tm̄ iſti ſex modi cōſtituunt ꝓpōnem modalem,ſ. neceſſario,contingēter,poſsibiliter,impoſsibiliter,vere & falſe:qui poſſunt accipi nominaliter ſic,neceſſe,cōtingēs, poſsibile,impoſsibile,verum,falſum:poſſunt etiā ſumi aduerbialiter,vt neceſſario,cōtingenter,tñ ſumpta nominaliter conſueto modo & ꝓprie conſtituunt ꝓpoſitionem modalem. Soli igitur iſti ſex apud Logicum conſtituunt ꝓpōnem modalem , & omnes alij relinquendi ſunt,ſiue ſint nomina adiectiua,ſiue aduerbia. Sunt.n.magis deſeruientes Grammatico , ꝙ̄ Logico:

Præterea tantum iſta ſex determinant verbum gratia cõpoſitionis prædicati cũ ſubiecto, vt diximus ſupra. Cum igiť ad logicum ſpectet conſiderare de ꝓpõne, prout ex ea cõponũt ſylls, eius eſt conſiderare quõ iſti modi conſtituunt & qualificant ꝓpõnem. Item aduerte, ꝙ licet verum & falſum annumerentur inter iſtos ſex modos, tñ relinquẽtur, qm̃ oppoſitio & æquipollentia ꝓpõnum, quę per eos conſtituuntur, fit eodem modo ſicut in categoricis de ineſſe, vt tibi declarabitur in cap. 5. Noſtra igitur intẽtio verſabitur circa hos quatuor, neceſſe contingens poſsibile impoſsibile.

Quantum ad tertium aduerte, ꝙ ſic definiť. Propoſitio modalis eſt ꝓpõ categorica, quæ proprie & vſitate modificatur aliquo iſtorũ quatuor modorũ: q ſunt, neceſſe, contingẽs, poſsibile, impoſsibile: vt ſortem currere eſt contingens, vel ſortes currit contingenter. *Quid ſit modalis.*

Primo dř, ꝙ eſt ꝓpõ categorica, qm̃ habet ſubiectũ prædicatum, & copulam tanq̃ partes principales ſui. Qđ patet, qñ fit per modum ſumptũ aduerbialiter, vt ſortes eſt homo neceſſario. Nam ſortes eſt ſubiectum, homo p̃dicatum, copula eſt; neceſſario aũt neq; ſubiectum neq; p̃dicatum neq; copula, ſed modus ſignãs hãc eſſe neceſſariã, Sortes eſt hõ. Idem patet, ſi fiat per modum ſumptũ noĩalř, vt hic, ſortem currere eſt contingens. Nã infinitiua oṙo eſt ſubm, contingẽs p̃dicatum, eſt copula. Scđo dř quæ proprie & vſitate fit aliquo iſtorum quatuor modorũ, ad differentiã earum, q fiunt per hos modos verũ & falſum, & ad dřiam earum, q̃ fiunt per hos modos, ꝑ ſe accidens, vt hic, homo eſt aĩal per ſe, ſortes currit per accñs. Nam licet prima ęquipolleat modali de neceſſe, & ſecũda modali de contingẽti, tñ ſunt formaliter modales. Et quidem qđ ęquipolleant patet hinc, ſi homo eſt aĩal per ſe, ergo neceſſe eſt ipſum eſſe animal, ſi ſortes currit per accidens, ergo contingens eſt ipſum currere. De illis autem, quæ fiunt per hos modos, verum & falſum, non eſt curan-

dum, quoniam relinquendi ſunt ratione ſupra dicta.

Quot nã modales fiant.

Quãtum ad quartum aduerte, ꝙ ſi iſti quatuor modi ſumãtur nominaliter quilibet eorum facit quatuor ꝓpõnes modales, & ſic in ſumma fiet quater quatuor .i. ſexdecim. Pro cuius notitia aduerte tria: primò qđ omnis modalis facta per modum noĩalr ſumptũ conſtat ex dicto & modo. Modus quidem tibi iã manifeſtus eſt, vt neceſſe. poſsibile, contingẽs, impoſsibile. Dictum aũt eſt orõ infinitiua. V.G. ſortem currere eſt cõtingens: ly ſortem currere eſt dictũ, ly cõtingens eſt modus. Scđo aduerte, ꝙ licet dictũ poſsit ſubiici, i. poni ꝓ ſubiecto, & modus p̃dicari. i. poni ꝓ prædicato & etiã econuerſo, vt patet hic, ſortem currere eſt contingens. Cõtingens eſt ſortẽ currere, tñ ordinarie modus debet p̃dicari, & dictũ ſubiici, dummõ fiat modalis de ſenſu cõpoſito. Nã ſicut ſe habet copula ĩ categorica de ineſſe, ſic modus in categorica modali. Cõſtat aũt ꝙ in illa ſe tenet copula a parte prædicati. Vnde Ariſto. in. 1. peri her. poſtꝙ̃ definiuit verbum inquit, Et ſemper eſt eorũ quæ de altero prędicanť nota. Ergo & modus in modali debet ſe tenere à parte prædicati. Dixi dum modo fiat modalis in ſenſu compoſito: qm̃ vt declarabimus qñ fit in ſenſu diuiſo, melius eſt vt mediet inter partes dicti, vt hic albũ poſsibile eſt eſſe nigrũ. Tertio aduerte, ꝙ quilibet modus põt facere quatuor ꝓpõnes, quarum prima erit affirmatiua de dicto, et de modo, vt ſortem currere eſt cõtingens, ſecunda erit negatiua tm̃ de dicto, vt ſortem nõ currere eſt cõtingens: tertia erit negatiua tm̃ de modo, vt ſortem currere nõ eſt contingẽs: quarta erit negatiua de dicto & de modo, vt ſortem nõ currere nõ contingẽs: eodẽ mõ formabis quatuor de poſsibili, & quatuor de neceſſe, & quatuor de impoſsibili, & ſic oẽs ſimul ſumptæ erũt ſexdecim.

Sed dices, ſi dictũ debet ſubiici & modus prędicari, quare Ariſ. ĩ li. 2. peri her. ſic ſituat modales, ꝙ modus ſemper ſubiicitur, & dictum prædicatur? Sic. n. ordi-

nat eas, poſsibile eſt ſortem currere, poſsibile eſt ſortẽ non currere &c. Rñdetur ſecundum veram ordinem debet modus prædicari ratione iam dicta. Ariſtoteles autem in.2.peri her.non tantum attendit ad verum ordinem q̃tum ad declarandum oppoſitiones inter modales: oppoſitio autem clarius & citius deprehenditur ſi modus ſubiiciatur. nam fit oppoſitio per negationẽ additam modo & non dicto, vt iſtæ duæ, poſsibile eſt ſortem currere, non poſsibile eſt ſortem currere, opponuntur. Hac igitur de cauſa Ariſto. ſituat modum in ſubiecto, & dictum in prædicato.

Quãtum ad quintum aduerte, ꝙ ſicut in categoricis de ineſſe quædã ſunt contrariæ, quædã ſubcontrariæ, quædã contradictoriȩ, quȩdã ſubalternæ: ſic & in modalibus. Sed valde differenter. Nã in categoricis fit oppoſitio ꝑpter ſigna vlia & pti appoſita ſubiectis, & ꝑpter negationem. V.G. rõne ly omnis, & rõne ly nullus, iſtæ duæ ſunt cõtrariæ, omnis hõ currit, nullus homo cur. Sed in modalibus nõ fit oppoſitio p ſigna, ſed per modos, q̃ correſpondẽt ſignis Vnde aduerte qđ poſsibile & cõtingens correſpondent ly quidã: & poſsibile non, & cõtingens, non, correſpondent ly quidã non. ꝑpter ꝙ ſicut iſtæ ſunt duæ particulares ſubcontrariȩ de ineſſe, Quidã homo cur. quidã homo nõ cur. ſic iſtæ ſunt duæ parti. ſubcõtrariæ modales, Poſsibile eſt ſortem currere, poſsibile eſt ſortẽ non cur. Neceſſe vero, correſpondet omni, & impoſsibile nulli. vñ ſicut in illis de ineſſe. iſtæ duæ ſunt contrariæ, Oĩs hõ eſt albus, & nullus hõ eſt albus, ſic in modalibus iſtæ duæ ſunt cõtradictoriæ, Neceſſe eſt hoĩem currere, impoſsibile eſt hoiem currere. Habitis ſubcõtrariis, et cõtrariis modalibus facile eſt habere cõtradictorias & ſubalternas. Nã ſicut in illis de ineſſe iſtȩ ſunt cõtradictoriȩ, oĩs homo currit quidã homo non cur. Nullus hõ currit, quidam hõ cur. ſic in modalibus iſtæ contradicũt ſortem non currere nõ eſt poſsibile, Sortẽ non currere eſt


De modalium oppoſitionibus.

poſsibile, ſortem currere non eſt poſsibile, ſortem currere eſt poſsibile. Et ſicut in illis de ineſſe iſtæ ſunt ſubalternæ, omnis homo currit, quidam hō cur. Nullus hō currit, quidam homo non currit, ſic in modalibus, iſtę ſunt ſubalternæ, ſortem non currere non eſt poſsibile, ſortem currere eſt poſsibile: ſortem currere non eſt poſſibile, ſortem nō currere eſt poſsibile. Sed dices, iſta aſſignatio contradictoriarum & ſubalternarum vr̄ diſcordare ab immediate ſupradictis, Nā aſsignatæ ſunt contrarię per ꝓpōnem de neceſſe eſſe, & per ꝓpōnem de impoſsibile eſſe: ergo & cōtradictoriæ aſsignandæ ſunt per eaſdem, vt. ſ. dicatur ꝙ propoſitio de neceſſe eſſe, & propoſitio de poſsibile non eſſe contradicunt, ſilr̄ propoſitio de impoſsibile eſſe, & de poſsibile eſſe contradicunt, eodem mō aſsignandæ ſunt ſubalternę. Hic aūt quatuor genera oppoſitionum aſsignata ſunt ſolum ſm quatuor propoſitiones de poſsibili, vt patet, ergo aſsignatio iſta diſcordat a ſupradicta.

Rñdetur, licet diſcordet in terminis, non tñ in ſenſu. Nam totā negatiuā de poſsibili ęquipollet toti affirmatiuæ de neceſſe: vt ſi non eſt poſsibile ſortem nō currere, neceſſe eſt ipſum currere: negatiua aūt de modo ęquipollet toti affirmatiuæ de impoſsibili. nam ſortem currere non eſt poſsibile, ergo ſortem currere eſt impoſsi. In ſenſu ergo pñs aſsignatio nō diſcordat a prædicta. In terminis aūt voluimus diſcordare, vt ſeruarem naturam oppoſitarum ꝓpoñum. Dictū eſt. n. in aſsignatione quatuor generū oppoſitionū in categoricis de ineſſe, ꝙ omnes ꝓpōnes oppoſitę tam contrariæ q̄ ſubcontrariæ, tam contradictoriæ ꝙ ſubalternæ debēt eſſe eiuſdem ſubiecti & eiuſdē prædicati. Et ideo, vt id ſeruaretur in modalibus, aſsignauimus quatuor genera oppoſitionum, iuxta quatuor ꝓpōnes de poſsibili, quarū tota negatiua æquipollet toti affirmatiuæ de neceſſe, vt diximus, & negatiua de mō, toti affirmatiuæ de ipoſsibili. Vt igit̃ pre oculis habeas quatuor oppo-

ſitionum genera in modalibus. ꝓportionata quatuor generibus oppoſitionum in categoricis de ineſſe formauimus figuram ſequentem.

Modalium ad illas de ineſſe ſimilitudo.



Hæc de quatuor generibus oppoſitionum in modalibus dicta ſint.

Quātum ad ſextum aduerte, ꝙ apud Logicos & in doctrina peripatetica, Modalis eſt duplex. Vna inquā de ſenſu compoſito, altera de ſenſu diuiſo: Differunt autem: Primo in modali de ſenſu compoſito modus aut pręponitur aut poſtponitur toti dicto, vt hic albū eſſe nigrum eſt poſsibile: vel ſic, poſsibile eſt albū eſſe nigrum: & vt appareat eius veritas vel falſitas, debet reſolui oratio infinitiua in indicatiuam ſic, Hæc propoſitio eſt poſsibilis, album eſt nigrum, & ſic ſtatim apparet ꝙ eſt falſa: quoniam oppoſita eſſent in eodem, ſ. albedo & nigredo: in modali aūt de ſenſu diuiſo modus nec præponitur, nec poſtponiť, dicto, ſed mediat inter partes dicti, vt hic albū poſsibile eſt eſſe nigrum: *Quæ modalium ī ſenſu diuiſo, & cōpoſito ſint.*

H

& ſic exponitur, res, quæ eſt alba, põt fieri nigra, vel denigrari,& ſic eſt vera: nam res, quæ hodie eſt alba, põt amittere albedinem,& recipere nigredinem: Sc͞do differunt,quia modalis de ſenſu compoſito debet tota ſiue diſcõtinuitate proferri,vt.ſ.nõ fiat pauſa inter partes dicti,nec inter dictum & modum, ſed continuetur prolatio ſic,albc eſſe nigrum eſt poſsibile. Ea aũt,quæ eſt de ſenſu diuiſo, proferri debet cũ diſcontinuatione, vt.ſ.ꝑferatur ſubiectum dicti, & in eo fiat punctum, deinde ꝑferatur modus cũ copula & reliquo dicti, vt hic,album poſsibile eſt eſſe nigrũ.Tertio differunt,q̄m in ea de ſenſu compoſito, ſubiectum dicti ſtat ꝓ re & pro forma ſibi inhærente,i vt eſt ſub forma,a qua denominatur:puta in iſta, Album eſſe nigrum eſt poſsibile,ſtat ly album ꝓ re vt in ſe habet albedinem,in ſenſu autem diuiſo ſtat ſolum ꝓ re vt põt eſſe ſub forma, puta in iſta, Album põt eſſe nigrum, ly album ſtat ꝓ re non inquantum eſt alba, ſed pro re in ſe cõſiderata, quæ poteſt eſſe ſub albedine & nigredine non ſimul, ſed diuiſim.Quarto differunt, quia omnes modales factæ de dicto,cuius ſubiectum & prædicatum denominatur a formis oppoſitis,vt hic,calidum eſſe frigidum eſt poſsibile, in ſenſu compoſito ſunt ſalſæ, quoniam impoſsibile eſt oppoſitas formas ineſſe eidem coniunctim.In ſenſu autem diuiſo ſunt veræ, q̄m non inconuenit eidem ineſſe oppoſitas formas diuiſim ſiue ſucceſſiue. Si aũt fiant de non oppoſitis in vtroq; ſenſu poſſunt eſſe veræ.Nam ſumpta re frigida,puta niue,ſi formetur talis cõditionalis in ſenſu compoſito, frigidum eſſe album eſt poſsibile eſt vera, q̄m non repugnat rei frigidæ,vt eſt ſub frigiditate,eſſe albam ſimul,vt patet de niue,& multis lapidibus: ſi etiam formetur in ſenſu diuiſo erit vera,ſic dicendo, frigidum poſsibile eſt eſſe album,q̄m non repugnat rei potenti eſſe frigidã. poſt frigiditatem recipere albedinem. Vnde ſolas modales factas de oppoſitis formis oportet diſtinguere per ſen-

ſum compoſitum & diuiſum, qm̄ in vno ſunt verę, in alio falſæ, factas autem de non oppoſitis, non oportet ſic diſtinguere, quoniam vtraq; poteſt eſſe vera. Hæc pro nunc ſufficiant ne tu iuuenis confundaris. Hæc de præſenti cap. dicta ſint.

De æquipollentiis categoricarum oppoſitarum de ineſſe. Cap. 5.

IN cap. quinto agendum eſt de æquipollentiis categoricarum de ineſſe & modalium. Ordo.n.doctrinę requirit vt poſtq̄ de earum oppoſitionibus pertractauimus, nūc de earum æquipollentiis conſideremus: & prius quidē de æquipollentiis categoricarū de ineſſe, qm̄ ſunt priores modalibus, vtpote ſimpliciores. Igitur in pn̄ti cap. de ęquipollentiis categoricarum de ineſſe tria agenda ſunt. Primo quid ſit æquipollētia ꝓpōnum, de qua hic intendimus. Scdo quot regulis ſufficienter fit, & de ſingulis regulis in ſpecie pertractā dum eſt. Tertio ſoluentur duo dubia.

Quantum ad primū aduerte, ꝙ ſic deſcribitur apud Logicum æquipollētia eſt æquiuallentia duarum ꝓpoſitionum in ſignificato, ſitarum in figura oppoſitionum per aduentum negationis facta, ita ꝙ ab vna ad alteram eſt bona conſequentia. Primo dr̄, æquipollētia, qm̄ eſt genus & quid magis commune. omnis.n. æquipollentia ꝓpōnum eſt æquiualentia, ſed non oīs æquiualentia eſt in propoſitionibus: eſt enim in terminis incomplexis, vt duo ſynonima æquiualent in ſignificato: eſt etiam in rebus commutabilibus quo ad pretium, aliter in emptione & venditione nōn ſeruaretur æqualitas & iuſtitia: eſt & in bonitatibus rerum, vndę ſolemus dicere, hanc medicinam æquiualere illi. Secundo dicitur, duarum propoſitionum in ſignificato, vt excludamus propoſitiones factas de terminis æquiuocis, quę licet conueniant in voce, non tamen in ſignificato, vt hic, omnis canis lucet, nullus canis lucet. Tertio dr̄, ſitarum in figura ꝓpōnum, ad differentiam aliquarum ꝓpōnum, quæ æquiualent in ſignificato vt

Quid æquipollentia.

iſtæ duæ, tm̃ homo eſt rõnalis, ergo omne rõnale eſt homo:& tñ non dicuntur ꝓprie æquipollere: qm̃ ęq́pollentia, de qua hic intendimus, eſt tm̃ inter ꝓpones alicuius q̃titatis, quæ participant vtroq; termino eodẽ ordine Conſtat aũt hanc, tm̃ homo eſt rõnalis, nõ eſſe formaliter alicuius q̃titatis, nec eſſe eiuſdem ſubiecti, & prædicati cum iſta, omne rationale eſt homo, vt patet. Quarto dr̃ facta per notam negationis qm̃: vt declarabitur ex eo ſolo quod negatio pręponitur & poſtponitur, aut poſtponitur & præponitur, duæ præpões oppoſitæ æquipollẽt. V. G. iſtæ duæ contradicunt, Nullus hõ currit, Quidam homo currit. Si ly nullus præponitur non, vt non nullus homo currit, ęq́pollet iſti, quidam homo currit. Nam bene ſequitur, nõ nullus homo currit, ergo quidam homo currit. Quinto dicitur, ita ꝙ ab vna ad alteram valet cõſequentia: qm̃ cum declaratum fuerit duas præpoſitiones æqualere in ſignificato, vna ſequiť ad alteram, & econuerſo: nã bene ſequitur, non oĩs homo currit, ergo quidã homo non currit & econuerſo, & hæc vltima particula opponitur, vt ſcias q̃tum tibi ꝓderit ſcĩa ęquipollentiarum in arguẽdo & rñdendo, conſtat igiť q̃d ſit æquipollẽtia ꝓpõnum catego. de ineſſe, de qua nũc intẽdimus.

Regu. pro æquipollentiis Quãtum ad ſecundum aduerte, ꝙ Logici in tribus regulis comprehendunt æquipollẽtias omnium propoſitionum oppoſitarũ in figura: quarum quædam ſunt contrariæ, quædam ſubcõtrariæ, quædam contradictoriæ, quædam ſubalternæ: & aduerte, ꝙ per regulas ſequentes intendimus æquipollẽtiam fieri prædictarum ꝓpoſitionum quo ad qualitatem, & q̃titatem, & veritatem, & falſitatem earum.

Prima igiť regula eſt hæc, negatio præpoſita ſigno vniuerſali, vel parti. facit æquipollere contradictorias: vt non omnis homo currit, ergo quidã homo non currit: nõ nullus homo currit, ergo quidam homo currit. Pro notitia huius regulæ aduerte tria.

Primo ꝙ Logici conuenienter incipiunt æquipollentias in contradictoriis, qm̃ maxime opponunť Opponuntur.n.in omni materia quo ad qualitatem & q̃titatem, & veritatem & falſitatem, vt docuimus ſupra in cap.2.huius tract. Contrariæ vero in nulla materia opponuntur quo ad q̃titatem, nec quo ad veritatem & falſitatem, niſi in materia naturali & remota. Nã in materia contingẽti, vt docuimus in eodem cap.ſunt ſimul falſæ. Subalternæ aũt non opponuntur in qualitate, ſed q̃titate, nec in veritate & falſitate, poſſunt.n. eſſe ſimul veræ, vt docuimus, in eodem cap ſubcõtrariæ vero minime opponuntur, & tñ nõ poſſumus dare regulam, per q̃ æquipolleant. Secundo aduerte ad hoc, ꝙ negatio aduenicns faciat propoſitionum oppoſitarum æquipollentiam, oportet ꝙ ſit negatio negãs. Pro cuius notitia aduerte, ꝙ in doct. peripatetica inuenimus triplicem negationem, ſ.negantem, infinitãtem, & priuãtem. Negans eſt illa, quæ quicquid poſt ſe inuenit deſtruit & ſuum oppoſitum inducit. Vnde ſi inuenit ꝓpõnem vniuerſalem, facit eam particularem, & ſi affirmatiuam facit eam negatiuam, & econuerſo, & ſi veram, facit eam falſam & econuerſo, & hoc maxime verificatur in contradictoriis, quorum vnum eſt verum in omni materia & alterum falſum. Vnde negatio præpoſita facit æquipollere duas cõtradictorias in qualitate, q̃titate, veritate, & falſitate. Negatio infinitans eſt illa, quæ appoſita termino finito, facit ipſum infinitum, i. indeterminatum in ſignificato. Quid aũt ſit terminus infinitus & terminus finitus, & quæ eorũ ſignificata, iam docuimus in tract.2. in diuiſione ſeptima terminorum. Negatio priuãs eſt negatio habitus, aut formæ, aut qualitatis perficiẽtis ſubiectũ, relicta tñ aptitudine in ſubiecto, & ſic omnis priuatio vt cęcitas, tenebra, mors, ignorantia &c dicitur negatio priuans. Negatio infinitans & priuans ꝓ nunc relinquanť donec pertractabimus de conſequẽtiis. Nam æquipollẽ-

tiis propoſitionum quibus nunc intendimus, ſufficienter deſeruit negatio negans. De ea igitur vt facit æquipollere cõtradictorias data eſt ꝓpoſita regula. Tertio aduerte, ꝙ iõ negatio negans præpoſita toti ſubiecto & ſigno cõtradictoriarum facit eas æquipollere, quia, vt diximus, quicqd poſt ſe inuenit deſtruit, & eius oppoſitum inducit. Inuenit aũt cõtradictorias diſcordare in qualitate, qm̃ vna affirma. altera nega. vt oĩs homo eſt albus, & quidam homo eſt albus: ſi igiť vli affirmatiuæ præponať negatio, facit eam negatiuam, vt non omnis hõ eſt albus, eſt negatiua ſicut iſta, quidam hõ non eſt albus & ecõuerſo: ergo facit eas æquipollere in qualitate. Itẽ inuenit eas diſcordes in q̃titate, qm̃ vna eſt vlis, altera parti. ſi igitur negatio præponatur vli, facit eam particu. & econuerſo, vt non omnis homo eſt albus, eſt particularis ſicut iſta, quidam homo non eſt albus, & ecõuerſo: facit ergo æquipollere contradictorias in q̃titate. Item inuenit eas diſcordes in veritate & falſitate, ſi igitur præponať ꝓpõni contradictoriæ falſæ, facit eam veram. V. G. ſit iſta falſa, oĩs homo eſt albus, ſit iſta vera, quidam hõ non eſt albus: præponať ergo nega. falſæ, vt nõ omnis hõ eſt albus, deſtruet falſitatem, & faciet eam veram. vnde iſta, Non oĩs homo eſt albus, eſt ita vera ſicut iſta, quidam homo nõ eſt albus. Et econuerſo, & ꝙ dixi de vniuerſali affir. & part. negatiua intellige etiam de vniuerſali nega. & particu. affir. Conſtat igitur veritas primæ regulæ.

2. Reg. Sc̃da regula eſt iſta, negatio negãs poſtpoſita ſigno vli, & toti ſubiecto facit æquipollere duas contrarias. Aduerte ꝙ hęc regula indiget duplici limitatione. Prima eſt, ꝙ ponatur negatio immediate ante copulam, ita qď exerceat virtutẽ ſuam ſuper copulam & totum prædicatum, & ponatur omnino poſt ſignũ vniuerſale & poſt totum ſubiectũ, ita qď nullo modo præualet ſupra ſignum, nec ſupra ſubiectũ quo ad mutationem q̃titatis. Defectu cuius iſtæ duæ non æquipol-

ſent, omnis non homo eſt animal, nullus homo eſt ani mal, Sed ſic dicatur, Omnis homo nō eſt animal, ergo nullus homo eſt animal. Vel ſic. Nullus homo non eſt animal, ergo omnis homo eſt animal.

Scđa eſt ꝙ fiant duæ contrarię, quæ teneanť vniformiter. ſ. diſtributiue, & non altera collectiue, puta vl'is affirmatiua, & altera diſtributiue, puta vl'is negatiua: vt hic oēs apoſtoli Chriſti ſunt duodecim nulli apoſtoli Chriſti ſunt duodecim: non. n. iſtæ duæ æquipollēt, Omnes apoſt. Chriſti non ſunt duodecim, ergo nulli apoſt. Chriſti ſunt duodecim, nam hæc eſt vera, nulli apoſt. Chriſti ſunt duodecim, ſtat. n diſtributiue ly nulli apoſt. hæc aūt eſt falſa, omnes apoſt. Chriſti non ſunt duodecim, qm̄ affirmatiua eſt vera, ſ. omnes apoſtoli Chriſti ſunt duodecim, qm̄ ly omnes apoſtoli tenetur collectiue. Qđ autem hæc ſecunda regula ſit recte & ſufficienter poſita ratio hinc ſumiť. Contrariæ vniuerſaliter & in omni materia ſumptæ diſcordant in qualitate, & conueniunt in q̄titate. In materia aūt naturali et remota non ſolum in qualitate, ſed & in veritate & falſitate diſcordant, qm̄, vt docuimus ſupra, non poſſunt eſſe ſimul veræ, aut ſimul falſæ. In materia vero cōtingenti non ſic pugnant, quoniam ambę poſſunt eſſe ſimul falſæ. Vt ergo non mutetur q̄titas, ponitur poſt ſignum vniuerſale & totum ſubiectum: neq. n. habet vim ſupra ſubiectum neq ſupra ſignum niſi cadat ſupra ipſum: & ſic non deſtruit vniuerſalitatem contrariarum. Vt autem mutet qualitatem, ita ꝙ ſi inuenit affirmatiuam, faciat negatiuā, et econuerſo, ponitur ante copulam & totum prędicatum. et ſic facit vniuerſalem affirmatiua æquipollere vniuerſali negatiuæ & econuerſo. Vnde iſta, Omnis homo nō eſt aſinus eſt negatiua vniuerſalis, & æquipollet iſti, nullus homo eſt aſinus: & iſta, nullus homo non eſt aſinus eſt affirmatiua vl'is & æquipollet iſti, omnis hō eſt aſinus. Cōſtat ergo qūo contrariæ æquipollent per poſitionem nega-

tionis poſt ſubiectum & ante copulam ac totum prædicatum. Et ſic patet veritas ſecundæ regulæ.

3. Regu. Tertia regula eſt iſta, negatio præpoſita & poſtpoſita, facit æquipollere duas ſubalternas, ſiue affirmatiuas, ſiue negatiuas. Hæc regula ſic debet intelligi, negatio propoſita ſigno vl̃i vel parti. tam affirmatiuo quã nega. ęt toti ſubiecto, & poſtpoſita ſigno ac toti ſubiecto, tñ ante copulam & totum prædicatũ, facit æquipollere ſubalternas: vt hic, Non oĩs homo non currit, ergo quidam homo currit, & econuerſo: Non nullus homo non currit, ergo quidã homo nõ currit & econuerſo. Rõ aũt regulæ eſt hæc. Subalternæ conueniunt in qualitate, & diſcordant in q̃titate, ergo ſic ſituanda eſt negatio, ꝙ mutet q̃titatem, & relinquat eandem qualitatem, ita ꝙ non deſtruat eam. Vt ergo mutetur q̃titas, oportet eam præponere, ſicut diximus de contradictoriis, niſi autem poſtponatur alia negatio, prĩa mutaret q̃titatem & qualitatem, ita ꝙ vniuerſalem faceret particularem & ecõuerſo & affirmatiuam faceret nega. & econuerſo. vt ergo impediatur virtus negationis præpoſitæ, ne mutet qualitatem, poſtponitur alia impeditiua primę. vnde ſicut prima per ſeipſam negat, adiuncta alteri affirmat, qm̃ duæ negationes affirmãt.

Conſtat igitur quomodo tres prædictæ regulæ ſufficiunt ad æquipollentias de contradictoriis & contrariis, & ſubalternis. Pro quarũ notitia Logici hunc verſum artificioſe compoſuerunt.

Precontradict. Poſt contra. præ poſtq; ſubalter.

Et ſic exponitur præ. i. præpoſita ſigno & ſubiecto, contradict. i. facit æquipollere contradictorias: Poſt, ideſt poſita poſt ſignum & totum ſubiectum, contra, ideſt facit æquipollere contrarias præ poſtq;, i. præpoſita & poſt poſita, vt docuimus, facit ęquipollere ſubalternas. Vt autem oculo videas prædictas æquipollentias deſcripſi figuram ſequentem.

Omnis homo currit.	Contrariæ repugnan.	Nullus homo currit.
Omnis homo non currit.	Contrariæ æquipollentes	Nullus hõ currit.
Oĩs hõ currit.	Cõtradic.repu.	Quidam hõ nõ cur.
Non omnis hõ currit.	Contradic.æquipol.	Quidã homo non currit.
Nullus hõ cur.	Contradict.repu.	Quidam hõ cur.
Nõ nullus hõ cur.	Cõtradi.ęquipol.	Quidã hõ cur.
Oĩs homo cur.	Subalter.repu.	Quidam homo cur.
Non oĩs homo. non currit.	Subalt.æquipol.	Quidam homo currit.
Nullus hõ cur.	Subalt.repu.	Quidam hõ non cur.
Non nullus hõ non currit.	Subalt.æquipol.	Non quidam homo non currit.

Conſtat igitur tibi in præſenti ordinatione, quomodo contrariæ & contradictoriæ & ſubalternæ ad inuicem repugnant, & ad inuicem æquipollent. Quare autem non deſcripſerimus ſubcontrariarum repugnãtiam & æquipollentiam dicemus in immediate ſequẽtibus, vt compleamus tibi notitiam oppoſitionum & æquipollentiarum in ꝓpõnibus categoricis de ineſſe.

Quantum ad tertium duo dubia circa prædicta ſoluenda ſunt. Primum eſt. Quare non aſsignatur quarta regula ꝓ ęquipollentia ſubcontrariarum, & præcipue quia repugnant in qualitate & ſi non in q̃titate, & in Dubiũ

materia naturali & remota repugnāt in veritate & falſitate, ſicut & contrariæ, licet.n.in materia contingenti poſsint eſſe ſimul veræ, ſicut & cōtrariæ ſimul falſæ vt docuimus ſupra, non tñ in materia nāli ꝙ remota, ſed de neceſsitate ſi vna eſt vera, altera eſt falſa et ecōuerſo.

Scdm eſt cum proprium ſit negationis negare, ſicut affirmationis affirmare, vnde eſt ꝙ duæ negationes affirmant, & tñ duæ affirmationes non negant, imo magis affirmant. Idem ergo videtur dicēdum de negationibus, ꝙ quanto plures ſunt, tanto magis negāt, ſicut priuationes quanto plures ſunt, tanto magis deſtruāt habitum. Vnde videmus qđ infirmitates, q̄to magis complicantur, tanto magis deſtruant ſanitatem & diſponant ad mortem. Ad primum rñdetur, ꝙ, cum æquipollentia fiat per aduentū negationis præpoſitæ, aut poſt poſitæ, aut præpoſitæ & poſt poſitæ, & non fiant alij modi ponendi negationem, nullo prędictorū modorum pōt fieri ęquipollentia in ſubcontrariis. Nā negatio præpoſita, vt in contradictoriis, & p̄poſita ac poſt poſita, vt in ſubalternis, mutat q̄titatem: ſubcōtrariæ vero nō opponunť ſm q̄titatem; ergo p negationem præpoſitā, aut poſtpoſitam, & præpoſitā, aut poſtpoſitā non poſſunt æqpollere. ſi vero poſt ponať vt in ęquipollētia contrariarum, aut poſt ponetur affirmatiuæ aut negatiue: non affirmatiuæ, quia tunc nullo modo differret a negatiua, vt ſi huic, Quidam hō currit, poſtponatur negatio, & dicatur, Quidam hō non currit, patet ꝙ nullo modo differt a ſubcontraria negatiua. Quæ autem æquipollent & ſi conueniant in ſignificato, differunt tamen in cōpoſitione, vt patet, in prædictis æquipollentiis, ſi autem poſtponitur negatiuæ fiet negatio dicendo quidam homo non currit, quę vitanda eſt tam a Logico, q̄ a Philoſopho. Non ergo poſſunt æquipollere, & ideo tantū tres regulæ inuentæ ſunt, quæ quantum valeant propter negationem aduenientem declaratur his verſibus.

Non omnis,quidam non,Omnis non,quaſi nullus.
Non nullus,quidam,ſed nullus non valet omnis.
Alter,neuter,neuter non,præſtat vterque.

Ad ſecundum dicitur,ꝙ negatio, vt negatio,ſemper negat & deſtruit,ſicut affirmatio vt affirmatio ſem per affirmat. Quod autem oppoſitum inducat , hoc eſt ex conditione ſuæ naturæ , quæ eſt adeo maligna, ꝙ quicquid poſt ſe inuenit deſtruit, & oppoſitum inducit,ex quo ſequitur quod ſi inuenit affirmatum,facit negatum & econuerſo,& hinc eſt quod duæ negationes affirmant. Nam ſi negatio de nouo adueniens, reperit aliam præceſsiſſe, impedit præcedentem ne amplius neget,& virtutem eius ac effectum deſtruit,quo deſtructo inducit oppoſitum, quod eſt affirmare: nec valet ſimilitudo ſumpta ab affirmatione, quoniam affirmatio habet vim cõſtructiuam , negatio autem deſtructiuam non ſolum eius quod affirmatio conſtruxit,ſed etiam eius quod alia negatio ſibi ſimilis deſtruxit,& oppoſitum inducit. Nec eſt ſimile de infirmitatibus complicatis,quoniam nõ ſunt puræ negationes, ſed qualitates contrariantes ſanitatibus oppoſitis. Hæc igitur de æquipollentiis categoricarum de ineſſe dicta ſufficiant.& hic terminatur caput.5.

De æquipollentiis categoricarum modalium. Cap. 6.

IN ſexto capitulo agendum eſt de æquipollentiis propoſitionum categoricarum modalium. Et hic quatuor agenda ſunt: Primo quot ſint ordines modalium oppoſitarum & per quas ordinantur: Secundo ponentur regulæ,per quas cognoſcentur æquipollentiæ dictorum ordinum. Tertio aſsignabuntur aliæ regulæ, per quas cognoſcemus æquipollentias omnium propoſitionum ſexdecim , quæ formantur per hos quatuor modos , poſsibile , impoſsibile neceſſarium & contingens. Quarto ſoluetur dubium de his duobus modis , verum & falſum , quos ſupra diximus relinquendos:

Quantum ad primum aduerte, ꝙ modalium æquipollentium quatuor aſsignantur ordines deſignati per has quatuor dictiones.

Amabimus, Edentuli, Iliacæ, Purpurea,

Et quælibet earum continet quatuor ſyllabas cum quatuor vocalibus. ſ. A. E. I. V. A. ſignat affirmatiuã de dicto & modo. V. totam negatiuam de dicto & de modo. E. negatiuam de dicto tantum. I. negatiuam de modo tantum. Vnde verſus

Deſtruit. V. totum, ſed A cõfirmat vtrũq;: Deſtruit E dictum, Deſtruit. I quæ modum. Iſti ordines ſic diſponũtur, ꝙ Primus eſt amabimus, ſecundus Edẽtuli, tertius Iliacæ, quartus Purpurea. Primus & ſecundus opponuntur ſubcontrariæ, quartus & tertius contrariæ, quartus & ſecundus contrariæ, tertius & primus contradictoriæ, quartus & primus ſubalternæ, tertius & ſecundus ſubalternę. Quilibet horum quatuor ordinum continet quatuor ꝓpõnes, prima eſt de poſsibili, ſecunda de contingenti, tertia de impoſsibili, quarta de neceſſe. Ea quæ eſt de contingenti eſt penitus ſimilis ei, quæ eſt de poſsibili, ita ꝙ ſi ea, quæ eſt de poſsibili, eſt tota affirmatiua, ſic & ea, quæ eſt de contingenti, & ſi tota negatiua ſimiliter & illa &c. Nã poſsibile & contingens conuertuntur. Poſsibile eſt. n. qđ poteſt eſſe & non eſſe, contingens vero ꝙ contingit eſſe & non eſſe. Propterea cuicunq; æquipollet propoſitio de poſsibili, eidem æquipollet conſimilis de cõtingenti, vt tibi declarabitur in regulis ſequentibus.

Sed aduerte, ꝙ poſsibile ſumitur duplꝛ: primo abſolute, ſecundo contracte, vt diſtinguitur contra neceſſe: primo modo eſt ſuperius ad neceſſe & ad poſsibile cõtractum. Nã poſsibile abſolute eſt illud ꝙ poteſt eſſe, & vt ſic ſequitur ad neceſſe. nam bene ſequitur, hoc eſt neceſſe eſſe, ergo eſt poſsibile eſſe. Vel. n. eſt poſsibile, vel impoſsibile eſſe, non impoſsibile vt patet, ergo poſſibile. Poſsibile aũt contractum eſt illud, ꝙ poteſt eſſe

& nō eſſe,& hoc conuertitur cū contingenti,& apponitur ipſi neceſſe,nec ſequitur ad ipſum.Nā illud eſt neceſſe,ꝙ non pōt non eſſe,poſsibile aūt contractum,ꝙ poteſt eſſe & nō eſſe.Hic ergo,qñ dicimus,ꝙ poſsibile & contingens conuertuntur, intendimus de poſsibili contracto, & non de poſsibili abſolute: & aduerte ꝙ poſsibile abſolute apud Philoſophum dr̄ poſsibile altum,i.communius q̄ neceſſe & poſsibile contractum. Poſsibile aūt contractum dr̄ poſsibile contingens, vt declaratur in lib.nono primæ philoſophiæ.His prępoſitis deſcendendum eſt ad regulas æquipollentiarum.

Quantum igitur ad ſcd̄m aduerte quatuor regulas, per primam manifeſtatur æquipollētia totius affirmatiuæ de poſsibili cum tota affirmatiua de cōtingenti,et cum negatiua de modo de impoſsibili et tota negatiua de neceſſe. Eſt ergo regula prima talis. Cuicūq; dicto affirmato attribuitur poſsibile,eidem attribuitur contingens, & ab eodem remoueť impoſsibile, & ab eius oppoſito i. a dicto negato remouetur neceſſe. Senſus regulæ eſt iſtæ. Ab affirmatiua tota de poſsibili,ad affirmatiuam totam de contingēti,valet cōſequentia. Vt ſortem currere eſt poſſe, ergo ſortem currere eſt cōtingens. Ab eadem ad negatiuā de modo de impoſsibili, valet conſequētia. Nā ſi ſor.cur.eſt poſsibile,ergo ſor. cur.nō eſt impoſſe. Ab eadem ad totam negatiuam de neceſſe, valet ꝯña. Nam ſi ſortem currere eſt poſsibile. Sortem non cur nō eſt neceſſe, quia pōt currere & nō currere. Si aūt eſſet neceſſe,eum currere,nō poſſet non currere,patet ergo veritas primæ regulę.Et aduerte ꝙ tota prædicta regula manifeſtatur per primum ordinē dictum amabimus,vt patet in figura ſequenti.

De Regulis.

Figura primi ordinis.

Amabimus.

A Sortem cur.eſt poſsibile.
Ma Ergo Sor.cur.eſt contingens.
Bi Ergo Sor.cur non eſt impoſsibile.
M°.Ergo Sor.non cur.non eſt neceſſe.

Reg. 2. Secunda regula eſt hæc. Cuicunq; dicto negato attribuitur poſsibile, eidem attribuitur contingens, & ab eodem remouetur impoſsibile, ab eius oppoſito, ideſt a dicto affirmato remouetur neceſſe. Senſus huius regulæ talis eſt, a negatiua de dicto de poſsibili, ad negatiuam de dicto de contingenti, valet conſeqũetia: nam bene ſequitur, ſi ſor. non currere eſt poſsibile, ergo ſor. non cur. eſt contingens. Ab eadem ad totã negatiuam de impoſsibili, valet conſequentia. Nam bene ſequitur ſi ſor. non cur. eſt poſsibile, ergo ſor. nõ cur. non eſt impoſsibile. Ab eadem ad negatiuam de modo tantum de neceſſe, valet conſequentia. Nã bene ſequitur ſi ſor. non cur. eſt poſsibile. ergo ſor. cur. non eſt neceſſe. Ergo regula eſt vera de qua patet hic figura.

Figura ſecundi ordinis.

	E	Sor. non cur. eſt poſsibile.
Edenq	den	Ergo ſor. non cur. eſt contingens.
tuli.	tu	Ergo ſor. non cur. non eſt impoſsibile.
	li.	Ergo ſor. cur. non eſt neceſſe.

3. Regu. Tertia regula, talis eſt. A quocũq; dicto affirmato remouetur poſsibile, ab eadem remouetur contingẽs, & eidem attribuitur impoſsibile, & eius oppoſito. i. dicto negato, attribuitur neceſſe. Senſus huius regulæ talis eſt, a negatiua de modo de poſsibili ad negatiuam de modo de contingenti, valet conſequentia Nã bene ſequitur. ſi ſor. cur. non eſt poſsibile, Ergo ſor. cur. non eſt contingens. Ab eadem ad totam affirmatiuam de impoſsibili valet conſequentia: nam bene ſequitur. ſi ſor. cur. non eſt poſsibile, ergo ſortem cur. eſt impoſsibile. ab eodem ad negatiuam tantum de dicto de neceſſe valet conſequentia. Nã bene ſequitur, ſi ſor. cur. non eſt poſsibile, ergo nõ cur. eſt neceſſe, ergo conſtat veritas regulæ, cuius figura patet hic.

Figura tertij ordinis.

	I	Sor.cur.non eſt poſsibile.
Ilia	li	Ergo ſor.cur.non eſt contingens.
ce.	a	Ergo ſor.cur.eſt impoſsibile.
	ce.	Ergo ſor non cur.eſt neceſſe.

Quarta reg.talis eſt. A quocunq; dicto negato remouetur poſsibile,ab eodē remouet̃ contingēs, & eidem attribuitur impoſsibile, & eius oppoſito i.dicto affirmato attribuit̃ neceſſe. Senſus regulæ eſt iſte. A tota negatiua de poſsibili ad totam nega.de contingenti, valet conſequentia. Nam bene ſequitur. ſi ſor. non cur. non eſt poſsi.ergo ſor.non cur.non eſt contingens. Ab eadem ad affir. de dicto tm̄ de impoſsibili, valet conſequentia. Nā bene ſequitur. ſi ſor.non cur. nō eſt poſſi. ergo ſor.non cur.eſt impoſ. Ab eadem ad totam affirmatiuam de neceſſe valet cōſequentia. Nā bene ſequit̃ ſi ſor.non cur.non eſt poſsi. ergo ſor.cur.eſt neceſſe, & ſic conſtat veritas regulæ: figura eius patet infra. 4. Reg.

Figura quarti ordinis.

	Pur	Sor.non cur.non eſt poſsi.
Purpu	pu	Ergo ſor.non cur.non eſt contin.
rea.	re	Ergo ſor.non cur.non eſt impoſ.
	a	Ergo ſor.cur.eſt neceſſe.

Quantū ad tertiū aduerte, q̃ vltra quatuor præmiſſas regulas, logici inuenerūt alias ꝓ habēdis æquipollētiis inter ſexdecim ꝓpōnes modales, formatas ex his quatuor modis, poſsibile, impoſ. cōtingens, & neceſſe. ſunt aūt tres: qm̄ licet ꝓpōnes de cōtingenti, & de poſſibili ſunt diſtinctæ, tn̄ eodem mō æquipollēt, eo q̃ poſsibile & cōtingens conuertuntur modo quo diximus ſupra. Prima igit̃ deſeruit ꝓpōnes de poſsibili & impoſ. ſecūda ꝓpōnibus de poſsibili & neceſſe, Tertia ꝓpōnibus de impoſ. & neceſſe. Quę autem deſeruiūt propoſitionibus de poſsi. deſeruiunt etiam ꝓpōnibus de contingenti, qm̄ idem eſt iudicium de vtriſq;.

Prima igitur eſt hæc, omnes ꝓpõnes de poſsibili & impoſsibili ęquipollent verbo ſilr ſe habẽte, & modo diſsimiliter: ꝓ cuius notitia aduerte, qđ dr̃ verbum ſe habere ſimiliter, qñ negatur in vtraqꝫ, vel affirmaṫ in vtraqꝫ, ſi aũt affirmatur in vna & negatur in alia diſsimiliter ſe habent. Idẽ intellige de modo ſe habente ſilr vel diſsimiliter. Hæc igitur regula ſic intelligiṫ. Propõ prima de poſsibili, quę eſt tota affirmatiua æquipollet tertiæ de impoſsibili, quæ eſt negatiua de modo, vt ſortem cur. eſt poſsibile, ergo ſortem currere non eſt impoſsibile. Scđa de poſsibili, quæ eſt negatiua de dicto, æquipollet quartæ de impoſsibili, quæ eſt tota nega. vt ſortem nõ cur. eſt poſsibile, ergo ſor. non cur. nõ eſt impoſsibile. Tertia de poſsibili, quæ eſt affirmatiua de dicto & negatiua de modo, æqpollet toti affirmatiuæ de impoſsibili: vt ſor. cur. nõ eſt poſsibile, ergo ſor. cur. eſt impoſsibile, ergo ſor. cur. eſt impoſsibile, & hæc eſt prima de impoſsibili: quarta de poſsibili, q̃ eſt tota nega. æquipollet ſecũdæ de impoſsibili, q̃ eſt negatiua de dicto, et affirmatiua de modo, vt ſortem nõ cur. nõ eſt poſsibile, ergo ſor. non cur. eſt impoſsibile: æquipollẽtiæ huius primæ regulæ patent in figura ſequenti.

Conſequentia modalium de poſsibili, ad ipſas de impoſsibili.

Prima Sor. cur. eſt poſ.	ergo ſor. cur. nõ impoſ. tertia
2 Sor. non cur. eſt poſ.	ergo ſor. nõ cur. nõ eſt ĩpo. 2.
3 Sor. cur. non eſt poſ.	ergo ſor. cur. eſt impoſ. 1.
4 Sor. nõ cur. nõ ẽ poſ.	ergo ſor. nõ cur. eſt impoſ. 2.

Scđa regula eſt hæc, oẽs quatuor ꝓpõnes de poſsibili, & de neceſſe, æqpollẽt dicto & modo diſsimiliter ſe habentibus. Hæc regula ſic intelligẽda eſt. Si propõ de poſsibili ſit tota affir. ꝓpõ de neceſſe ſit tota nega. vt hic, ſor. cur. eſt poſsibile, bene ſequiṫ ergo ſor. non cur. nõ eſt neceſſe: & ſic æqpollẽt, prima de poſsibili, & quarta de neceſſe. Si ꝓpõ de poſsibili eſt negatiua

de dicto,

de dicto, et affirmatiua de modo ꝓpõ de neceſſe ſit affirmatiua de dicto, & negatiua de modo: vt hic, Sor. non cur. eſt poſsibile, ergo ſor. cur nõ eſt neceſſe, & ſic æquipollent ſecũda de poſsibili, & tertia de neceſſe. Si ꝓpõ de poſsibili eſt negatiua de modo & affirmatiua de dicto, ꝓpõ de neceſſe ſit affir. de modo, & negatiua de dicto: vti hic, Sor. cur. non eſt poſsibile, ergo ſor. nõ cur. eſt neceſſe: & ſic æquipollent, Tertia de poſsibili, & ſecunda de neceſſe. Si ꝓpõ de poſsibili eſt tota negatiua, ꝓpoſitio de neceſſe ſit tota affir. vt hic ſortem non currere non poſsibile, ergo ſortem currere, eſt neceſſe: figura veritatis huius regulæ patet infra.

Poſsibilium ad eas quæ de neceſ.	
Prima ſor. cur. eſt poſsi.	ergo ſor. nõ cur. nõ ẽ neceſ. 4
2 ſor. non cur. eſt poſsi.	ergo ſor. non eſt neceſſe. 3.
3 ſor. cur. non eſt poſ.	ergo ſor. non cur. eſt neceſ. 2.
4 ſor. nõ cur. nõ eſt poſ.	ergo ſor. cur. eſt neceſſe. 1.

Tertia regula talis eſt. omnes ꝓpões de impoſsibili & de neceſſe æquipollẽt dicto diſsimiliter ſe habente, & modo ſilr. Hæc regula ſic intelligenda eſt, ſi ꝓpõ de impoſsibili ſit tota affir. ꝓpõ æquipollens de neceſſe ſit neg. de dicto tm̃, & ſic æquipollent prima de impoſsibili, & ſecũda de neceſſe. Vt ſi ſor. currere eſt impoſsibile, ſor. non currere eſt neceſſe. Si ꝓpõ de impoſsibili ſit negatiua de dicto tm̃, propoſitio æquipollẽs de neceſſe, ſit tota affir. & ſic æquipollent ſecũda de impoſsibili & prima de neceſſe. Vt ſortẽ nõ currere eſt impoſ. ergo ſor. currere eſt neceſſe. Si ꝓpõ de impoſsibili eſt nega. de modo tm̃, ꝓpõ de neceſſe ſit tota nega. & ſic æquipollent tertia de impoſsibili & quarta de neceſſe. Vt ſor. currere nõ eſt impoſs. ergo ſor nõ curre. nõ eſt neceſſe. Si ꝓpõ de impoſsibili eſt tota negatiua propõ æquipollens de neceſſe ſit nega. tm̃ de dicto. & ſic æquipollent quarta de impoſsibili, & ſecũda de neceſſe. Vt ſor. nõ cur. nõ eſt impoſ. ergo ſor. currere nõ eſt neceſſe

& ſic patet veritas Tertię regulę: de quatuor aũt ꝓpoñibus de contingente nõ datur ſpâlis regula, qm̃ idem eſt iudiciũ & æquipollentia de eis, ſicut de quatuor de poſsibili. Diximus.n poſsibile & contingens eſſe conuertibilia ſumẽdo poſsibile contractũ, et non poſsibile altum, ſiue abſolutũ, modo quo ſupra docuimus. De tertia regula formamus ſequentem figurã. Deinde deſcribemus vniuerſalem figurã, qua ad oculum videbis æquipollẽtias oppoſitionum omnium modalium:

Impoſsibilium ad eas, quæ de neceſ.

Prima ſor.cur.eſt impoſ.	ergo ſor.ñ cur.eſt neceſſe. 2
2 ſor.non cur.eſt impoſ.	ergo ſor.nõ cur.eſt neceſ. 1
3 ſor.cur.non eſt impoſ.	ergo ſor.nõ cur.nõ ẽ nec. 4
4 ſor.nõ cur.nõ eſt impoſ.	ergo ſor.cur eſt neceſſe. 3

Figura uniuerſalis æquipollentiarum in modalibus iuxta regulas quatuor priores.


	Ordo quartus.		Ordo tertius.
Pur	ſor.ñ cur.ñ eſt poſ. Cõtrarię	E	ſor.ñ cur.ẽ ĩpoſ.
pu	ſor.nõ cur.nõ eſt cõtingens	li	ſor. nõ ẽ ꝯtingẽs
re	ſor non cur.eſt impoſ.	a	ſor.cur. eſt ĩpoſ.
a.	ſor.cur.eſt neceſſe.	ce.	ſor.ñ cur.ẽ neceſ.

Subalternæ. Contra dictoriæ. Contra dictoriæ. Subalternæ.

A	ſor.cur.ẽ poſ. Subꝯrię	E	ſor.nõ cur.eſt poſ.
ma	ſor.cur.eſt contingens.	dẽ	ſor.cur. eſt contin.
bi	ſor.cur.non eſt impoſ.	tu	ſor.ñ cur. ñ ẽ ipoſ.
mꝰ.	ſor.nõ cur. nõ eſt neceſ.	li.	ſor.cur. ñ eſt neceſ.
	Ordo primus.		Ordo ſecundus.

Hæc dicta ſint de oppoſitione & æqui-
pollentia modalium.

Quantum ad quartum ſoluēdum eſt hoc dubium. Cum iſti duo modi verum, & falſum numerentur inter modos ſex facientes ꝓpoſitionem modalem, quare non memorantur in oppoſitione, & æquipollentia propoſitionum modalium. Ad hoc reſpondetur, qđ propoſitio modalis poteſt ſumi tripliciter. primo generaliſsime, ſecundo gn̄aliter, tertio ſpecialiter: generaliſsime dicitur modalis, cuius ſubiectum vel prædicatum modificatur aliquo adiectiuo, vt homo albus cur. Princeps iniuſtus regnat, Sortes eſt homo ignorans &c. Generaliter dicitur, quando modus determinat compoſitionem prædicati cum ſubiecto, ita tamen qđ oppoſitio & æquipollentia ſit eodem modo, ſicut in his de ineſſe: & ſic verum & falſum faciūt propoſitionem modalem, ſicut et iſti modi, opinabile, imaginabile, intelligibile, credibile, & eorum oppoſita. V. G. opinabile eſt æſtatem futuram pluuioſam, Intelligibile eſt ſolem eſſem maiorem luna, &c. ſpecialiter autem dicitur, quando modus ita determinat compoſitionem prædicati cum ſubiecto, quod conſtituit propoſitionem, cuius oppoſitio & æquipollentia non poſſunt fieri eo modo, quo & in propoſitionibus de ineſſe, & in hoc tertio ſenſu ſoli quatuor modi, ſ. poſsibile, contingens, Impoſsibile, neceſſe conſtituunt propoſitionem modalem. Vnde, quia verum & falſum locantur in ſecundo ſenſu, ideo relinquuntur. Vt autem ſcias, ꝙ oppoſitio & æquipollentia fiunt in ꝓpoſitionibus formatis per hos modos verum, et falſum, Prius reſoluas eas in orationes indicatiuas ſic, Omnem hominem eſſe animal eſt verum, ideſt & hæc eſt vera, Omnis homo eſt animal. Nullū hominem eſſe animal, eſt falſum, ideſt hæc eſt falſa, Nullus homo eſt animal: eodem modo procede ad ſubcontrarias & contradictorias & ſubalternas, vt patet in ſequenti figura. Dub.



Si aūt volueris videre æquipollentias, ſicut in categoricis de ineſſe, appones negationē modis, quibus dictum eſt in æquipollentiis ꝓpōnum de ineſſe, ſ. cōtradictoriis p̄pones: cōtrariis poſtpones, ſubalternis præpones, & poſtpones, ſubcontrariꝯ æquipollet nō poſſunt, vt ſupra oſtēdimus. V. G. ſi vis facere æquipollere in veritate duas contrarias in figura p̄miſſa in veritate, ſic facies, Oēm hoīem eſſe aīal eſt verū, ergo nullum hominem nō eſſe aīal eſt verum. Si autem vis eas facere æquipollere in falſitate ſic facies, nullum hoīem eſſe animal eſt falſum, ergo omnem hoīem nō eſſe animal eſt falſum, eodem modo procedes ad æquipollētiam contradictoriarum & ſubalternarum locando negationem, ſicut in illis de ineſſe.

Conſtat igitur quare duo modi,ſ. verum & falſum relinquuntur, nec faciunt ꝓpõnem propriiſsime modalem,nec conſtituunt aliam oppoſitionem, nec æquipollentiam,ꝙ illæ de ineſſe, & ſic terminamus hic tractatum tertium, qui eſt de ꝓpõne categorica ſimplici & modali, & de hypothetica,& earũ oppoſitionibus & æquipollentiis.Hæc de cap.ſexto dicta ſint.

Tractatus Tertij de Propoſitione. Finis.

TRACTATVS QVARTVS LIBRO *Prædicabilium Porphirij deſumptus*

POSTQVAM conſideratione͂ compleuimus de propoſitione & ſpeciebus eius.& ſuis ꝓprietatibus,quæ ſunt conuerſio,oppoſitio, æquipollentia, ordo doctrinæ conſuetus apud Logicæ tractatores pro ordinate inſtituendis nouitiis requirit,vt de terminis incomplexis communibus & vniuerſalibus pertractemus,ex quibus ꝓpõnes ſcientifice præcipue componuntur,& ex huiuſmodi ꝓpõnibus formandi ſunt doctrinales & demonſtratiui ſyllogiſmi. Sunt autem iſti termini incomplexi quinque, prædicabilia,ſ.genus, ſpecies, differentias proprium, & accidens, & decem categoriæ, quæ apud Latinum dicuntur decem prædicamenta,ſ.ſubſtantia, quãtitas, qualitas,relatio,actio,paſsio,vbi,qñ, ſitus & habitus. Horum igiť notitia ſic ordinanda eſt,prius, agendum eſt de quinque prędicabilibus. Et hoc in præſenti trac. poſterius autem de decem prædicamentis,& hoc in ſequenti tract.Hunc aũt tract.diuidemus in ſex.cap.

Primo agendum eſt de aliquibus,quorum præcognitio neceſſaria eſt antequam deſcendamus ad conſiderationem ſinguli prædicabilis.

Secundo agendum eſt de genere.

Tertio de ſpecie.

Quarto de differentia.

Quinto de proprio.

Sexto de accidente.

De præcognoſcendis. *Cap. 1.*

IN hoc primo cap. tria in primis præconſideranda ſunt, quorum notitia præexigitur, ne tu nouiti abſq; ordine erudiaris & ne eadem ſępius repetere ſimus aſtricti. Primo propter quid prius agendum eſt de quinque vniuerſalibus, ſiue prędicabilibus q̃ de prędicamentis. Scđo, vt definiamus vniuerſale, & prædicabile, de quo hic intẽdimus, inueſtigandum eſt quot modis dicitur, & ſub quo ſenſu cõſideratur a Logico: nam Metaphyſicus & phyſicus, & logicus de vniuerſali conſiderant. Tertio agendũ eſt de ſufficientia quinque vniuerſalium, ſiue prædicabilium.

Cur de pdicabilibus agendum. *Ex Proœmio Porphirij*

Quantum ad primum aduerte, q̧ ideo prius de prędicabilibus agendum eſt q̃ de prędicamentis, qm̃ prędicamentum conſtat ex ordinata collectione plurium prædicabilium ſecundum ſub, & ſupra in recta linea prædicamentali, & a latere. In recta quidem ordinãtur genera & ſpẽs vſq; ad ſpecialiſsima, A latere aũt ordinantur differentiæ, vt tibi manifeſtabitur in quolibet prædicamento: ergo neceſſe eſt precognoſcere quid genus, & quotuplex genus, idem dico de ſpecie, & de differentia. Præterea in quolibet prædicamento ſunt quædam propria, quę diſtinguuntur contra cõia, & ſe habent vt accidentia, ergo neceſſe eſt præcognoſcere quid proprium & quot modis dicitur. Idem dico de accidente, aliter eſſet impoſsibile ſcientiam habere de prædicamentis. Rõnabiliter igitur tract. præſens, præcedit tract. de prædicamentis, & hac de cauſa compoſuit Porphyrius Iſagogas. Vnde in principio libri ſui inquit. Cum ſit neceſſariũ ad eã, quæ eſt apud Ariſt. prædicamẽtorum doctrinam, noſſe quid genus, quid

ſpẽs, quid differentia, quid ꝓprium, quid accidẽs &c. , ,
tentabo breuiter, velut introductionis modo ea, q̃ ab , ,
antiquis dicta ſunt aggredi. Sed aduerte, ꝙ non ſolum , ,
ad habendā p̄dicamentorum doctrinā oportet præac
cipere notitiam de p̄dicabilibus, ſed etiā vt habeaꝛ doctrina definitionis & diuiſionis, et demõſtrationis teſte Porphyrio. Nā definitio vera ꝓpria datur tm̃ de ſpecie, vt declarabitur infra & eſt definitionem verā ac eſſentialem non ingrediunꝛ niſi genus ꝓximum & differentia ſpecifica, & excludendū eſt ꝓpriū & accñs a definitione, vt manifeſtaꝛ in Septimo lib. metaphyſicæ, ergo ſi volumus recte definire, oportet iſta p̄cognoſcere. Præterea diuiſio aliqñ eſt generis in ſpẽs, aliqñ generis in differẽtias, aliqñ ſpeciei in indiuidua, aliqñ ſubiecti in propria, aliqñ ſubiecti in accidentia cõia, ergo vt habeamus doctrinā recte diuidendi, atq; definiẽdi, oportet iſta p̄cognoſcere. Præterea, ſine notitia iſtorū nõ eſt poſsibile habere ſciam demonſtrandi, ex conſequẽti nec aliq; ſciam acquirere: qm̃ ſola demonſtratio facit ſcire, vt declarabiꝛ in trac. de ſyllõ demõſtratiuo: in demõſtratione aūt oportet ſubiectū concluſioni eſſe aut genus, aut ſpẽm, prædicatum vero ꝓprium, & caueré ne ſit accñs, mediū vero eſſe definitionẽ ſubiecti, aut paſsionis. Definitionem aūt oportet conſtare ex genere, & differentia, ergo ſine notitia quinq; prædicabilium nec ſylls demõſtratiuus, nec aliqua ſciẽtia haberi poteſt. Vt ergo præpareꝛ nobis via ad notitiā prædicamentorum, ad peritiam definiẽdi, & diuidẽdi, & demonſtrandi, merito prꝯponiꝛ nobis p̃ns trac. & vt verbo complectamur, qui ſine prꝯhabita iſtorum quinq; prædicabilium notitia ad acquirendū cuiuſq; generis ſciam contendit, eſt ſicut ambulās neſciens quo vadat.

Quantum ad ſcd̃m aduerte, ꝙ in doctrina peripatetica vniuerſale multipliciter accipitur vt infra. Primo dicitur vniuerſale ſignum diſtributiuū termini, cui apponiꝛ, vt oīs & nullꝰ & qlibet, & de hoc locuti ſumus *Quot modis vniuerſale.*

in trac. præced. agentes de q̃titate, ꝓpõnum & oppo/ſitione & æquipollentia. Scdo dr̃ vniuerſale potentia animæ oĩum cognoſcitiua & non ſolum in ſingulari, ſed & in vniuerſali, & hic eſt intellectus, cuius obiectũ eſt ens cõiſsime ſumptum, et per oppoſitum ſenſus eſt quid ſingulare, qm̃ non niſi ſingulare cognoſcit, & de hoc conſideratur a phyſico in Tertio libro de anima. Tertio dr̃ vniuerſale, ꝙ eſt in ſe cõtentiuum oĩum per fectionum, & cauſatiuũ cuiuſq; rei extra ipſum & ſic Deus benedictus dr̃ vniuerſale in eſſendo, & in cauſan do, & poſt Deum intelligentiæ cum corporibus cœle ſtibus, & de hoc conſideratur a metaphyſico in lib. 2. Quarto dr̃ vniuerſale illud, ꝙ eſt oĩum vel plurium re præſentatiuum, & ſic Deus eſt vl'e, & ſpẽs intelligibi/lis, quæ eſt repræſentatiua nãæ cõis, & nõ ſolum ſin/gularis, vt ſpecies intelligibilis, qua intellectus intelligit naturam hoĩs, repræſentat hoiem vt homo eſt, & non ſolum vt eſt hic, vel hic homo, & de hoc vl'i pertracta tur in lib. 3. de anima, ſicut & de ſpecie ſenſata. Quinto dicitur vl'e, ꝙ in pluribus eſt, vel eſt aptum eſſe in mul tis, & prædicatur vel prædicabile eſt de multis, & ſic aĩal eſt vl'e, & homo, & capra, & leo. Nam nã aĩalis eſt in omni ſpecie aĩalis, & de omni eius ſpecie prædica/tur, ſic & natura hoĩs eſt in omni indiuiduo humano & de hoĩbus ſingularibus prædicat̃, vt ſortes eſt hõ, Plato eſt hõ, &c. & hoc dr̃ vl'e in prædicãdo, ꝙ ſub di uerſa rõne eſt de cõſideratione Metaphyſici & phyſici & Logici. Nã ſi cõſiderat̃ inq̃tum definibile eſt, et quo ad prædicata ſua eſſentialia, puta hõ inq̃tum eſt aĩal rõ nale, ſpectat ad metaph. ſolus. n. cõſiderat ꝙ qd eſt, vt alias tibi manifeſtabit̃. Si aũt conſiderat̃ inq̃tum in re/rum nã. habet eſſe in ſingularibus, & nõ aliter, ſic ſpe/ctat ad phyſicum. Vñ ꝓdicata accidentalia verificant̃ de tali vl'i, vt exiſtit in ſingularibus, vt hæc eſt vera, hõ ſanat̃, qa aliqs hõ ſanat̃, Si aũt nullus hõ exiſteret eſſet falſa, Hæc tñ ſemper vera, etiam nullo hoĩe exiſtente,

homo eſt aı̅al rõnale, vt manifeſtabitur tibi in trac. de ſuppoſitionibus: ſi vero conſideraẽ inquantum tali naturæ cõi attribuuntur ab in intellectu prædicata intentionalia. quæ. ſ. inuenit intellectus poſtq̃ apprehendit communitatem & vniformitatem & conuenientiam eius in ſuis inferioribus, puta poſtq̃ intellectus apprehendit aı̅al eſſe naturam ſenſitiuam, animatam, corpoream aduertit id cõuenire omni ſpeciei aı̅alis, & iõ attribuit ſibi q aı̅al eſt p̄dicabile de multis diſtinctis ſpecie, vt de hoı̅e & leone, ex cõſequenti attribuit ſibi qđ eſt genus, q quidem prædicatũ non reale, ſed intentionale dicitur, qm̃ eſt factum per opus intellectus ſpeculantis ſuper naturam cõem, q̃tum ſit ex ſe, & ſic conſideratur a Logico, & in hoc vltimo ſenſu habemus hic pertractare de quinque vlibus. ſ. de naturis, vt ſtãt ſub iſtis conceptibus ſecundis, quos dicimus intẽtiones ſecundas, genus, ſpẽs, differentia, ꝓprium, accidẽs. Cõſtat igitur relictis aliis modis, qũo definiendum ſit vniuerſale, de quo intendimus in hoc trac. Aſsignatis modis, quibus dicitur vniuerſale in via peripatetica, aſsignandi ſunt modi, quibus ſumitur prędicabile. Tu igitur aduerte, q apud Logicum, qui ſolus modos prædicandi conſiderat, famoſiores ſunt tres. Primo illud dicitur prædicabile, q de vno, vel de pluribus aptum eſt prædicari, ſiue prædicetur vniuoce, ſiue æquiuoce, ſiue analogice, ſiue directe ſiue indirecte, ſiue p ſe, ſiue per accñs. Et hic dr̃ communiſsimus modus, quo dr̃ prædicabile. Hoc. n. eſt commune generi, ſpeciei, indiuiduo, q ſaltem de ſe ipſo prædicatur, vt ſortes eſt ſortes, & de hoc non intendimus hic. Secundo illud dicitẽ prædicabile, q de multis prædicatur ſiue vniuoce: ſiue æquiuoce, ſiue analogice, & hoc modo non intendimus hic. Nam hoc modo ſanum, canis ita eſſet prædicabile & genus, q non eſt verũ, vt declarabitur, ſicut animal, & ſpecies, ſicut homo & capra, & hic dicitur modus communis. Tertio illud prædicabile dicitur,

Quid prædicabile.

ꝙ de multis & non de vno ſolo aptum eſt prædicari vniuoce, & eſt determinatæ naturæ, puta, aut ſubſtantia, aut q̃titas, aut qualitas &c. & ſic de prædicabili intendimus hic. Poſitis igitur modis, quibus prędicabile dicitur & quibus vniuerſale, nunc definienda ſunt iuxta ſenſum ſecundum quem intendimus hic de eis pertractare. Tu igitur aduerte, ꝙ vniuerſale apud Logicũ eſt natura cõis determinata, vt eſt in multis, vel non repugnat ſibi eſſe in multis: vt animal, homo, lapis &c. Dicitur natura cõis, ad differentiam naturę indiuiduatæ & ſingularis, vt eſt hic lapis, ſortes, & Plato, quæ non eſt apta eſſe niſi in vno ſuppoſito. Dicitur determinata ad differentiarum ſex tranſcendentium, quę ſunt. Ens, vnum, Verum, Aliquid. Bonum, Res.

Quid vniuerſale.

De his formauimus ſpecialem tractatum iſagogicũ cum ad metaphyſicam, quem de ſex tranſcendentibus nuncupauimus. Iſta tranſcēdentia non poſſunt dici vniuerſalia in ſenſu, quem intendimus, q̃m inſunt non ſolum in multis, ſed in omni re cuiuſcũq; naturæ ſiue ſit res ſubſtantię, ſiue accidentis, ſiue increata, ſiue creata, ſiue corporea ſiue incorporea. in omnibus. n. inueniũtur. Nã & Deus eſt maxime ens, verum, bonũ, vnum, aliquid, & res. Nõ ergo ſunt vniuerſalia, ſed ſuper vniuerſalia, vtpote circundantia omne genus entis.

Dicitur, vt eſt in multis, vel ſibi non repugnat eſſe in multis, q̃m aliqua natura cõis de facto eſt in multis, vt homo, capra, leo, & omnis natura ſpecifica completa in mundo inferiori, quæ recipit perpetuitatem ex ſucceſsione indiuiduorũ: aliqui excipiunt phœnicem, ſed de hoc tranſeat, aliqua autem non de facto eſt in multis, ſed ei non repugnat eſſe in multis in natura ſolis & lunæ & intelligentiarum, quorum natura ſpecifica perpetuatur in vno indiuiduo, & ideo non eſt opus eam partiri in multis indiuiduis, eſt tamen in potentia primi ea multiplicare ſecundum qđ ſapientia ſua diſponeret. Vñ nõ eſt impoſsibile creari plures ſoles & lunas &c.

ex conſequenti non repugnat naturæ ſolis & lunæ cõ municari pluribus ſuppoſitis, & vt ſic eſt natura vl̃is. Prædicabile autem alio modo definitur a logico nominali, & a logico reali, ac vere peripatetico. Nam Logicus nominalis dicit ꝙ prædicabile eſt terminus vniuocus aptus natus prædicari de pluribus, vt ly animal de homine & aſino. & ly homo de ſorte & Platone. Et ſic nullus terminus diſcretus ſiue ſingularis, vt ſortes, nec tranſcendens, vt ens & vnũ, nec compoſitus ſiue complexus, vt hominem eſſe animal, nec ęquiuocus poteſt eſſe prædicabile & vniuerſale ꝙ idem eſt. Ad hoc ergo, ꝙ ſit prædicabile & vniuerſale oportet quod ſit terminus communis, ſimplex, vniuocus aptus de pluribus prædicari. Quid autem ſit terminus æquiuocus & vniuocus & analogus, manifeſtabitur tibi in tract. ſequenti. Logicus autem realis dicit, ꝙ prædicabile eſt natura communis, apta nata prędicari de pluribus vniuoce, i. eſt natura cõmunicabilis multis ſiue ſpeciebus ſiue indiuiduis, non in ſe conſiderata, ſed vt ſtat ſub hoc conceptu, ſ. prædicari de pluribus actu vel aptitudine & vniuoce, i. ſecundum eadem rõnem & non ſecundum diuerſas. Verbi gratia, Genus eſt natura communis & non ſingularis, vt ſtat ſub hoc conceptu ſecundo, qui dicitur ſecunda intentio, ſcilicet prædicari de pluribus differentibus ſpecie, vt animal de homine, capra, æquo aſino, &c. & ſic ſecundum hanc viam vniuerſale & prædicabile, non dicunt naturam communem abſolute & in ſe conſideratam, quia vt ſic non cadit ſub conſideratione logici ſed metaphyſici, ſed dicunt naturam communem: vt ſtat ſub ſecunda intentione quæ eſt conceptus ſecundus fundatus ſuper primum, qui dicitur prima intentio. Qui conceptus ſecundus eſt prædicari de pluribus vniuoce, ita qđ prædicabile nec eſt natura tantum, nec conceptus tantum, quem nominales dicunt terminum mentalem, ſed natura communis ſub conceptu modo, quo diximus,

Et hanc viam intendo ſequi, & in cap.ſeq.in definitio-
ne generis manifeſtabitur quõ genus, nec aliud vl'e de-
finitur, vt terminus mentalis, ſed vt natura, vt ſtat ſub
ſecunda intẽtione. Conſtat igitur quot modis dr̃ vl'e &
prædicabile, & quid vtrũq; ſit ſecundũ illum ſenſum,
quem hic intẽdimus. Et aduerte, ꝙ vtrũq; eſt idem ſm
rem & cõuertibiliter, ſed differunt rõne. Nam nã cõis
dicitur vl'e inq̃tum eſt apta eſſe in multis, dr̃ aũt prędi
cabile, inq̃tum eſt apta prędicari de multis vniuoce.

Quinque tm̃ ſunt vniuerſalia. Quantum ad tertium aduerte ꝙ vl'e & prædicabile
ſumpta in vltimo ſenſu iuxta diſtinctiones prępoſitas,
ſunt tm̃ quinq;.ſ.genus, ſpecies, differentia. proprium,
& accidens, quorum ſufficiẽtia ſumitur ex hoc. Omne
vniuerſale & prædicabile iuxta vltimum prępoſitæ di
uiſionis ſenſum, eſt in multis, & prędicabile de multis:
ergo vel eſt prædicabile de multis vniuoce in q̃d, vel
in quale. iſti.n.ſunt vniuerſaliſſimi modi prædicãdi, vt
declarabitur tibi in tracta. ſequenti: ſi in quid, hoc põt
eſſe duplr̃, qm̃ vel in quid de pluribus differẽtibus ſpe
cie, et ſic eſt genus: vel in quid de pluribus differẽtibus
numero, & ſic eſt ſpecies: ſi in quale, hoc duplr̃, q̃a vel
in quale, ꝙ eſt de eſſentia rei, & hęc eſt differentia eſſen
tialis, vel generica vel ſpecifica: generica quidem, vt ſen
ſitiuum: ſpecifica aũt, vt rõnale. Vel in quale ꝙ eſt acci
dens in re. Et hoc duplr̃, quia vel tale accidens eſt pro-
prium fluens a natura rei. ſicut riſibile fluit a natura rõ-
nali, & ſic eſt quartum prædicabile, q. dr̃ proprium.
Vel tale accidens eſt cõe, non fluens a principiis rei, &
ſic eſt quintum prædicabile, ꝙ facit ꝓpõſitionem acci
dentalem: vt homo eſt ſedens, eſt currens, eſt ſanus, eſt
æger &c. Sed aduerte, ꝙ accñs ſiue ꝓprium ſiue cõe,
conſtituunt quartum & quintum prædicabile nõ re-
ſpectu eſſe, ſed reſpectu modi prædicandi, eo q̃d' pro-
prium conſtituit ꝓpõnem per ſe, accñs autem conſti-
tuit ꝑdicationem per accñs, vt tibi declarabit̃ loco ſuo,
qñ. ſ. tractabimus de differentia quarti & quinti prędi-

cabilis. Conſtat igiť tibi, ꝙ ſufficiens ſit diuiſio vl̃is & prædicabilis in quinque,ſ.in genus,ſpẽm,differẽtiam, proprium,& accidens, ita qđ hæc concluſio eſt vera. Tm̃ quinque ſunt vl̃ia & prędicabilia iuxta ſenſum intentum a Logico.Qđ ſi dicas,ſi tm̃ quinque ſunt vl̃ia & prædicabilia, ergo omnia vl̃ia & prædicabilia ſunt quinque. Hoc autem eſt falſum, quoniam genus eſſet quinque prædicabilia, ſimiliter ſpẽs & differentia &c. conſequentia patet, quoniam ab excluſiua ad vniuerſalem affirmatiuam valet conſequentia, vt tibi declarabitur in tracta.de conſequentiis.

Reſpondetur,negatur conſequentia:ad ꝓbationem dicitur ꝙ regula non tenet qñ mutatur ſuppoſitio,cõſtat autem ꝙ ly quinque in excluſiua tenetur collectiue,in vniuerſali autem affirmatiua videtur teneri diſtributiue, Vel dic, ꝙ ab excluſiua ad vniuerſalem affirmatiuam non valet conſequentia in terminis numerabilibus, Hæc de primo cap.dicta ſint.

De Genere. *Cap. 2.*

IN cap.2.agendum eſt de genere logico,ꝙ eſt primum & magis cõe inter quinque vniuerſalia et p̃dicabilia. Et hic tria agẽda ſunt:Primo,vt ſciamus ꝙ & quid ſit genus logicum, declarandũ eſt quot modis ſumitur genus:Scdo definiendum eſt iuxta ſenſum intentum a Logico:tertio diuidendum eſt.

Quantum ad primũ aduerte ꝙ hic nõ intendimus aſsignare quoſcũꝙ modos,quibus conſueuit ſumi genus, ſed tm̃ illos, qui noſtro ꝓpoſito deſeruiunt. Qđ dico, vt præſeruem me a modis, quibus ſumiť genus apud grammaticum, vt genus maſculinũ, fœmininũ, neutrum,promiſcuum &c. hæc.n nullam habent ſiſitudinem cum genere Logico,iõ relinquanť.Noſto vero ꝓpoſito deſeruit genus politicum ſiue ciuile, eo ꝙ, vt declarabitur, aſsimilationem habet cum genere logico,& iõ aſsignandi ſunt modi,qbus apud ciuilem ſumiť genus,vt ꝑ ipſos manuducamur ad genus logicũ. *Quot modis ſumitur genus*

Tu igitur aduerte, ꝙ genus ciuile duobus modis ſumitur: primo ꝓ collectione, ſiue aggregatione multorū hominum ſe habentium ad inuicem, & ad vnū principium, a quo eſſe traxerunt. Pro cuius notitia aduerte, ꝙ genus ſic dictum tria requirit, primo ꝙ ſit hominū multitudo aggregata. Vnde neq; vnus homo, neque duo, neq; tres tantum conſtituerent genus ciuiliter, ſed oportet ꝙ ſit euidens multitudo, qualis eſt Romanorum, Græcorum, Hebræorum &c ſecundo oportet, ꝙ tales homines habeant inter ſe ordinem cognationis, ſiue conſanguinitatis: ſicut ad hoc ꝙ talis vel tanta hominum multitudo ſit & dicatur exercitus, oportet qđ inter eos ſit officiorum & poteſtatuum ordo, aliter nō erit exercitus. Hac de cā, ſi homines aggregati nō haberent ordinem parentelæ ad inuicem, non magis eſſent genus, q̃ cumulus lapidum: tertio oportet ꝙ habeant ordinem non ſolū inter ſe, ſed etiam ad vnum primū, a quo effectiue per ſucceſsionē traxerunt eſſe, & a quo denominātur & in hoc ſenſu dr̄ Romanorum genus, quia eſſe traxerunt a Romulo: & aduerte, ꝙ ſi vna ex his conditionibus deficeret, non ſeruaretur rō generis ſic accepti, ſicut nec rō exercitus, præcipue ſi non adeſſet vnus primus Dux, a quo ſinguli ordines regulantur, & in quo ſtat plena authoritas. Scđo ſumiť genus apud ciuilem, ꝓ primo principio gn̄atiuo, vel cōſeruatiuo in eſſe, vniuſcuiuſq;, i. ſingulæ gn̄ationis: vt pater & patria & locus in hoc ſecūdo ſenſu dicunť genus. Pro cuius notitia aduerte, ꝙ genus hoc ſecundo mō dictum requirit tria, primo ꝙ ſit primum principium, a quo ordinata multitudo p ſucceſsionē trahit eſſe. Vn̄ licet ſortes pater Platonis dici poſsit genus Plato. quia eſt generans Platonem, tn̄ rectius primum generans, a quo multitudo ordinate genita, vt a primo fonte trahit originē, dicendū eſt genus hoc ſecundo mō, in quo ſenſu Adam eſt hominum genus, Romulus Romanorum genus, habet Hebræorum genus: ſecundo qđ ſit

primum principium eſſendi vniuocum & eiuſdem ſpeciei cum multitudine genita. Defectu cuius, nec Dominus, nec Cœlum nec Sol poteſt dici hominum genus, qm̃ ſunt principia æquiuoca vniuerſalia, nec eiuſdem naturæ cum genitis, licet ſit verum dicere qđ Deus & Cœlum, & Sol generant hominem: tertio requiritur ꝙ tale principium diſiñctiue ſit vel productiuum, vel conſeruatiuum talis multitudinis per ſucceſsionem ꝓuenientis, vt excludamus locum & patriam violẽtam. Hæc.n non dant nec conſeruant, ſed potius deſtruunt genitum. Vnde nec aqua poteſt dici genus hominũ, nec aer peſtifer, nec terra infœcunda. Solus ergo locus naturalis meretur dici genus hoc ſecundo mõ acceptũ. Viſis modis, quibus dicitur genus apud ciuilem declarandus eſt modus, quo ſumitur apud Logicum, deinde manifeſtabitur, ꝙ ſimilitudinem habet, & q̃ differentiam genus ciuile primo & ſecundo modo ſumptũ cũ genere logico. Tu igitur aduerte, ꝙ tertio ſumitur genus pro eo, cui ſupponitur ſpẽs, & hoc eſt genus logicum: in quo ſenſu color eſt genus, q̇a ei ſupponitur albedo, vt ſpẽs & nigredo, & medij colores. idem dico de aíali, cui ſupponitur homo, capra, leo, canis &c. Hic declarandus eſſet ſenſus huiuſmodi generis & definitionis ſuę. Verum quia infra replicabitur, ideo pro nunc ſuſtine. Viſo quid ſit genus tertio mõ acceptum, ꝙ eſt genus logicum, declarandum eſt q̃ conuenientiam & differentiam habet cum eo, genus ciuile primo & ſecundo modo acceptum. Tu igitur aduerte, ꝙ genus ciuile primo modo ſumptum in vno conuenit cũ genere logico, ſed in duobus differt. Cõuenit quidem in hoc, quod ſicut genus ciuile importat collectionem multorum hominum ordinatorum inter ſe, prout deſcendunt ab vno primo, ad quod reſpiciunt, ſic genus logicũ importat multitudinem ſpẽrum, quæ ſub ipſo continẽtur actu, aut potẽtia, vt tibi infra declarabiť, & ſunt ad inuicem ordinatæ. Sũt.n. rerũ ſpẽs, vt numeri:

vt declarař in Nono lib. Metaphyſicæ, īter quas datur vna perfectiſsima, vt menſura aliarum ſicut in genere aīalis datur homo vt perfectiſsima ſpēs, & in gñe metalli datur aurum. Differt aūt in duobus, primo ꝙ genus ciuile primo mō ſumptum eſt quoddā totum per modū totius integralis, cuius partes ſunt hoīes vnius cognationis deſcēdentes ab vno primo, ſed genus logicum nō eſt totum integrale: qm̄ totum integrale eſt compoſitum ex partibus, genus aūt logicum non eſt compoſitum ex ſuis ſpēbus, īmo eſt ſuæ ſpecies, iō dř totum vľe. Qūo aūt differant totum eſſentiale & integrale, & vľe, & poteſtatiuum, manifeſtabimus in tract. de ſylľo topico: Scđo differt, quia genus ciuile primo modo ſumptum nō prædicař in recto de his, quę ſub eo continentur, qm̄ totum integrale nō prędicař in recto de partibus. Hæc.n. eſt falſa, paries eſt domus, ſic falſa eſt iſta. Cæſar eſt genus Romanorum ſumptum primo mō, genus aūt logicum, cum ſit totum vľe. prædicatur in recto de ſpēbus ſub eo contentis. Nā homo eſt aīal, & leo eſt aīal &c. Et rō huius eſt, quia totum integrale differt realiter a partibus, totum aūt vľe non differt realiter, ſed rōne a contentis ſub eo, vt tibi in philoſophia manifeſtabitur. Conſtat igitur qūo conueniunt & qūo differunt genus ciuile primo modo ſumptum, & genus logicum. Differunt etiā & conueniūt genus ciuile ſecundo modo ſumptum, & genus logicum. Conueniunt quidem in hoc, ꝙ ſicut genus ciuile ſecundo mō ſumptum eſt principiū multitudinis ordinatæ ab eo deſcendentis, ſic & genus logicū eſt principium ſuarū ſpērum conſtitutiuū: nam aīal adiūcto rōnali cōſtituit hoīem, & adiuncto irrōnali, cōſtituit brutum. Differūt vero in hoc, ꝙ genus ciuile ſecundo mō ſumptū eſt principiū extrinſecū ꝓductiuū. Nec eſt de eſſentia eorū, quorū eſt principiū, genus aūt logicū eſt principiū intrinſecū ſuarū ſpērum, & eſt ſicut mā. Vñ ſpēs apud Logicum conſtituiř ex genere & differētia

ſicut

ſicut apud Phyſicũ res nãlis ex materia & forma. Sed ꝙ nunc crede, donec in philoſophia erudiaris. Cõſtãt igitur tibi quõ conueniunt & differunt genus ciuile, ſecundo modo ſumptum, & genus logicum. Rõnabiliter ergo pr̨emiſimus tres modos, quibus dr̃ genus. *In. 9. Metha.*

Quantum ad ſcd̃m dimiſſo genere ciuiliter dicto, definiẽdum eſt genus logicum, tu igitur aduerte, ꝙ apud nominales ſic definitur. Genus eſt terminus vniuocus prædicabilis in quid de pluribus differentibus ſpecie. *Quid ſit genus.* Primo dr̃ terminus, qui debet intelligi terminus mentalis, qui eſt conceptus intellectus, & non natura rei, quæ concipitur: quoniam apud eos natura rei non eſt de conſideratione Logici, ſed philoſophi, qui eſt artifex realis. Logici aũt eſt conſiderare cõceptus & voces tam complexas ꝙ̃ incomplexas. Secundo dr̃ vniuocus, quoniam terminus æquiuocus ſiue analogus, vt diximus ſupra, non eſt aliqđ vniuerſalium. Vnde neque canis, nec̨ ſanum, nec̨ ens, nec aliud tranſcendentium poteſt eſſe genus, qm̃ nõ ſunt vniuoca, vt tibi declarabitur in tracta. ſequenti, in Anteprædicamentis. Tertio dr̃ prædicabilis in quid ad differẽtiam differentiæ & proprij & accidẽtis, quæ prædicantur in quale. Nam facta interrogatione, qualis eſt homo, rñdetur rationalis, riſibilis, albus, vel niger. Genus autem prædicatur in quid: vt quid eſt homo, reſpondetur, eſt animal. Quid eſt albedo, rñdetur, eſt color. Quarto dr̃ de de pluribus differẽtibus ſpecie, ad differentiam ſpeciei ſpecialiſsime, quę pr̨edicatur de pluribus differentibus ſolo numero & non ſpecie, vt homo de hoc & hoc homine, idem intellige de aſino & æquo &c.

Hæc definitio tota acceptatur a Logico reali pr̨eter primam particulam, ſ. li terminus. Nam apud realem genus non eſt terminus, i. conceptus mentis, ſed natura communis vt ſtat ſub conceptu, qui eſt ſecunda intentio, ſiue vt alij dicũt, genus ſumitur hic pro re ſubſtrata ſecundæ intentioni, quæ quidem res, eſt ipſa na-

tura communicabilis pluribus ſpeciebus, & ideo Porphyrius ſic definit, Genus eſt ꝙ prædicať de pluribus differentibus ſpecie in eo ꝙ quid ſit, vt animal de homine & leone. Primo dicitur eſt ꝙ prædicatur: ly qď, refert illud ꝙ eſt genus, illud autem non eſt terminus nec conceptus, quoniam hæc eſt falſa, homo eſt terminus vel conceptus: dicit autem Porphyrius, ꝙ id, ꝙ eſt genus, vt aīal, prędicatur de homine & de aſino: ergo ly qď refert illam rem ſiue naturam vt eſt communicabilis pluribus ſpeciebus, & vt ſic, attribuitur ſibi ab intellectu prædicari de pluribus. Nam ex hoc qď eſt communicabilis & participabilis a pluribus, ſequitur ꝙ ſit prædicabilis de pluribus: cuius ſignũ eſt, ꝙ, cum indiuiduum non dicat naturam cōicabilem pluribus, non eſt prædicabile de pluribus, ſed tm̃ de vno ſolo. Sed dices, ſi genus ꝑ re ſiue natura, & non ꝑ termino mentali hic definitur, ergo logicus cōſiderat res et non intentiones, ꝙ eſt falſum, qm̃ hoc ſpectat ad phyſicum & metaphyſicum, qui verſatur circa ens reale.

Vide pro hoc loco ſententiam Caietani eiuſdē ordinis ſup Prædica. in Cap de genere.

Reſpondetur. Ad Logicum ſpectat conſiderare & definire res ſiue naturas, vt ſtant ſub prædicatis intentionalibus ſibi attributis ab intellectu, vt negociať circa eas: puta definire & cōſiderare animal, vt genus, hominem, vt ſpecies eſt, ſortem vt indiuiduum eſt, et hoc eſt conſiderare res & naturas, vt ſtant ſub intentionibus ſecundis. Ad Philoſophum autem ſpectat conſiderare & definire rerum naturas, vt de eis verificanť prædicata realia, quę ſibi conueniunt remoto omni opere intellectus, puta animal, inquantum mouet ſeipſum, et eſt ſenſitiuum, & cōpoſitum ex materia & forma &c. Ad obiectionem, ergo nego falſitatem conſequentis, ad probationem dico qď non ſpectat ad ſolum phyſicum & metaphyſicum cōſiderare res & naturas niſi in hoc ſenſu, ſ. quo ad prædicata realia. Nam q̃tum ad prædicata intentionalia, vt diximus ſpectant ad logicum. Aliter Ariſtoteles nō feciſſet tractatum de decem

prædicamentis, quoniam conſtat qđ ſunt entia realia, & vt realia ſimpliciter conſiderantur a metaphyſico, vt patet in lib. 5. metaphyſice. Scđo dr̃ ꝙ prædicatur de pluribus. Aduerte hic duo, primo ly prędicatur, intelligendum eſt in aptitudine, et non in actu, vt dicatur ſic, Genus eſt, ꝙ eſt prędicabile, vel aptum natum prædicari de pluribus. Nam poſito caſu ꝙ omne animal deſineret eſſe præter hominem, adhuc animal eſſet genus: qm̃ & ſi de facto natura ſenſitiua, a qua dicitur animal, eſſet in ſolo homine & de eo prædicaretur, tñ ex ſui natura, quæ eſt communis, eſſet aptum eſſe in pluribus & prædicari de pluribus ſpeciebus. Secũdo ſubintelligẽdum eſt vniuoce & immediate, & per lineam rectam, & non a latere: propter primum excluduntur æquiuoca, vt canis & cancer, qm̃ & ſi prædicãtur de pluribus, non tñ vnica ratione, iõ non ſunt genus: propter ſecundum excluditur prædicatio de indiuiduis. Nam & ſi genus prędicatur de pluribus indiuiduis, vt hæc eſt vera, Sortes eſt aĩal, Plato eſt aĩal, tñ non põt dici genus indiuiduarum, quia non prædicatur de eis immediate, ſed mediante ſpecie: Propter tertium excluditur prædicatio de differentia. Nam genus non prædicatur per lineam rectam de illa, ſed a latere: neque.n. ſupponitur generi, ſed locatur a latere, vt videbis in arbore, q̃ figurabimus infra: licet ergo genus prædicetur de pluribus differentiis, in quas diuiditur, puta rõnale eſt animal, & irrationale eſt animal, tñ non dicit̃ genus per reſpectum ad illas; qm̃ non eſt prædicatio per lineam rectam, ſed per lateralem. Tertio dicitur, de pluribus differentibus ſpecie: pro cuius notitia aduerte, ꝙ licet Porphyrius non immoretur ad declarandũ hanc particulam differentibus, tamen author minoris logicæ. Petrus Hiſpa: propter nouitiorum inſtructionem diffuſe hoc immoratur, & quoniam idem & differens opponuntur: & vnum oppoſitorum cognoſcitur per alterum, ideo prius manifeſtat modos, quibus dicitur

idem, deinde transfert ſe ad modos quibus dicitur differens. Quantum igiť ad modos identitatis ponit tres famoſos, et tertium ſubdiuidit in quatuor. Primus modus dicitur idem genere, ſecundus idem ſpecie, tertius idem numero. Idem autem numero partitur quatuor modis. ſ. idem noīe, idem definitione, idem proprio, idem accidente, nunc ſinguli declarãdi ſunt & reſoluendi vt infra. Aduerte igitur, ꝙ illa dicuntur eadem genere, quæ ſub vno genere continentur, vt homo & aſinus ſub animali, albedo & nigredo ſub colore. Hic modus indiget duplici limitatione. Prima eſt, ꝙ contineatť ſub eodem genere ꝓxime, & non ſub eodem genere abſoluto, alter homo & pomum eſſent eadem genere, qm̃ continentur ſub corpore animato. Verũ, quia inter hominem & corpus aīatum mediat aliud genus, ſ. animal, ſub quo continetur homo & non continetur pomum, ideo homo & pomum non ſunt eadem genere. ſ. proximo. de quo ſolo hic intendimus. ſecundo ꝙ contineantur ſaltem ſub eodem proximo genere logico, licet non phyſico, ꝙ dico propter corpus corruptibile, vt terra, & incorruptibile, vt cœlum, quæ licet non ſint eadem generē phyſico, vt declarauimus in decimo metaphyſicæ, ſunt tamen eadem genere logico, qm̃ continentur immediate ſub corpore, ꝙ de eis ſecũdum vnam rationem prædicatur. Quæ quidem ratio eſt hæc. Corpus eſt ſubſtantia trina dimenſione, i. longitudine, latitudine & profunditate ſignata. Hæc aũt ratio competit terræ, & cœlo, vt patet. Conſtat igitur quæ ſint eadem genere.

Eadē ſpecie. Eadem ſpecie ſunt, quæcunq; ſub eadem ſpecie continentur, vt ſortes & Plato. Hic modus indiget vnica limitatione, ſ. ꝙ contineantur ſub eadem ſpecie ſpecialiſsima, quæ. ſ. non habet ſub ſe alias ſpecies. Defectu huius, ſortes & hic aſinus non ſunt eadem ſpecie; licet contineantur ſub animali; ꝙ eſt ſpecies corporis aīati. Nam animal non eſt ſpecies ſpecialiſsima, ſed ſubal-

terna, vt tibi declarabitur in capi. ſequenti: pro nunc ſuſtine. Intelligatur ergo ſic, eadem ſpecie ſunt quæ ſub eadem ſpecie ſpecialiſsima continentur, vt duo homines ſub homine, duo aſini ſub aſino.

Eadem autem numero ſunt, quæ non diſtinguūtur ſuppoſito, & in hoc diſtinguuntur eadem ſpecie & eadem numero. Nam eadem ſpecie, licet ſint vnū in natura ſpecifica, non tamen ſunt vnum ſuppoſitum, ſed plura, vt ſortes & Plato, eadem autem numero ſunt vnum ſuppoſito, vt Marcus & Tullius &c. & omnia ſynonima. Eadem autem numero ſunt quadruplicia, quoniam quædam nomine, quędam definitione, quędam proprio, quædam accidente. Et in omnibus iſtis modis ſeruatur identitas numeralis, quia ſeruatur identitas ſuppoſiti. Nam licet multiplicentur nomina ſynonyma, tamen idem ſuppoſitum ſeruatur, vt Marcus Cicero ſcribit. Similiter licet ſortes ſit homo, & ſit animal rationale, & licet ſit homo & riſibilis, & licet ſit homo & ſit albus, tamen ſortes ſemper eſt idem ſuppoſitum, quoniam definitio & definitum ſunt idem eſſentialiter. Res autem & proprietas eius, & accidens commune exiſtens in ea ſunt eadē ſubiecto, ex conſequenti non multiplicantur ſuppoſito, propterea in omnibus quatuor prædictis modis ſtat identitas numeralis. Sed dices, quæ ſunt eadem proprio, vt ſortes riſibilis & eadem accidente, vt ſortes albus, nō videntur eſſe eadem numero, quoniam non ſunt eadem ſpecie, nec eadem genere. Sortes enim eſt in ſpecie hominis, et ſua albedo in ſpecie coloris: ꝙ vero non ſint eadem genere patet, quoniam ſortes eſt genere ſubſtantiæ, & albedo in genere accidentis, puta in qualitate, ergo non ſunt eadem numero: probatur conſequentia, identitas numeralis eſt maxima identitas, maxima autem ſupponit minorem. Minor vero eſt identitas ſpecifica & generica, qm̄ ſtant cum diſtinctione ſuppoſitorum, quam excludit identitas numeralis, ergo &c.

Eadē numero.

Reſpondetur, negatur conſequentia: ad probationem dico ꝙ identitas maxima non ſupponit minorẽ, niſi qñ identitas maxima eſt eſſentialis, qualis eſt inter ſynonyma. Nam ſi Marcus Tul. eſt idem homo numero, eſt idem ſpecie & idem genere. Verum eſt.n. dicere, ꝙ Marcus Tullius eſt homo, eſt animal, &c. Si autem identitas maxima ſit accidentalis, nõ oportet ſupponere minorem. Hinc eſt quod ſtat accidentalis identitas numeralis ſiue ſuppoſitalis inter ſortem & riſibilem & albedinem, quæ ſunt in eo ſine idẽtitate eorum

Differen. ſpecifica, & generica. Poſitis modis quibus aliqua ſunt eadem, cum differens, & idem opponantur, & per ſeinuicem cognoſcantur, aſsignandi ſunt modi, quibus aliqua differunt. Tu igitur aduerte, ꝙ ſicut tribus modis iam aſsignatis dicuntur eadem, ſic & tribus modis differentia ſiue diuerſa. Sumitur enim hic differens cõmuniter. Quomodo vero proprie diſtinguantur diuerſum, & differens, declarabitur in capitulo de differentia. Igitur quædam ſunt differentia genere, quædam ſpecie, quędam numero.

Differentia gñe. Differentia genere ſunt quæcũq; ſub diuerſis generibus continenť, vt homo & arbor ſub gñe ꝙ eſt plãta. Nam homo continetur ſub genere ꝙ eſt aĩal, & arbor ſub genere ꝙ eſt planta. Aduerte hic duo. primo ꝙ intelligitur ſub diuerſis gñibus proximis. Non.n. inconuenit aliqua eſſe & contineri ſub vno genere remoto, & tamen non dicentur idem genere, qm̃ continentur ſub diſtinctis generibus proximis. V.G licet homo & arbor contineantur ſub corpore, ꝙ eſt vnum genus, tñ non dicuntur idem genere, quoniam proxime & immediate continentur ſub diſtinctis generibus proximis, quæ ſunt animal & planta: ſecundo aduerte, ꝙ ad hunc modum reducũtur quęcũq; ſunt ita diuerſa gñe, ꝙ neq; ſub vno, neq; ſub diſtinctis gñibus cõtinentur, vt decem prædicamenta, quæ dicuntur gña primo diuerſa, & dicunť decem gñaliſsima, vt declarabiť infra.

Differentia ſpecie quæcunq; ſub diuerſis ſpeciebus continentur, vt ſortes & hic aſinus: ſortes enim continetur ſub homine & hic aſinus ſub aſino. Aduerte hic duo. primo quod intelligitur de diuerſis ſpeciebus ſpecialiſsimis & non ſubalternis. Nam licet ſortes, & hic aſinus contineãtur ſub vna ſpecie ſubalterna, puta ſub animali, tamen non dicuntur vnum ſpecie, quoniam non continentur ſub vna ſpecie ſpecialiſsima, ſed ſub diuerſis, quæ ſunt homo & aſinus. Secundo aduerte, quod ad hunc modum reducuntur quæcunque non ſolum ſub diuerſis ſpeciebus continentur, vt duo indiuidua diuerſarum ſpecierum, ſed etiam quæcũq; ſunt diuerſæ ſpecies ſpecialiſsimæ, vt homo & aſinus, albedo & nigredo, dulcedo & amaritudo &c. *Differentia ſpecie.*

Differentia numero ſunt quæcũq; diuerſum numerum conſtituunt, i. quæ ſunt plura ſuppoſita & non vnum ſub vna ſpecie ſpecialiſsima contenta, & ſic omnia indiuidua eiuſdem ſpeciei differunt numero, vt ſortes Plato Petrus Ioannes &c. *Differentia numero.*

Poſitis & enumeratis modis, quibus aliqua ſunt idem, & quibus aliqua differunt, reuertendum eſt ad declarationem definitionis de genere, in qua dicitur quod prædicatur de pluribus differentibus ſpecie, per quam particulam differt genus a ſpecie ſpecialiſsima & differentia ſpecifica, & proprio. Hæc enim, vt declarabitur tibi infra, prędicantur de differentibus ſolo numero: vt homo de ſorte & Platone & rationale, quod eſt differentia ſpecifica de hoc, & hoc homine, & riſibile quod eſt proprium de hoc, & hoc homine.

Vltimo dicitur in definitione generis, in eo quod quid: vbi nota, quod illud prædicatur in quid, ad quod conuenienter reſpondetur per interrogationem factam per quid: ſed per genus conuenienter reſpondetur ad interrogationem factam per quid. nam quando interrogatur quid ſit homo, conuenienter reſpondetur quod eſt animal, quod eſt genus. Sed aduerte,

qđ hæc ratio ſumitur a ſigno. Sed ex natura rei iõ genus prædicatur in quid, quia habet modũ ſubſtantiæ, & quidditatis, ſicut & differentia & ꝓpriũ habent modum qualitatis: iõ non inqt, ſed in quale p̄dicantur, vt dicemus loco ſuo. Conſtat igitur q̃o definitio p̄miſſa de genere verificatur quo ad ſingulas particulas.

Rurſus ſic definitur. Genus eſt cui ſupponitur ſpẽs, ideſt genus eſt illud ſiue illa natura cõis modo ſupra expoſito, cui ſupponitur ſpẽs. Pro cuius notitia aduerte, ꝙ genus dupliciter conſiderari poteſt. primo vt eſt natura cõis prædicabilis de multis & ab eis participabilis, quæ differunt ſpecie, & ſic data eſt præmiſſa, definitio. ſecundo vt reſpicit ſpẽm ſibi inferiorem. Nam genus & ſpecies ſunt relatiua, vt dicemus infra, eſt.n. genus ſpeciei genus & ſpecies generis ſpecies, & ſic de eo datur hæc ſecunda definitio, ſ Genus eſt cui ſupponitur ſpecies, quę ſic habet intelligi, Genus eſt cui directe & immediate et tanq̃ ſub ſuperiori ſupponitur ſpecies. Primo dicitur directe, ad differentia differentiarum diuidentium genus, quæ non directe, ſed lateraliter reſpiciunt genus, vt tibi manifeſtabitur in arbore porphyriana, quã ſcilicet Porphyrius adinuenit & ordinauit. Secundo dicitur immediate, ad differẽtiam indiuiduorum, quæ ſupponuntur generi, ſed mediante ſpecie, vt ſortes ſubiicitur animali, ſed mediante ſpecie hominis, & hic aſinus ſubiicitur animali, ſed mediante ſpecie aſini. Tertio dicitur, & tanquam ſuperiori, ad differentiam indiuidui vagi, cui ſupponitur indiuiduum ſignatum, non tanquam inferius ſub ſuperiori formaliter & eſſentialiter, ſed tanquam ſingulare certum ſub ſingulari incerto & indeterminato. in hoc n. diſtinguuntur indiuiduum ſignatum, & indiuiduum vagum, vt tibi declarabitur infra, indiuiduum autem ſignatum eſt ꝙ ſignatur noĩe proprio, aut pronomine demõſtratiuo, vt ſortes & hic homo, & hoc facit ꝓpõnem ſingularẽ. Indiuiduum autẽ vagum, ſignatur nomine ſpecifico,

ſiue communi cum ſigno particulari: vt quidam, vel aliquis homo. Patet igitur, quomodo ſecunda definitio data de genere eſt vera. Hæc de definitione generis tam prima quam ſecunda dicta ſint.

Quantum ad tertium, ſ. quõ diuidatur genus apud Logicum & de mente Porphyrij, aduerte ꝙ diuiditur in genus gñaliſsimum & in genus ſubalternum: nam cum non ſit ꝓceſſus in infinitum aſcendendo in quolibet p̃dicamento in generibus, vt alias tibi manifeſtabitur in Secundo metaphyſicæ & in primo poſt. &c. eſt deuenire ad vnum primũ, ꝙ p̃dicatur vniuoce de omni contento ſub tali vel tali p̃dicamento, vt tibi declarabitur in tract. ſeq. & hoc erit genus gñaliſsimum, vt ſubſtantia in p̃dicamento ſubſtantiæ, & q̃titas in p̃dicamento q̃titatis: & cum ſit deſcenſus a gñaliſsimo ad ſpeciem ſp̃aliſsimam per lineam rectam & per multos gradus, vt tibi manifeſtabitur in arbore Porphyrij, inter media erunt genera ſubalterna, qm̃ prędicant̃ de pluribus differentibus ſpecie in eo quo quid & ſub alternantur, ideſt ſupponuntur generi ſuperiori, vt corpus ſubſtantia, & corpus animatum ſub corpore, & animal ſub corpore aĩato. Videndum eſt igitur q̃d ſit genus generaliſsimum, deinde quid genus ſubalternũ, poſtremo eiicietur corollarium.

Tu igitur aduerte, ꝙ genus gñaliſsimum ſic deſcribitur apud Logicum & porphyrium. Genus gñaliſsimum eſt illud ſuper ꝙ nõ eſt aliud genus ſuperueniẽs: & ſic intellige, Genus gñaliſsimũ eſt illud genus in ſingulo p̃dicamento, ꝙ ſupra ſe non habet aliud genus, & ſub ſe continet oĩa alia genera illius prædicamenti: vt in p̃dicamento ſubſtantiæ, gñaliſsimũ eſt ſubſtãtia, quæ licet ſupra ſe habeat ens & alia tranſcẽdẽtia, nõ tñ aliud genus. Tranſcendentia.n. vt dicemus non ſunt genera, & ſub ſe continet alia gña in eodem p̃dicamẽto. Nã ſub ſubſtãtia eſt corpus & corpus aĩatum & aĩal. Hæc igit̃ ſit prima definitio gñis gñaliſsimi, ex qua ſe- *Gñaliſsimum genus quid.*

quitur ſecũda, quæ eſt hæc. Genus gñaliſsimũ eſt illud, ꝙ cum ſit genus, non põt eſſe ſpẽs: ꝓ cuius notitia aduerte, ꝙ genus gñaliſsimũ non reſpicit ſuperius genus, cũ non habeat genus ſupra ſe, reſpicit aũt inferiora, in quæ diuiditur: vt ſubſtantia diuidiť in ſubſtantiam corpoream et incorporeã. Omne aũt ꝙ põt eſſe ſpẽs, reſpicit aliqd' ſuperius, vt genus, reſpectu cuius dr̃ ſpẽs, vnde ſubſtãtia, corporea, ſiue corpus eſt ſpẽs ſubſtantiæ: Cum igiť gñaliſsimũ nõ habeat genus ſupra, ita eſt genus ꝙ nõ põt eſſe ſpẽs, ſpẽs.n. eſt alicuius generis in aliquo determinato ṕdicamẽto ſpẽs: & ſic patet ꝙ prima definitio eſt cã ſecũdæ, ꝙ quidem gñaliſsimũ diuidiť in decem capita decẽ ṕdicamentorũ, vt tibi manifeſtabiť in tract. ſeq. Sunt aũt hæc decem capita, ſubſtãtia, q̃titas, ad aliqd, i. relatio: qualitas, actio, & paſsio, vbi, qñ, ſitus, & habitus. de quibus ꝓ nũc nihil dicimus, dicemus autem in tracta. ſequenti.

Genus ſubalternũ. Genus aũt ſubalternũ eſt illud ꝙ cum ſit genus, põt eſſe ſpẽs: nã eſt mediũ inter gñaliſsimũ et ſpãliſsimũ, vt aĩal eſt mediũ inter ſubſtantiã & hoĩem, & nõ ſolum inter ſubſtantiã, ſed inter corpus & hoĩem, & corpus aĩatum & hoĩem, ex ꝯñti reſpicit ſuperius & inferius: vt reſpicit ſuperius, eſt eius ſpẽs, qm̃ eſt eius pars ſubiectiua, vt aĩal eſt pars ſubiectiua corporis aĩati: vt reſpicit inferius, eſt eius genus, qm̃ eſt magis cõe vniuocũ: & ſic aĩal, ꝙ eſt ſpẽs reſpectu corporis aĩati, eſt genus reſpectu hoĩs & aſini & leonis, iõ ſubalternum diciť, i. alternatim poſitum ſecũdum ſub, reſpectu ſuperioris, & ſecundũ ſupra, reſpectu inferioris: & ſecũdum ſub, eſt ſpecies, & ſecũdum ſupra, eſt genus. Conſtat igitur quid ſit genus gñaliſsimum, & genus ſubalternum.

Ex his corollaria ſequiť, ꝙ nec ens, nec alia trãſcẽdẽtia, vt vnum, verum, bonũ, aliqd, & res, licet ſint ſuperiora et ṕdicenť de gñaliſsimis, tñ non ſunt gña: qm̃ ad hoc ꝙ aliqd ſit genus, oportet vt dicat determinatam nãm, & nõ verificeť de omni natura, nec cõtineat oĩm

naturam. Sed ens & alia tranſcendentia nõ dicunt determinatam nãm, imo cõtinent oẽm & verificant de omni nã, non n. tm̃ ſubſtantia eſt ens, vnũ, verũ, bonum, &c. ſed & q̃titas & ad aliq̃d & qualitas, et omne contentũ in quolibet p̃nto eſt ens, vnũ, verũ, &c. Non ergo ſunt gña: & aduerte, ꝙ Porphyrius aliam rõnem adducit, dicens, ꝙ decem gñaliſsima nõ conueniunt in ente vniuoce, ſed æquiuoce. Genus aũt debet eſſe vniuocum, vt diximus ſupra: ergo ens & alia trãſcendẽtia non ſunt gña. In tertio aũt Metaphyſicę. Ariſt. aliã rõnem adducit, quia. ſ. omne genus diuidiẽ per drĩas formales, quæ ſunt extra cõceptũ gñis. ſed nihil eſt extra conceptũ entis, qm̃ prędicatur de oĩbus, ergo nec ens, nec alia tranſcendẽtia ſunt gña. Verũ, quia huiuſmodi rõnes potius ſunt metaphyſicales q̃ logicæ, iõ ſuſtine, & ꝑ nunc fidem habeas ſic eſſe. Hæc de primo prædicabili dicta ſint, & hic terminatur ſecundum caput.

De Specie. *Cap. 3.*

IN tertio cap. agendum eſt de ſpecie, cuius conſideratio rõnabiliter ſubſequiẽ cõſiderationẽ de genere, qm̃ ſunt relatiua: eſt. n. genus ſpẽi genus, & ſpẽs generis ſpẽs, relatiua aũt per ſe inuicem cognoſcũtur, ſicut per ſe inuicem definiuntur. De ſpecie igiẽ tria vidẽda ſunt: primo Quot modis ſumiẽ, vt ſciamus modum, in quo conſideraẽ a Logico: ſecundo quid ſit ſecundum Logicum, tertio qũo diuiditur apud Logicũ.

Quantũ ad primũ aduerte, ꝙ ſpẽs in variis ſcientia diuerſimode ſumiẽ: apud Grãmaticũ ſumiẽ ꝑ originali diſpõne dictionis, prout originaẽ a priori dictiones vel nõ originaẽ. Nam ſi nõ, appellaẽ dictio primitiue ſpẽi, vt cœlum: ſi ſic, appellaẽ dictio deriuatiue ſpẽi, vt cœleſte. Apud Rhetores & Poetas ſumiẽ ꝑ aſpectu et diſpõne, q̃ oſtẽdit homo in facie, prout eſt triſtis, aut lætus, aut amicus, aut inimicus. Apud Phyſicũ ſumiẽ ꝑ rei ſiĩtudine, & in libro. 2. de aĩa ſumitur ꝑ ſimilitudine, qua res ſenſibilis ſenſu apprehenditur, & dicitur *Spẽs quot modis.*

ſpecies ſenſata, quæ imprimiť in ſenſu, ſicut imago in ſpeculo. Idem fit in intellectu: & dr̃ ſpẽs intelligibilis, de qua pertractatur in Tertio de Aĩa, vbi inquit Ariſ. ꝙ lapis non eſt aĩa, ſed ſpecies lapidis. Apud Metaphyſicum ſumitur pro forma exemplari, quæ apud græcum dicitur Idea, iuxta quẽ ſenſum Plato naturas ſpecificas appellauit Ideas, de quibus ſatis diſputatur in lib. Septimo metaph. Apud cõiter loquentes ſumitur pro particularitate, & id frequentatum eſt apud iuriſtas: nam dicentes, aliqd in ſpecie intendunt in particulari. Sumitur & ꝓ pulchritudine. Vnde famoſum eſt illud, Spẽs priami digna eſt imperio, & illud ſpecioſus forma præ filiis hoĩm. Sumitur vulgatiſsime pro aromate. Sed nullus horum modorũ conſideratur a Logico, nec illi deſeruit, præter modum, quo ſumiť ꝓ pulchritudine, cuius & meminit Porphyrius in principio
" capitis de ſpecie dicens. Spẽs aũt dr̃ vniuſcuiuſq; for-
" ma, ſm ꝙ dictum eſt, Priami quidem ſpecies digna eſt imperio. A logico aũt ſumitur ſpecies pro natura cõicabili pluribus indiuiduis, quæ ſub determinato & certo genere ponitur: vt homo ſub animali, albedo, ſub colore, dulcedo ſub ſapore: & relictis oĩbus aliis modis, de hoc vltimo hic intendimus, qui aliqualiter aſsimilatur ſpeciei ſumptæ ꝓ pulchritudine. Nã ſicut pulchritudo perficit iuuentutem, vt dicit Ariſt. in decimo Ethicorum, ſic ſpẽs actuat & perficit genus. Vnde cõparatur ad ipſum vt forma ad materiam, ſicut tibi manifeſtabitur in pðia, pro nunc ſuſtine.

Spẽs quid ſit. Quantum ad ſcđm aduerte, ꝙ de ſpecie apud Logicum duplex definitio formať. Prima cõuenit ſoli ſpãliſsimæ, ſcđa aũt conuenit cõiter ſpeciei ſubalternæ & ſpãliſsimæ, qũo autem differant dicemus infra.

Prima igiť eſt hæc. Species eſt quæ prædicatur de pluribus differentibus numero tantum & inquid.

Primo dicitur quæ, ideſt illa natura communicabilis, ad differentiam naturæ indiuiduæ & ſingularis,

quæ non ſpecies,ſed ſuppoſitum dr. Secundo dicitur, quæ prædicatur: aduerte, ſicut diximus in definitione generis, intelligendũ eſt non actu, ſed aptitudine: vt ſic exponatur, quæ prædicatur, i. eſt apta q̃tum ſit ex ſe prædicari de pluribus: nam ſtat ꝙ ſub natura cõicabili pluribus ſit tm̃ vnum indiuiduum, & tñ ſit ſpecies, vt licet in creatione hominis fieret tantum Adam, adhuc homo eſt ſpecies, q̃a natura humana ex ſe eſt apta cõicari pluribus. Idẽ intellige de ſole et aliis erraticis aſtris, quæ omnia differunt ſpecie, licet ſub de facto non habeant niſi vnum indiuiduum Sed cauſa huius manifeſtabitur tibi in libro de Cœlo. Tertio dr̃ de pluribus differentibus numero tantum, per qd' diſtinguitur ſpecies ſpecialiſsima a genere, ꝙ prædicatur de pluribus differentibus ſpecie, & etiam de differentibus numero, ſed mediate: hæc. n. eſt vera, homo eſt animal, & hæc eſt vera, Plato eſt aĩal. Quarto dr̃, & in quid, vt diſtinguatur a differentia & proprio & accidente, quæ prædicantur in quale & non in quid. Nam ſi interrogaris quid ſit ſortes, R ñdens, ꝙ eſt homo, ergo ſpecies prædicatur in quid. Conſtat igitur quõ prædicta definitio eſt vera. Sed aduerte, ad hoc qd' aliqua natura cõis ſit ſpecies, vltra conditiones poſitas & declaratas in definitione, requiritur ꝙ ſit natura integra & perfecta, & non ſit pars, propterea anima hominis nõ eſt ſpecies, ſed pars ſpeciei apud Ariſt. quia anima non eſt homo, ſed pars eſſentialis hominis, nec aliqua pars corporis eſt ſpecies, ſed pars ſpeciei integralis; & tamen anima prædicatur in quid de hac & illa & illa anima, quę differunt numero. Similiter manus & caput prædicatur de hac & illa manu, & de hoc & illo capite, & tamen non ſunt ſpecies ratione dicta.

Addendũ eſt numero natura completa ꝑpter partes, vt ipſe dicit infra.

Scd̃a definitio eſt hęc, ſpẽs eſt q̃ ponit̃ ſub aſsignato genere, & de qua genus in eo ꝙ quid eſt prædicatur.

Aduerte primo, ꝙ hæc definitio differt a ꝑcedenti, eo ꝙ eſt cõior; verificatur. n. non ſolum de ſpecie ſpãliſ-

ſima ſicut præcedens], ſed & de ſubalterna. Nam aīal ponitur ſub certo & determinato gñe, vt ſub corpore aīato, reſpectu cuiꝰ aīal eſt ſpēs ſubalterna, et ſic aſcēdes vſq; ī gñaliſsimū, vt tibi manifeſtabiť in arbo: Porph.

Aduerte ſcđo ī hac definitione ſic ſubintelligēdū eſt, ſpēs eſt q̄ poniť ſub aſsignato gñe directe & īmediate. vt p ly directe excludať dr̄ia, q̄ nō directe ſm ordinē p̄ntalē in ꝯſcēdēdo poniť ſub gñe, ſed a latere, vt patet in arb. Porph. & p ly īmediate excludať indiuiduū, ꝙ non niſi mediāte ſpecie poniť ſub aſsignato gñe: nā ſortes non poniť ſub aīali niſi mediāte hoīe, neq; hic triangulus poniť ſub figura niſi mediante triangulo.

Aduerte tertio, ꝙ licet ſecūda definitio gñis & ſecūda definitio ſpēi videanť circulares, tñ nō ſunt inutiles; qm̄ licet abſoluta nō debeant definiri circulariter; hoc nō eſt incōueniens in relatiuis, eo ꝙ p ſe inuicē cognoſcuntur, ex ꝯñti p ſe inuicem debēt definiri. Genus aūt & ſpēs ſunt relatiua: qm̄, vt inqt Porph. genus eſt alicuius ſpēi genus, & ſpēs eſt alicuius gñis ſpēs. Qūo autē ſecūda pars definitionis ſit ꝟa, in qua dr̄, & de qua genus in eo ꝙ qd eſt p̄dicať, cōſtat ex hoc; ꝙ gen de pluribus differētibus ſpē p̄dicať in qd: ergo dē qualibet eiꝰ ſpē, q̄ ſub eo poniť. p̄dicať in qd: nā bñ ſequiť, aīal p̄dicať de hoīe & aſino & æquo, & ſic de ſingulis ī qd, ergo & de hoīe ī qd. Cōſtat igiť qd ſit ſpēs apud Logi.

Speciei diuiſio. Quātū ad tertiū. ſ. qūo diuidať ſpēs; aduerte ꝙ apud logicū et ad mētē Porphyrij diuidiť ſufficiēti diuiſione in ſpāliciſsimā, et ſubalternā, nec dať mediū: nā ſicut oē genus, vt declaratū eſt ſupra, eſt gñaliſsimū; aut ſubalternum, ſic & oīs ſpēs eſt ſpāliſsima; aut ſubalterna.

Spēs ſpecialiſ. qd. De ſpāliſsima dantur quatuor definitiones. Pria iam dicta eſt, q̄ fuit iſta, ſpēs eſt q̄ p̄dicať de pluribus differētibus numero tm̄ in eo ꝙ qd. Scđa eſt hæc, ſpēs ſpāliſſima eſt illa, q̄ cū ſit ſpēs, nō pōt eſſe genus. Nā ſicut genus gñaliſsimū eſt illud, vt diximꝰ ſupra, ꝙ cū ſit genꝰ nō pōt eſſe ſpēs, qa ſub nullo ſuperiori gñe cōtineť, re-

ſpectu cuius dicaꝛ ſpẽs, ſic ſpẽs ſpãliſsima eſt illa, q̃ cũ ſit ſpẽs, nõ põt eſſe gen᷒, qa ſub ſe nõ cõtinet aliqua inferiora reſpectu quorũ dicaꝛ gen᷒. Tertia eſt iſta, ſpẽs ſpãliſsima eſt illa, ſub q̃ nõ eſt inferior ſpẽs: nã ſicut genus gñaliſsimũ eſt illud, ſicut diximus, ſupra qd' nõ eſt aliud adueniẽs gen᷒, ſic ſpẽs ſpãliſsima eſt illa, ſub qua nõ eſt inferior ſpẽs: & aduerte, ꝙ hęc tertia eſt cã ſcdæ, & ſe hẽt ad illã vt añs ad ꝯñs. Nã bñ ſeqꝛ, ſpẽs ſpãliſsima eſt illa, ſub q̃ nõ eſt iſerior ſpẽs, ergo ita eſt ſpẽs, q̃ nõ põt eẽ gen᷒. Quarta eſt iſta, ſpẽs ſpãliſsima ẽ illa, q̃ cũ ſit tm̃ ſpẽs, nõ diuidiꝛ ĩ ſpẽs, ſed tm̃ ĩ idiuidua, & ꝑ hoc differt a ſpecie ſubalterna, vt ſtatim apparebit.

De ſpecie aũt ſubalterna daꝛ duplex diffinitio: quarum pria eſt ea, q̃ p̃miſſa eſt, ſ. ſpẽs eſt, q̃ poniꝛ ſub aſsignato gñe. Hæc tñ definitio cõis eſt ſpẽi ſubalternæ, & ſpẽi ſpãliſsimæ, vt ſupra docuimus: ſcda ꝟo, q̃ ſoli ſubalternæ cõpetit eſt hæc, ſpẽs ſubalterna eſt illa, quæ cũ ſit ſpẽ, nõ põt eſſe genus: nã ſicut genus ſubalternũ, vt ſupra docuimus, eſt illud ꝙ cũ ſit genus, ſ. reſpectu inferioris, eſt ſpẽs reſpectu ſuperioris: V. G. corpus aĩatũ cõparatũ ad aĩal vt ſuũ inſerius, eſt genus, cõparatum aũt ad corpus, ꝙ eſt ſuperius, eſt ſpẽs: & ſic eſt de ſubalterna ſpecie, puta de aĩali: nã cõparatũ inferioribus, puta vt eſt hõ, aſinus, leo &c. eſt genus, cõparatũ autẽ ſuperiori, i. corpori aĩato, eſt ſpecies, qm̃ minus cõe eſt ꝙ̃ corpus aĩatũ, vt videbis in arbore Porphyrij. *Spẽs ſubalterna quid.*

Sed dices, qũo idem põt eſſe genus & ſpẽs, cũ ſint oppoſita, ſicut magis cõe & minus commune.

Rñdetur reſpectu eiuſdẽ eſt impoſsibile, qm̃ vt obiectio ꝓbat ſunt oppoſita, nec oppoſita pñt ſimul ineẽ eidẽ. Reſpectu aũt diuerſorũ nihil ꝓhibet, & vt ſic nõ ſunt oppoſita. Pro cuius notitia aduerte, ꝙ in p̃dicabilibus, de qbus nunc loquimur, datur gñaliſsimũ & ſpecialiſsimum & media. gñaliſsimum quidẽ non reſpicit niſi inferiora, ſpecialiſsimum autem tantum ſuperiora, media vero reſpiciunt ſuperiora & inferiora. Hac de


cauſa gn̄aliſsimum ita eſt genus, ꝙ non ſpēs, Sp̄aliſsimum ita eſt ſpēs, ꝙ nō genus, Media vero, vt reſpiciūt ſuperiora, ſub quibus continenť, ſunt illorum ſpēs, vt autem reſpiciunt inferiora, quę cōtinet, ſunt illorū gn̄a. V.G. in ordinatione p̄dicamēti ſubſtantiæ datur vnū gn̄aliſsimum, ꝙ eſt ſubſtantia, nō habens ſupra ſe niſi ens & alia tranſcēdentia, quæ, vt ſupra docuimus, non ſunt genera: datur ſub ſubſtātia: corpus, ſub corpore, aīatū corpus, ſub aīato corpore aīal, ſub aīali hō, ſub hoīe ſortes & Plato: oīa intermedia inter ſubſtantiā & hoīem, vtpote ſpēm ſpāliſsimam, ſunt gn̄a reſpectu ſuorum inferiorum, & ſpēs reſpectu ſuorū ſuperiorū.

Sed dices. Quare ſpēs ſpāliſsima non eſt ſpecies ſubalterna, cum ſub ſe contineat indiuiduū vagum, & indiuiduum ſignatum: & licet indiuiduū ſignatū non p̄dicetur de pluribus ſed de vno ſolo, qm̄ noīatur termino proprio ſiue diſcreto, vt ſortes & Plato, tn̄ indiuiduum vagum prædicatur de pluribus, ſicut ſpēs ſpāliſsima, qm̄ nominatur termino communi cum ſigno particulari, vt quidā homo currit, ergo hic homo currit, vel hic homo currit & ſic de ſingulis.

Rn̄detur, ſpecies ſpecialiſsima iō non eſt ſubalterna, quia non diuidiť in ſua indiuidua, ſiue vaga, ſiue ſignata, ꝑ differentias formales cōſtitutiuas indiuiduorum, ſed per mām̄, vt tibi declarabitur in p̄hia. Sed ꝓ nunc ſuſtine. Ad hoc aūt ꝙ ſit ſpecies ſubalterna, oportet, vt diuidatur per differētias formales cōſtitutiuas inferiorum: vt quia aīal diuiditur per rōnale & irrōnale, & rōnale conſtituit hoīem, irrationale vero brutum, iō eſt ſpecies ſubalterna; quia vero homo nō multiplicať in ſuis indiuiduis ꝑ differentias formales, ſed ꝑ diuiſionem materię, iō non eſt ſpēs ſubalterna, ſed ſpāliſsima, q̄ Ariſtoteles vocat indiuiduā, ſiue indiuiſibilem, quia non eſt diuiſibilis in alias ſpēs, ſicuť diuidiť ſubalterna.

Vt aūt oīa prædicta tibi pateant ad oculum deſcripſi infra figuram, quæ vocatur arbor Porphyrij.

Arbor Porphyrij



Sortes, Plato, Dion. Indiuidua ſignata.

IN cap.quarto agẽdum eſt de differẽtia,cuius cõſideratio recte ſequitur cõſiderationem generis & ſpeciei,qm̃ illa prædicãtur in quid,differentia aũt in quale:ſed ſicut quidditas & ſubſtantia rei præcedit naturaliter qualitatem rei,qm̃ qualitas fundatur in ſubſtantia, ſic prædicatio in quale poſterior eſt prædicatione in quid. Vnde qui ordinate de aliqua re interrogat,primo interrogat quid ſit, ſecũdo qualis: ſit cõuenienter ergo poſt genus & ſpẽm agendum eſt de differentia. De qua tria videnda ſunt, primo quot modis ſumitur,vt ſciamus modum,in quo eſt tertium vl'e, ſiue prædicabile,& poſsimus diffinire, ſecundo aſsignãdæ ſunt eius diffinitiones,& declarandæ,tertio ponẽdæ ſunt diuiſiones eius.

differẽtia quot modis ſumitur. Quantum ad primum aduerte quod ad mentem Porphyrij & Petri Hiſpa. dicitur tripliciter, ſcilicet cõmuniter proprie & magis proprie.

differẽtia cõiter. Differentia cõis eſt oẽ accñs ſeparabile,qđ ineſt alicui,per qđ differt a quocũq; alio non habẽte illud,vel ſaltẽ nõ æquali gradu,vel differt a ſeipſo: vt Sor.ſanus differt a Plato. infirmo,per ſanitatẽ, quæ nõ ineſt Platoni & ipſemet Sor. exiſtens ſanus,differt a ſeipſo reſpectu illius tpis,q̃ erat infirmus.Dixi vel ſaltẽ nõ æquali gradu,puta licet Sor.hodie & heri febricitauerit, ſi tñ heri intẽſius,hodie vero remiſsius, verũ eſt dicere qđ Sortes hodie febricitãs differt a ſeipſo febricitante heri.

differẽtia propria. Differentia propria eſt oẽ accñs proprium, vel cõe inſeparabile ab eo,in quo eſt, per qđ differt a quolibet non habente illud: vt Sortes per viſibile differt a brunello aſino, & coruus ꝑ nigredinẽ differt a cigno: & aduerte quod tã proprium q̃ accñs cõe inſeparabile faciunt differre differentia propria, licet accñs proprium pertineat ad quartum prædicabile, de quo loquemur in caplo quinto,& accñs cõe inſeparabile pertineat ad quintum prædicabile, de quo loquemur in

cap.ſexto, qm̄ vtrūq; eſt accñs, & eſt extra rei eſſentiam & diffinitionem, neq; etenim proprium neq;, accñs cõmune ſiue ſeparabile, ſiue inſeparabile admittendū eſt in diffinitione, vt alias tibi manifeſtabitur.

Differentia magis propria eſt, qua vna res differt ab altera eſſentialiter & quiditatiue, ita qđ remoto quocūq; accñte ſiue pro prio ſiue cõi, ſiue inſeparabili, ſiue ſeparabili adhuc differunt per aliquod eſſentiale intrinſecum: vt hõ eſſentialiter ante quodcūq; accñs differt ab aſino per rõnale: vnde rõnale eſt differentia magis propria, & hæc ſola continetur in arbore Porphyrij, eo qđ ſola diuidit genus eſſentialiter, & conſtituit ſpeciem, vt declarabitur infra, & de hac tm̄ hic agendum, eo quod cõis & propria non conſtituunt diſtinctum prædicabile. Continetur. n. communis in quinto prædicabili, & pro pria quo ad accidẽs proprium in quarto, & quo ad accidens commune inſeparabile in quinto. Sed magis propria conſtituit tertium prædicabile, vt manifeſtabitur tibi in definitione eius. *differẽtia magis prꝑptia.*

Quãtum ad ſecundum aduerte, qđ aliter definitur, apud nominales & aliter apud reales. Nominales definiunt ſic, Differẽtia magis propria eſt terminus vniuocus prædicabilis de pluribus in quale eſſentiale, vt rõnale, qđ prædicaṫ de ſorte & Plato. in eo qđ quale, quia ad interrogationẽ factā per qualis eſt ſortes, rñdetur qđ eſt rõnalis. Terminū vniuocū ſumūt in eo ſenſu, quẽ expoſuimus in diffõne generis data. ꝑ noiales. Dicunt prædicabilis de pluribus, aliter nõ eſſet prædicabile ꝓprie dictum, vt patet ex diffinitione prædicabilis proprie dicti, q̄ aſsignauimus in primo capitulo huius tractat⁹. Nõ dicūt de pluribus differẽtibus ſpẽ, vel numero, ſed abſolute de pluribus, vt hæc definitio poſsit verificari de differẽtia gñica, q̄ prædicaṫ de pluribus differentibus ſpẽ, vt ſenſitiuū de homine & aſino, & æquo & cætera, et de ſpecifica conuertibili cū ſpecie ſpecialiſsima, quæ prædicaṫ de pluribus differentibus *Quod differentia.*

numero tantum, vt rõnale de ſorte & platone. Nam differentia magis propria abſtrahit a generica & ſpecifica, & ideo põt vtriqꝫ applicari, & applicatur genericæ, & prædicatur de pluribus differentibus ſpẽ, ſi aũt applicatur ſpecificæ, prædicatur de pluribus differentibus numero tantum. Dicunt in quale, ad differẽtiam generis & ſpeciei, quæ prædicantur in quid. Dicunt in quale eſſentiale ad differentiam proprij et accidẽtis, quæ prædicantur in quale accidẽtale. Hæc diffinitio acceptatur a realibus præter primam particulam, qm̃ apud eos & de mente Porphyrij vniuerſale & prædicabile, vt docuimus in caplõ de genere, non ſunt termini ſiue conceptus, ſed natura cõmunicabilis multis, vt ſtat ſub ſecunda intentione, modo quo ſupra expoſuimus. Tu igitur aduerte, quod apud reales, differẽtia magis propria & de mente Porphyrij, quintupliciter diffinitur.

Primo ſic, differentia magis propria eſt quod prædicatur de pluribus differentibus ſpẽ in eo quod quale, ſ. eſſentiale. Primo dicitur, eſt quod, ideſt eſt illud prædicabile, vel vniuerſale, quod prædicatur &c. Secundo dicitur de pluribus differentibus ſpẽ, & exẽplificat Porphyrius de rõnali, ſicut & Petrus hiſ. dicit. n., quod rõnale prædicatur de hoĩe & de dijs, qm̃ ſumus rõnales nos & dij, ſed illi immortales, nos aũt mortales, & ſic ſecundum ipſum rõnale eſt differentia generica, & non ſpecifica.

Sed hic eſt dubium, cum Porphyrius et Petrus non aſsignent aliam diffõnẽ de differentia, vt eſt quid prædicabile de pluribus, vr̃ prætermiſiſſe verã & ſpecificam differentiam cõuertibilem cũ ſpẽ ſpecialiſsima. cõſtat. n. quod cum ſit conuertibilis cũ ſpẽ ſpecialiſsima, non prædicatur niſi de differentibus numero, ſicut & ipſa ſpẽs, ergo Porphyrius & Petrus ſunt diminuti.

Reſpondetur, Petrus ſequitur Porphyrium, eſt. n. eius breuiator, Porphyrius intendit diffinire differen-

tiam, q̃ cognoſcimus & non aliter, experimur aũt & eſt ſententia Ariſto. quod proprias & cõuertibiles & eſſentiales differentias ſpecificas ignoramus, & ideo Porphyrius nõ diffinit eam, ſed ſufficit quod diffiniat eam, q̃ cognoſcimus, & cõmuni ſententia noĩamus differentiam: hæc aũt eſt generica, vt aĩatum & ſenſiti uum, & rõnale ſecundum porphy. Ex hoc ſequitur, quod ſi Porphyrius ſpecificã cognouiſſet, eam vtiq; diffiniſſet per prædicari de pluribus differentibus numero in quale eſſentiale, ſicut diffiniuit ſpẽm ſpecialiſsi mam per prædicari de pluribus differentibus numero in quid. Non ergo fuit diminutus, quia non cognouit ſpecificam, ergo excuſatur. Quod ſi quis tanti fuerit ingenij, vt eam cognoſcat recte, vtiq; diffiniet per prædicari de pluribus differentibus numero in quale.

Sed dices, ſi propria & ſpecifica differẽtia nõ eſt nota, ergo nulla erit vera & eſſentialis diffinitio.

Reſpondetur. Conceditur conſequentia. Verum, quia per multas differentiã circũloquimur vnã ſpecifi cam cõuertibilem cũ diffinito, vel accipimus loco dif ferentiæ proprium rei emanans à ſubã, aut forma, aut materia rei, ideo dignamur dicere tales diffõnes eſſe ve ras & eſſentiales. Verbi gr̃a, quia ſm Porphyrium rõ nale eſt cõe dijs & homini, et mortale eſt cõe omni aĩa li, licet vtrũq; ſit magis cõe quam homo, tñ ſimul ſum pta cõuertuntur, & ideo per vtrunq; ſimul ſumptum circũloquimur differentiam propriam homini: diffinientes.n. dicimus quod hõ eſt aĩal rõnale mortale, & tunc patet quod licet rõnale per ſe ſumptum, ſimiliter & mortale, prædicentur de pluribus differẽtibus ſpẽ, tñ ſimul ſumpta in diffõne conuertuntur cum hoĩe, & prædicãtur de pluribus differẽtibus numero tm̃, ſicut & homo. Solus.n.hõ eſt animal rõnale mortale.

Tertio dicitur in eo ꝙ quale, ſ eſſentiale, quod quidem declaratur ſigno & rõne: ſigno quidem, qm̃ ad in terrogationẽ factã de hoĩe qualis ſit, reſpõdetur ratio-

nalis,mortalis,factā de aſino,rñdetur rudibilis &c. rō ne aūt,quoniam, vt declarabitur in prędicamēto qualitatis,differentia habet rōnē qualitatis: ergo ſicut qualitas eſt,per q̄ quales dicimur,ſic per differentiam efficimur quales. Verum,quia per proprium & accidēs cōmune ſeparabile & ſeparabile dicimur quales, ideo ſub intelligitur in diffinitione differentiæ magis propriæ,in quale eſſentiale, quoniam proprium & accñs qualificant accidentaliter, differentia vero magis propria eſſentialiter. Conſtant igitur qūo verificatur prima diffinitio data de differentia magis propria.

Secunda diffinitio eſt hæc. Differentia magis propria eſt illa,qua abundat ſpēs a genere. Pro cuius notitia aduerte,quod genus in ſui ratione, ſiue diffinitione nullam differentiam generis diuiſiuā actu includit: neq̃.n.animal,vt animal,eſt rōnale vel irrōnale. nam ſi animal in ſui rōne differentias ſuas diuiſiuas actu cōtineret,in quocūque inueniretur de eodē prædicarentur ſicut & genus:puta ſi aīal de ſui rōne eſſet rōnale, cum aſinus ſit animal,eſſet animal rōnale,ſi aūt irrōnale,cum hō ſit animal,eſſet aīal irrationale. Conſtat ergo quod genus nullam ſuā differentiam diuiſiuā eiuſdem includit actu. Sed ſpecies includit genus actu,cui ſubijcitur actu,et vltra genus includit alteram differentiarum diuiſarum generis,qm̄ per ipſam cōſtituitur,et per ipſam diſtinguitur actu a qualibet alia ſpē. Verbi gr̄a,hō includit animal actu, & includit rōnale actu, eo qd per rōnale conſtituitur & diuiditur a quacunq̃ alia animalis ſpē.Cum ergo dicitur, Differētia eſt qua abundat ſpēs a genere,ſic intellige,Differentia eſt,quā in ſui rōne ſpēs ſupra genus actu includit,q̄ non includit genus:& in hoc ſenſu dicitur, qd ſpēs abundat differentia a genere, eo quod genus ab vtraq̃ dr̄ia ſui diuiſiua abſtrahit,quas ſpēs oppoſitæ includunt,vt homo includit rōnale,brutum vero irrationale. Præterea,Dicitur differētia,qua abundat ſpēs a genere, qm̄

omnia, quę ſunt de diffinitione generis, ſunt etiam de diffõne ſpeciei. Sed ſpecies vltra omnia illa ſuperaddit propriam differentiam. Verbi grã, Animal ſic diffinitur, Animal eſt ſubſtã corporea, aiata, ſenſitiua. Hæc oĩa ſunt etiam de diffinitione hominis, ſed ſuperaddit rationale mortale Nam homo eſt ſubſtã corporea, animata, ſenſitiua, rõnalis, mortalis: ꝓpterea dicitur, qđ differentia eſt, qua abundat ſpecies a genere.

Tertia diffinitio eſt iſta. Differentia magis propria eſt illa, quæ apta nata eſt diuidere genus, & ea, quæ ſub genere poſita ſunt. Pro cuius notitia aduerte, qđ duo ſunt actus differentiæ, primus eſt diuidere genus, nam vt probatur in Decimo Metaphyſicæ, quodlibet genus diuiditur duabus primis differentijs contrarijs: vt ſubſtantia per corpoream & incorpoream, & quãtitas per continuã & diſcretam, & lineam per rectam & obliquã, & hoc tibi patet in arbore Porphyrij ſupra poſita. Secundus actus eſt quod differẽtia ſimul cũ genere cõſtituit ſpẽm ſiue ſubalternã ſiue ſpecialiſſimã: exẽplum primi, corporeum adiunctum ſubſtãtiæ conſtituit corpus, & incorporeũ adiunctum ſubſtantiæ cõſtituit ſubſtãm ſeparatam, quã dicimus intelligentiã, & in diuina lege dicimus angelum: exẽplum ſecundi, congregatiuum adiunctum colori conſtituit nigredinem, eſt.n. nigredo color congregatiuus viſus: Diſgregatiuũ aũt adiunctum colori, cõſtituit albedinem, eſt.n. albedo color diſgregatiuus viſus: ex his ergo cõſtat, qđ differentiæ contrarie diuidentes genus, conſtituunt ſpẽs oppoſitas cõtentas ſub genere diuiſo, quæ licet cõueniant in genere, tñ diuidũtur ſiue diſtinguuntur ab inuicẽ per drĩas, quæ diuiſerunt genus & ſimul cum gñe conſtituerunt ipſas ſpẽs. Ideo bene dicitur, quod differentia magis propria eſt illa, quæ eſt apta diuidere genus, & ea, quæ ſub genere poſita ſunt.

Quarta diffinitio eſt hæc. Differentia magis propria eſt illa, qua differunt a ſe ſingula. Pro cuius

notitia aduerte, quod ſicut apud Phyſicũ entia natura lia cõueniunt in materia et differunt a ſeinuicẽ ſuis pro prijs formis, vt omnia metalla cõueniunt in aqua. Nã in eis prædominatur aqua, aliter non liquefierent, ſed differunt proprijs formis: alia eſt.n. forma auri, alia ar genti &c. ſic & apud Logicum ſingulæ ſpẽs contẽtæ ſub vno genere conueniunt in genere, quod ſe habet vt materia, & differunt a ſeinuicem ſuis proprijs diffe rentijs, quæ emanant a proprijs formis, vt rõnale ab anima intellectiua. Conſtat ergo quõ differentia eſt, qua differunt a ſe ſingula.

Quinta diffinitio talis eſt. Differentia magis pro pria eſt quæ conducit ad eſſe rei, & eius qđ eſt eſſe rei pars eſt. Pro cuius notitia aduerte, quod differentia in duobus aſsimulatur formæ rei. Nã ſicut apud Phyſi cũ forma dat eſſe cõpoſito etiam in artificiatis, vt for ma gladij dat eſſe gladio (neq;.n. ferrũ eſt actu gladius anteq̃ recipiat formã gladij) ſic apud Logicũ differen tia, quæ ſumit a forma, dat eſſe ſpẽi. Nã ex eo qđ hõ eſt rõnalis hẽt eſſe hoĩs, & non ex eo qđ eſt aĩal. Nam ex eo quod eſt aĩal, nõ hẽt eſſe niſi aĩalis, in quo nõ dif fert ab alijs ſpẽbus contentis ſub aĩali. Similiter forma apud Phyſicum eſt pars eſſentialis rei cõpoſitæ & ſpe ctat ad quidditatẽ eius, ſic apud Logicũ differentia eſt pars eſſentialis ſpeciei. Sicut.n. hõ vt cõpoſitũ nãle cõ ponitur ex materia & forma, puta ex corpore & aĩa, ſic hõ, vt ſpẽs, cõponitur ex gñe & differentia, puta ex aĩali & rõnali. Hæc tamen cõpoſitio differt ab illa, q̃m apud Phyſicũ illa eſt realis, diſtinguunt.n. realiter mate ria & forma, vt potẽtia & actus, apud Logicũ aũt eſt cõpoſitio generis & differentiæ ſcđm rõnẽ. q̃m genus & differẽtia nõ realiter differũt. Sed ꝓ nũc ſuſtine q̃m iſta nõ reſoluunt ultimate, niſi apud Metaphyſicũ, vt docuimus in q̃onibus nr̃is metaphyſicalibus. Conſtat igit quõ differentia cõducit ad eſſe rei, & eſt pars eius, vt diſtinguit a ꝓprio & accidẽte, quæ & ſi dãt aliquo

modo eſſe rei, non tamen eſſentialiter, nec ſunt eſſentia lis pars rei, neq; ſm rem, neq; ſm rõnem, qm nõ ingre diuntur definitionem. Dr̄ia autem ingreditur & complet, vt alias tibi manifeſtabitur. Conſtāt igitur tibi oēs definitiones, quæ dari conſueuerūt apud Logicum de dr̄ia magis ꝓpria, in quibus omnes conueniunt tam dr̄iæ gn̄icę, quā ſpecificę p̄ter primā, quæ, vt ſonat, nō conuenit niſi genericæ, licet aliqui dicāt quod cōuenit etiam vltimæ ſpecificæ nō repugnānter, ideſt quia nō repugnat dr̄iæ, vt dr̄ia, eſt p̄ri de pluribus differentibus ſpeciei, aliter repugnaret omni differentię, ſicut nō repugnat cœlo, vt corpus eſt, diuidi in partes, verum hæc opinio quantū valeat ꝓ nunc relinquatur, ne confundatur nouitius, & ſtandum eſt in expoſitione, quā ſupra poſuimus in ſolutione obiectionis factæ contra primam definitionem datam de differentia.

Quantum ad tertium aduerte ꝙ ad mentem porphyrii, dr̄ia quintupliciter diuiditur. Prima diuiſio eſt hæc, Differentiarum quædam facit alterum, quędam facit aliud. Illa facit alterum, quæ facit differre habentē a non habēte accidentaliter, vt accidens ꝓprium & accidens cōe, ſiue ſeparabile, ſiue nō: qm̄ neutrum eſt de eſſentia rei differētiis, & id, ſ. facere alterum, competit dr̄iæ communiter & ꝓprie acceptę, licet magis conueniat dr̄iæ communiter acceptæ quam ꝓprie. Nam ꝓprie accepta & ſi non ſecundum ſe, tamē in quantum ꝓprium accidens fluit a principijs ſpēi, videtur participare actum dr̄iæ magis ꝓprie, quæ facit aliud: qm̄ licet homo differat eſſentialiter ab aſino per rōnale primo, tamen ſecundario differt eſſentialiter per riſibile. Nā bene ſequitur, homo eſt riſibilis, ergo diſtinguitur eſſentialiter & ſpecificæ ab aſino, quod non eſt verū de differentia communi. Nō enim ſequitur, Homo eſt albus, ergo differt eſſentialiter a coruo, vt patet. Illa autē facit aliud, quę facit differre habentem a non habēte eſſentialiter, vt differētia magis propria, quę eſt de eſſen-

Differentiarū diuiſio.

tia rei differentis, vt ſenſitiuum in animali. & rõnale in homine. Nam bene ſequitur, Animal eſt ſenſitiuum, ergo differt eſſentialiter a planta: homo eſt rationalis, ergo differt eſſentialiter ab aſino.

Secunda diuiſio. Secũda eſt. Drĩarum q̃dam eſt ſeparabilis ab eo, qui ineſt, vt differentia cõiter accepta, q̃ fit per accidẽs cõe. Quędam inſeparabilis, quæ, ſ. fit per accidẽs ꝓprium, & eſt differentia ꝓprie dicta, vel per drĩam eſſentialẽ, quæ dicitur differentia magis ꝓpria. Nam & ꝓprietas rei, vt riſibile, & differentia eſſentialis, vt rationale, ſunt inſeparabiles a re, cui inſunt, quoniam alterũ fluit ab eſſentia, alterum eſt de eſſentia rei.

Tertia. Tertia eſt. Drĩarum inſeparabilium, q̃dam ſunt per ſe, q̃dam per accidens. Aduerte ꝙ apud Porphyrium, drĩæ per ſe ſunt illæ, q̃ ingrediuntur diffõnem, & iſtæ ſunt magis ꝓpriæ, vt ſenſitiuũ, qđ ingredit̃ diffõnem aĩalis, & rõnale, qđ ingreditur diffõnẽ hoĩs. Drĩæ autẽ ꝑ accñs ſunt illæ, quæ licet p̃dicẽtur ꝑ ſe de ſubiecto, vt riſibile de homine, tamẽ nõ ingrediũtur diffõnem rei, niſi ſumãtur loco drĩę eſſentialis, ſicut ſolemus diffinire aſinũ ꝑ rudibile, & æquum ꝑ hinibile, & canem latrabile, eo ꝙ ꝓprias & eſſentiales ignoramus drĩas. Igitur inter drĩas ꝑ accidẽs in ſenſu dicto, numeramus accñtia propria, de quibus loquemur in capitulo ſequenti.

Quarta. Quarta eſt. Drĩarũ q̃dam ſuſcipiũt magis & minus, q̃dam nõ, Quę ſuſcipiũt magis & minus ſunt drĩę cõiter dictæ, q̃ fiũt per qualitates cões & p̃cipuæ in tertia ſpẽ qualitatis, vt ſunt colores & ſapores & odores, & tãgibiles qualitates. Nam de Socrate verum eſt dicere, ꝙ differt a Pla. in albedine, qm̃ & ſi vterq; ſit albus, tñ magis albus eſt Socra. vel minus q̃ Pla. Quæ aũt nõ ſuſcipiũt magis & minus ſunt drĩæ ꝓpriæ & magis ꝓpriæ, nõ. n. dr̃ vnus hõ magis riſibilis, aut magis rõnalis q̃ alius. Quid aũt ſit recipere magis & minus, declarabit̃ tibi in trac. ſequẽti, cũ loquemur de ꝓprietatibus p̃nti ſubãe, ꝑ nũc ſuſtine, ne idẽ inutiliter repetamus.

Quinta eſt dr̄iarum, q̄dam eſt diuiſiua, q̄dam cōſtitutiua. Pro notitia huius quintæ diuiſionis aduerte primo, ꝙ nō daſ niſi de dr̄ia magis ꝓpria, q̄m illa tm̄ diuidit genus eſſentialr̄ & cōſtituit ſpēm, vt patet ex definitionibus ſupra poſitis. Aduerte ſcd̄o, ꝙ membra huius diuiſionis nō oportet eſſe diſtincta realr̄, ſed ſufficit ꝙ ſint diſtincta ſm̄ rōnem: nā eadem dr̄ia eſt diuiſiua & cōſtitutiua, ſed reſpectu diuerſorū, q̄m diuidit genꝰ & cōſtituit ſpēm, vt aūt diuidit dr̄ diuiſiua. ſ. gn̄is, vt vero cōſtituit dr̄ cōſtitutiua, ſ. ſpēi, & ſic diſtinguiſ rōne a ſe ipſa vt diuidit, & cōſtituit. Ver. gra. Rōnale & ſuū oppoſitum diuidūt aīal, vt patet in arbore porphyrii, q̄m aīalium aliud rōnale, aliud irrōnale, & vtrūq; iſtorum ſimul cum gn̄e cōſtituit ſpēm: nam rōnale additum aīali cōſtituit hoīem, Irrōnale additum aīali cōſtituit brutū. Aduerte tertio, ꝙ dr̄iæ magis ꝓprie tres ſunt actus: primus eſt diuidere genus, & ab hoc dr̄ diuiſiua: ſecundus eſt cōſtituere ſpēm, ſiue ſubalternam ſiue ſpecialiſſimam, vt ſenſitiuū cōſtituit aīal. Rōnale cōſtituit hominē, & ab hoc dr̄ cōſtitutiua. tertio facit differre ab inuicem ea, q̄ cōſtituit, vt ꝑ rōnale differt homo a bruto, & ab hoc dr̄ dr̄ia. Nam q̄ differūt, dr̄ia differūt. Aduerte quarto, ꝙ ex eo ꝙ dr̄ia ſimul cum genere cōſtituit ſpēm ſequitur corollarie, ꝙ ſola ſpēs diffinitur. Nā vera diffinitio conſtat ex genere & dr̄ia eſſentiali. Hæc autem duo cōſtituūt ſpēm, ergo ſola ſpēs diffinitur. Vnde, quæcūq; diffiniuntur & nō ſunt ſpēs, aut ſubalterna aut ſpecialiſſima, qualia ſunt decem generaliſſima, ſex trāſcendentia, omnia indiuidua cuiuſcūq; p̄nti nō vere & ꝓprie diffiniuntur ſed deſcribuntur. Quomodo autem differāt vera diffō & deſcriptio, manifeſtabitur tibi in Tractatu de ſyllō topico. Bene ergo dixit Boetius, ꝙ ſola ſpecies diffinitur Conſtat ergo tibi diuiſiones datæ de dr̄ia ſimul cum definitionibus ſuis: eo modo ſiue illis modis, quibus poteſt notificari. Hęc de præſenti capi. dicta ſint.

Quīta diuiſio.

IN quinto cap. agendum eſt de quarto ꝑbili, q̄ dr̄ ꝑprium. Cuius conſideratio ordinate ſequitur cō ſiderationem generis & ſpēi & differentiæ. ea nāq; ꝑdicantur eſſentialr̄, ꝑprium vero ꝑtur accidentaliter: ſed eſſentiale ꝑcedit accidentale: ergo poſt conſideratio nem illorum trium ordo doctrinæ requirit, vt tracte mus de ꝑprio. Quare autem prius de ꝑprio quā de accidente, cum vtrūq; ſit accidentale, dicemus in capit. ſequenti. De ꝑprio aūt tria videnda ſunt. Primo quot modis ſumitur. ſecundo quid ſit ꝑprium, quod poni tur quartum ꝑbile, tertio ſi ſolus vltimus modus, quo dicitur ꝑprium, eſt vnum ex quinq; prædicabilibus.

Propriū quot modis.
1. modo.

Quantum ad primum aduerte quod ad mētē Porphyrii, & in doctrina peripatetica, quatuor ſunt modi quibus dicitur ꝑprium. Primo illud dicitur ꝑpriū, quod competit ſoli vni ſpēi, ſed non omni indiuiduo illius ſpēi, immo reperitur in minori parte: vt eſſe Logicum, ſiue Grāmaticum, eſſe medicum, eſſe moralis & honeſtæ vitæ, competit ſoli homini: quoniam ſolus homo inter omnia animalia viget parte intellectiua, hæc autem inſunt ei ꝑp intellectum & volūtatem, quæ ad partem intellectiuam ſpectāt. Sed eſſe Logicum ſiue medicum eſt ꝑprium primo modo, dūmodo importēt eſſe actu Logicum, ſiue Medicum: ſi enim importarēt ſolam aptitudinem, nō eſſent ꝑprium primo modo, ſed quarto modo, ſicut & riſibile in hoīe, nam licet ſoli hoīes & pauci ſint actu Logici ſiue Medici, oēs tamē & ſoli ſunt apti eſſe logici &c. aliter illud principium Ariſt. in. 1. ſuæ Metaphyſi. eſſet falſum, Omnes hoīes nā ſcire deſiderant. Deſiderium autem ſciēdi ſupponit aptitudinem nālem ad ſcientiam, aliter vanum eſſet deſiderium. Et aduerte, quod eſt ſimile deridente & riſibili, nam eſſe actu ridentem conuenit ſoli homini, ſed non omni homini, qm̄ nō omnes actu ridēt, ſunt enim eadem hora aliqui flentes, aliqui ridentes:

eſſe ergo ridentem eſt ꝓprium hoi primo modo, eſſe vero aptum ad ridendum conuenit ſoli & omni homini & ſemper, ergo eſt ꝓpriũ hominis quarto modo, vt declarabitur. Secũdo illud eſt ꝓprium, quod omni indiuiduo alicuius ſpẽi & ſemper cõuenit remoto im- 2. modo. pedimẽto & caſu, ſed non ſoli ſpẽi. ſic eſſe bipedem eſt ꝓprium hominis ſecũdo modo, nam eſſe bipedem & gradi duobus pedibus conuenit oĩ homini, qui ſit verus homo, ſed non ſoli homini: conuenit enim multis aĩalibus & p̃cipue volatibilibus. Dixi remoto impedimẽto, vt ſecludantur hoĩes, qui ex infirmitate aut abſciſione non ſunt bipedes. Dixi & caſu, pp monſtra, quorum aliqua aut nullius aut vnius, aut plurium quã duorũ ſunt pedum, de quibus iam locuti ſumus in. 2. Phyſico. Dixi verus homo, vt excludam quędam animalia habẽtia effigiem humanam, vt dr̃, ꝙ in India inueniuntur homines, qui tãtum vnum habent pedem, & vnum oculum in fronte, qui gradiuntur ſaltãdo: Iſti nõ ſunt magis hoĩes quam ſimia, ideo de eis non eſt hic ſermo. Sed aduerte, quod qñ dicitur illud eſt ꝓprium ſecũdo modo, quod omni, ſed non ſoli conuenit, exponẽdum eſt ly cõuenit, ꝓ accidit, aliter eſſe aĩal eſſet ꝓprium ſecundo modo. Cõuenit enim omni homini, ſed nõ ſoli, vt patet: licet autem cõueniat oĩ homini, ſed nõ ſoli, non tamẽ accidit hoĩ, ſed eſt de eſsentia eius, qm̃ p̃tur de eo in quid. Tertio illud eſt proprium 3. modo. quod cõuenit ſoli vni ſpẽi, & omni eius indiuiduo, ſed non omni tp̃e, imo ſolum in tali tp̃e. puta eſſe canum vel caneſcere cõuenit ſoli & omni homini, ſed non niſi in ſenectute, loquendo de caneſcere nãliter. i. ſm ordinem nãæ, & ꝓprie. Dico ſm ordinem nãæ, qm̃ accidit ex aliis cauſis hominem caneſcere ante ſenectutem, & p̃cipue ex longa & intenſa animi triſtitia, ꝓpterea inquit Boetius in primo de conſola. Metro primo, Intempeſtiui lundũtur tp̃e cani. i. capilli. aut pp malam &

intemperatam complexionem, qualis eſt phlegmatica & melancolica: Vtraq; nãq; eſt frigida, & canicies ex frigiditate ꝓuenit. Nam ideo nõ caneſcit homo in iuuentute, quia calor nãlis ſupabũdat temperãs frigidum, in ſenectute autem ex defectu caloris ſupabũdat frigidum & humidum ſupfluum, ideo in ſenectute caneſcit homo, & inter alias complexionis ſanguinea tardi⁹ caneſcit, poſt ipſam colerica, ꝑp caloris abũdãtiã tẽperãtis frigidũ & cõſumẽtis humidum indigeſtum ſiue ſupfluum Dico ꝓprie, qm̃ licet aliqua aĩalia, vt lupus & canis videantur mutare pilos ſuos nãles in albos, nõ tamẽ ꝓprie caneſcũt, ſed potius griſeſcũt. Nam cã ꝓprie caniciei eſt ſuperabũdãs frigiditas cerebri, q̃ ineſt homini ſuper omnia alia animalia, & ideo male odorat homo, vt dr̃ in. 2. de anima. ꝙ autẽ aliqua bruta mutẽt pilos in albos, nõ eſt ex ſuperabũdãti & indigeſta frigiditate cerebri. cuius ſignum eſt ꝙ vſq; in finẽ vitæ ſubtiliſſime odorant: ſed eſt ex indigeſtis frigidis humoribus reſperſis per totum corpus & p̃cipue quãdo brutum eſt vorax, ſicut lupus & canis.

4. modo. Quarto illud eſt ꝓprium, ꝙ conuenit ſoli vni ſpẽi, & omni eius indiuiduo & ſemp. i. ꝑ oĩ tpe & neceſſario, vt eſſe riſibile eſt ꝓprium hoĩs hoc quarto modo. Nam homo cum ſit rõnalis ſemp eſt aptus natus ridere, licet nõ ſemper actu rideat: & aduerte quod ly conuenit exponẽdũ eſt ꝑ accidit, alr̃ rõnale eſſet propriũ, quarto modo, qm̃ ſoli & oĩ hoĩ & ſemper & neceſſarie, cum ſit gradus eius diſtinctiuus a bruto. pro tanto autem nõ eſt proprium, ſed dr̃ia, vt docuimus ſupra, qm̃ eſt de eſſentia & de diffõne hoĩs, proprio aũt quarto modo id nõ competit, cum ſit accñs fluens a forma rei, aut mã: a forma quidem vt riſibile & diſciplinabile ab anima humana, a mã autem vt corruptibile a cõpõne contrariorum elemẽtorum. Conſtat igitur quot ſint modi, quibus cõſuetum eſt ſumi proprium. Nũc autem relictis aliis, immorandum eſt circa quartum,

qm̃ ſolus iſte eſt quartum p̃bile, vt declarabimus.

Quantum igitur ad ſcd̃m manifeſtãdũ eſt quid ſit in via peripatetica. Tu igiť aduerte, qđ noĩales ſic definiunt, propriũ quarto mõ eſt terminus vniuocus p̃bilis de pluribus in eo qđ q̃le accidẽtale & cõuertibiliť. *Quid ſit ꝓprium.*

Dr̃, terminus vniuocus loco generis, eo qđ eſt magis cõis. nam. vt patet ſupra: apud noĩales & genus & ſpẽs & dr̃a ſunt terminus vniuocus, & tamen nõ ſunt propriũ: ergo in plus eſt eſſe terminum vniuocum, q̃ꝫ eſſe ꝓprium quarto modo. Dr̃, p̃bilis de pluribus, aliter non eſſet verum prædicabile comparatum inter quinq;, vt docuimus in c. 1. huius tra. Dr̃, de plurib⁹ in diſtincte non explicando diſtinctis ſiue differentibus ſpẽ vel numero, qm̃ aliquod ꝓprium conſequitur genus, vt eſſe aptum dormire, & vigilare conſequitur animal. Solum enim aĩal & oẽ & ſemper. ſ. ꝓ aliquo tempore dormit & vigilat, vt docuimus in lib. de ſomno & vigilia. Aliquod aũt cõſequiť ſpẽm ſpecialiſsimam. vt riſibile & flebile: primũ quidem p̃tur de pluribus differẽtibus ſpẽ ſicut & genus, ſecũdum aũt de pluribus differẽtibus numero, ſicut & ſpecies ſpecialiſsima. Dr̃ in eo qđ quale, vt diſtinguať a gñe & a ſpẽ, quæ p̃dicantur in quid. verum, quia dr̃a p̃tur in q̃le, ideo vt diſtinguať ab ea ſubiungitur, in quale accidẽtale. Nam dr̃a, vt docuimus ſupra, p̃tur in quale eſſentiale, cũ ſit de eſſentia eius, cuius eſt dr̃a, ꝓprium aũt p̃tur in quale accidẽtale, cũ ſit extra eſſentiam eius, cuius eſt ꝓpriũ, & nõ ſit pars eius. Dr̃ cõuertibiliter, alter nõ eſſet propriũ quarto modo. Nam ſi p̃retur de aliquo, de quo non p̃tur illud cuius eſt ꝓprium, iam non conueniret ſoli illi. puta ſi riſibile p̃tur de aliquo, de quo non p̃tur homo, non conueniret ſoli homini, ex conſequẽti nõ eſſet ꝓprium hominis quarto modo, ſed ſecundo mõ. Tota hæc diffinitio acceptatur a Logico reali excepta prima particula, qm̃ realis Logicus, vt ſæpe diximus, non concedit p̃dicabile eſſe terminum, ſiue conceptũ,

ſed naturam communem pluribus, vt ſtat ſub hoc cõceptu, ſ. p̄dicari de pluribus vniuoce in quid vel in quale &c. vt docuimus in cap. 1. & 2. huius tractatus. Poſita igitur definitione proprij ſecundum nominales, videndum eſt quid ſit ad mentem Ariſtotelis. Tu igitur aduerte ꝙ in. 1. topi. ſic definitur, ꝓprium eſt quod ineſt omni ſoli & ſemper, & conuerſim p̄tur de re, & nõ indicat quid eſt eſſe rei. Per primam particulam, ſ. ſoli omni, & ſemper diſtinguitur ab alijs modis proprii, nam iuxta primum modum ineſt ſoli, ſed non omni: iuxta ſecundum ineſt omni, ſed non ſoli, iuxta tertium ineſt omni & ſoli, ſed non ſemper. quarto autem modo ineſt ſoli omni & ſemper. Per ſecundam particulã, ſcilicet & conuerſim, id eſt conuertibiliter p̄tur de re, diſtinguitur ab accidēte communi, quod eſt quintum prædicabile, quod non conuertitur cum eo cui ineſt. Nam licet iſta ſit vera, Omnis coruus eſt niger, hæc tamen eſt falſa, omne nigrum eſt coruus. In proprio autem quarto modo p̄tio conuertitur. nam, ſi omnis homo eſt riſibilis, omne riſibile eſt homo. Per tertiã particulam, ſ. & non indicat quid eſt eſſe rei, diſtinguitur a definitione. Nã, vt declarabitur tibi in tractatu de ſyllogiſmo topico, Definitio eſt oratio indicans quid eſt eſſe rei per eſſentialia, id eſt declarans eſſentiam & naturam rei definitæ per ſua principia priora & intrinſeca, quæ ſunt genus & differentia. Et, quoniam proprium non eſt principium prius intrinſecum & eſſentiale eius, cuius eſt ꝓpriũ, ſed eſt, quid poſterius fluẽs ab ipſis principijs, vt riſibile originatur a rõnali, nam ex eo quod homo eſt rõnalis, nãlis ſequela concluditur, quod eſt riſibilis, & non concluditur econuerſo a priori, ſed a poſteriori, ideo non indicant naturam rei a priori, ſicut indicat vera definitio. Dico a priori, quoniam, cum propriæ rerum differentiæ ſint nobis incognitæ, venamur rerum quidditates per effectus proprios, & per ſuas proprietates, & vt in pluribus aſſumimus

mimus propria accidentia in diffinitionibus loco diffe rentiarum,ſed hoc eſt indicare quod quid eſt rei a po ſteriori,& non a priori. Et qñ dicitur in diffõne præmiſſa de proprio ꝙ non indicat quid eſt eſſe rei, intelli gendum eſt a priori ad differẽtiam veræ diffõnis,a po ſteriori aũt non eſt dubiũ, aliter non verificaret illud in Primo de Anima, Accñtia,ſ.propria, magnã partẽ conferunt.i.multum nobis deſeruiunt ad cognoſcẽdũ ›› quod,quid eſt.i.rei eſſentiam & naturam. Verũ,quia ›› hæc ſunt altioris negocij j.Metaphyſici,ideo tu nouitij ne deſperes,ſi nũc non penetras,ſufficiat tibi ſuperficialiter apprehẽdere. Conſtat igitur tibi quid ſit proprium quarto modo ſecundum nominales & reales, ſed tu ſequere viam realium,vt pote magis conformẽ doctrinæ peripateticæ.

Propriũ quõ ſit pdicab.

Quantum ad tertium aduerte,quod proprium nõ oĩbus modis eſt vle,ſed tm̃ quarto mõ. Nam ſolum quarto mõ prædicatur accñtaliter conuertibiliter mo do quo expoſuimus, & ſuum adęquatum ſubiectum eſt proprie ſpẽs ſpecialiſsima:ex conſequenti ſicut ſpẽs ſpecialiſsima prædicatur vniuoce et immediate de plu ribus differentibus numero,quæ ſunt eius indiuidua, & prædicat̃ inquid, ſic eius proprium prædicat̃ de eiſ dẽ,ſed in quale,iõ facit diſtinctũ prædicabile ab oĩbus aliis. Hæc de ꝓprio dicta ſint. Qũo aũt faciat diſtinctũ prædicabile ab accñte, cum & ipſum proprium ſit ac cidẽs,dicemus in cap.ſequẽti. Hæc de cap.5.dicta ſint.

De Accidente. Cap. 6.

IN cap.6.agendum eſt de quinto prędicabili,quod dicitur accñs, cuius conſideratio ordinate ſequitur conſiderationem de proprio:qm̃ licet vtrũq; prædicetur de pluribus in quale accidentaliter in quãtum vtrunque eſt accidens, tñ imperfectiori mõ prædicat̃ quam proprium Nam proprium prædicatur cõuertibiliter,nõ aũt accñs,vt declarabitur. Item proprium facit propoſitionem per ſe, nõ autem accñs. De acci-

dente igitur quatuor videnda ſunt. Primo quot mo-dis ſumitur, vt ſciamus modum, iuxta quem ponitur quintum prædicabile: ſecundo quid ſit, vt eſt quintũ prædicabile: tertio quõ diuiditur: quarto quõ facit diſtinctum pbile a proprio, cum & proprium ſit accñs.

Quantum ad primum aduerte, ꝙ famoſiores modi in uia Ariſt. quibus ſumitur accidẽs, ſunt quatuor.

Accidentis modi. Primo ſumitur per omni eo, quod non eſt de rõne alicuius, & ſic omnia, quæ non ſunt de rõne hoĩs, ſunt accidentia homini: cum igitur riſibile non ſit de rõne hoĩs, nec Sortes, nec Plato ſint de intellectu hoĩs, põt enim intelligi hõ non intellecto Sorte & Plato. cuius ſignũ eſt, ꝙ hæc eſt indirecta, hõ eſt Sortes: ſequitur, ꝙ in hac prima acceptione & proprietates ſpẽi, & indiuidua ſunt accñtia homini, & iuxta hunc modũ in tracta. de ſyllõ ſophiſtico aſsignabit̃ fallacia accidẽtis.

2. modus Secundo ſumitur accidens pro omni ente, qđ non eſt ſuba, ſed inhæret ſubæ, & diuiditur in nouẽ pñta, vt declarabitur tibi in tract. ſequenti, iuxta quẽ modũ dicimus quantitatem et qualitatem eſſe accñs, et appellatur accidens pñtale. Et eſt alterum membrũ diuiſionis, qua diuiditur ens in ſubſtantiam & accidẽs.

Tertius. Tertio ſumitur accidens pro omni eo quod euenit præter intentionem agentis, vt quando homo fodit agrũ vt ſeminet, ſi fodiendo inuenit theſaurum, eſt accidens, & hoc accidens dicitur fortuna & caſus, de quo agitur in ſecundo Phyſicorum.

Quartus. Quarto ſumit̃ accñs pro oĩ eo, qđ poſitum in prædicato facit propõnẽ ꝑ accñs, ſiue illud ſit ſuba, ſiue accidens pñtale, ſiue non. Ad hoc aũt qđ fiat ꝓpoſitio per ſe oportet prædicatum eſſe de eſſentia, aut de rõne ſubiecti, aut proprium eius quarto mõ: oĩa ergo alia prædicata faciunt propõnẽ per accñs. Vnde hæc eſt per accñs. Aĩal eſt hõ, & hæc, hõ eſt ſortes, & vlr qñ inferius prædicatur de ſuperiori, & oĩs propõ, in qua prædicatũ eſt accñs cõe, ſiue ſeparabile, ſiue inſeparabi

le: qm̄ tale accn̄s nõ eſt de diffõne ſubiecti, nec eius ꝓprium aliter ſoli ſubiecto cõuenirer. Vnde hęc eſt propoſitio ꝑ accn̄s, hõ eſt albus, nix eſt alba, æthiops eſt niger, & ſolum quarto mõ eſt p̃bile diſtinctũ ab alijs. Et quidem, ꝙ ſit p̃bile probatur: qm̄ p̃tur de pluribus vniuoce differentibus ſiue ſpẽ, ſiue numero: nã nigredo p̃tur vniuoce de coruo & carbone & æthiope, qui differunt ſpẽ, & p̃tur de hoc et illo coruo, qui differũt numero. Quod aũt ſit diſtinctum ab alijs patet de gñe & ſpẽ, qm̄ p̃tur in quale, illa aũt in quid: patet de drĩa, qm̄ illa p̃tur in quale eſſentiale, hoc aũt in quale accn̄tale: de proprio etiam conſtat, qm̄ proprium prædicatur in quale accidentaliter conuertibiliter, accidens autem in conuertibiliter. Cõſtat ergo quot modis ſumitur accn̄s, & iuxta quem modum ſit prædicabile.

Quantum ad ſecundum aduerte, quod apud noïales accn̄s vt eſt quintum prædicabile ſic diffinitur. *Quod accidens ſit.* Accidens eſt terminus uniuocus, de pluribus prædicabilis in eo qd' quale accn̄tale non cõuertibiliter. Primo dicitur terminus vniuocus in eodẽ ſenſu, in q̃ eſt diffinitũ genus & ſpẽs & drĩa et proprium ſcd'm noïales, & vt in ſecundo cap. expoſuimus. Secundo dicit̃ de pluribus p̃bilis, qm̄ ex hoc hẽt ꝙ ſit p̃bile proprie dictum, mõ prædicet̃ vniuoce, vt patet ex diffõne data de p̃bili in. 1. cap. Et aduerte, ꝙ nõ dicitur de pluribus differentibus ſpẽ, ſiue numero, qm̄ cõtingit accn̄s prædicari de differentibus genere, vt aïal eſt albũ, nix eſt alba. Et de differentibus ſpẽ, vt coruus eſt niger, & hõ eſt niger puta æthiops, & de differẽtibus, numero, vt ſortes eſt albus, et Berta eſt alba, propter hoc igitur diffinitur accidẽs prædicabile per prædicari de pluribus indiſtincte, ſiue ſpecie, ſiue numero. Tertio dicitur in eo ꝙ quale, qm̄ ad interrogationẽ factã qualis eſt hõ, reſpõdet̃ albus aut niger, aut ſanus aut æger. Quarto dicitur accidentale, vt diſtinguat̃ a differentia, quæ, vt ſupra docuimus, prædicatur in quale eſſentiale,

quoniam eſt de definitione eius, cuius eſt differentia. Quinto dicitur conuertibiliter, vt diſtinguatur a proprio, ſicut iam ſupra docuimus. Hæc diffinitio tota acceptatur a Logico reali, præter primã particulam: quoniam, ut ſæpe diximus, Realis Logicus non concedit prædicabile eſſe terminum, vel conceptum, ſed eſſe naturam communicabilem multis, vt ſtat ſub hoc conceptu, quod eſt eſſe prædicabile de multis. Aliæ particulæ omnes acceptantur. Apud realem aũt Logicum & ad mentem Porphyrij de accidente, vt eſt quintum prædicabile datur triplex diffinitio.

Prima eſt hæc. Accidẽs eſt quod adeſt & abeſt præter ſubiecti corruptionẽ. Aduerte, ꝙ hæc diffinitio alio & alio modo intelligenda eſt a Logico & a Philoſopho. Nam Logicus cõſiderat accñs ſecundum modum prædicandi, Philoſophus aũt ſecundum modũ eſſendi. Logicaliter ergo ſic intelligatur, Accidens eſt illud prædicabile quod adeſt & abeſt, ideſt quod prædicatur affirmatiue & negatiue de ſuo ſubiecto, præter ſubiecti corruptionem, ideſt abſque hoc ꝙ remoueatur ſubiectum. Verbi gratia eſſe album, ſedere, ſtare, currere, ſunt accindentia homini, quia verificantur de hoīe affirmatiue & negatiue: nã vtraqꝫ harũ eſt vera, cum ſint in definite in materia contingenti, hõ eſt albus, hõ non eſt albus, & adhuc ſtat hõ ſiue ſit albus ſiue non ſit albus: nõ ſolum aũt verificantur iſtæ duæ ſumendo hoīem, vt ſtat pro diſtinctis ſuppoſitis, ſed etiam reſpectu eiuſdem, pro diuerſo tñ tempore, nam verum eſt dicere, quod hic homo aliqñ eſt albus, aliquando non eſt albus, & tñ ſtat ſubiectum. Realiter aũt & apud philoſophum ſic intelligitur, Accñs eſt ens, quod adeſt & abeſt, ideſt quod aduenit ſubiecto iam conſtituto in eſſe, quo ad ſubſtantiam & ineſt illi, & remouetur ab eo, & tamen ſubiectum non deſinit. Et definitio ſic intellecta, verificat̃ proprie de accidente cõi, quod ſcilicet non conſequitur ſubiectum ex na

tura ſubiecti, vt excludam accidens proprium ꝯns naturam ſpecificam, vt riſibile in ho:e, vel principia indiuiduantia, quibus hic hō eſt hic hō. Iſta.n.non remouentur, quin corrūpať ſubm. Hæc.n.ſemper eſt falſa, hō non eſt riſibilis, quia licet poſsit intelligi hō non intellecto riſibili cum non ſit de eſſentia eius, tñ nō pōt exiſtere ſine riſibili, qm̄ naturaliter fluit a natura hominis, ſicut lux a ſole. Licet aūt prædicta diffinitio intelligi poſsit & exponi logicaliter & phyſicæ, in præſenti loco exponenda eſt Logicaliter, quoniam Logicus non hēt cōſiderare accñs, vt ens eſt, ſed vt prædicabile eſt. Secundo diffō eſt hæc. Accñs eſt, qđ cōtingit eidē ſcilicet ſubiecto, ineſſe et nō ineſſe: vt eſſe ſanū, triſtem, lætum, honoratum &c. eſt accñs ſorti, qm̄ aliquādo eſt ſanus, aliqñ æger, aliquādo triſtes, aliqñ lætus, & hoc modo accñs cōuertitur cū cōtingēti. Contingens eſt, quod poteſt eſſe & non eſſe. Et aduerte ꝙ per hanc ſecundam definitionem probatur prima. nā bene ſequitur, Accñs eſt quod poteſt ineſſe & nō ineſſe ſubiecto, ergo accñs eſt quod adeſt & abeſt præter ſubiecti corruptionem. Tertia diffinitio eſt hæc. Accidēs, ſ. prædicabile, eſt illud quod neq; eſt genus, neque ſpēs, neq; differentia, neq; proprium, ineſt aūt alteri. Dicitur, accñs prædicabile, vt excludam accñs in quantum eſt prædicamentale, puta albedinem in prædicamento qualitatis, corpus & ſuperficiem in prædicamento q̄titatis. Nā albedo eſt ſpēs coloris, corpus & ſuperficies ſunt genera q̄titatis cōtinuæ, nō inconuenit ergo accñs prædicamentale eſſe ſpēs & genus &c. Sed inq̄tum eſt prædicabile, id ſibi repugnat. Eſt autē prædicabile ex particulari modo prædicandi, qui eſt prædicari de pluribus in quale accñtaliter inconuertibiliter, per hūc aūt modum prædicādi negať ſibi poſſe eſſe genus & ſpēs, quia prædicantur inquid, ſilr eſſet differentia, quia prædicatur in quale eſſentiale, ſimiliter eſſet proprium, quia prædicatur in quale accñtale,

ſed conuertibiliter. Conſtat igitur tibi, quid ſit accidẽs, vt prædicabile.

Acciden tis diuiſio Quantũ ad tertium aduerte, ꝙ apud Porphyrium datur tm̃ vna diuiſio de accidente prædicabili, quod eſt accñs cõe diſtinctum contra proprium, quod eſt *Prima diuiſio.* quartum prædicabile. Petrus aũt hiſpanus. adiungit ſecundam. Prima eſt, accidentium cõmunium, quæ prædicantur per acñs de ſubiecto, quoddam eſt ſeparabile, quoddam inſeparabile. Separabile, ut hõ eſt ſedens, Inſeparabile, vt coruus eſt niger. Ratio huius diuiſionis eſt, quia aut accñs cauſatur in ſubiecto a cã naturali fixa et perſeuerãte quaſi immutabiliter, et ſic eſt accñs cõe inſeparabile: vt nigredo in coruo, quæ cauſaƭ ex intenſa caliditate & ſiccitate cõplexionali, quæ prędominanƭ in eo ſupra frigidũ & humidũ. Et nigredo in æthiope, quę cãtur ex aduſtione regionis, a qua nullo tpe multum elongaƭ ſol, habitant. n. circa tropicũ cancri. Aut cãtur in ſubiecto a cã inſtabili diuerſimode ſe hñte pro diuerſo tpe, & ſic eſt accidens ſeparabile, vt albedo & denigratio in ſorte Italo: nã in ęſtate ad ſolem denigratur pp acceſſum ad caput noſtrum, in hyeme aũt de albatur propter elongationẽ. Idẽ intellige de calore & frigiditate aeris in climate quinto & ſexto & ſeptimo & magis vltra. Cõſtat igitur qũo hæc diuiſio eſt ſufficiens. Sed aduerte, quod hec diuiſio magis verificatur apud Phyſicum, q̃ apud Logicum. Phyſicus. n conſiderat accñs prædicamentale & modum ſuũ realẽ eſſendi in ſubiecto, Logicus aũt cõſiderat accidens ſub modo intelligendi & prædicandi. Quantum igitur ſpectat ad Phyſicũ, Profecto verum eſt quod aliqdƭ eſt ſeparabile, vt accidẽs aduenticium, ſicut album & nigrum, calidum & frigidũ in hoie, aliquod aũt eſt inſeparabiliter inhærẽs, vt calidũ in igne, nigrum in coruo, album in niue, dulce vel auſterũ in hoc vel illo pomo, & breuiter oẽ accñs cõgenitũ fluẽs a principijs indiuidui, & tali vel tali cõmixtionẽ ele-

mẽtorũ: apud Logicum aũt omne accidens quantum ad modum intelligendi vel prædicandi eſt ſeparabile, qm̃ ſubiectũ, quo ad eſſentialia ſua põt intelligi & diffiniri non intellecto accidente ſiue proprio ſiue cõmuni. Proprio quidem, vt poſſum intelligere ac diffinire hominem, nulla facta mentione de riſibili, conſtat. n. prima apprehenſio & quidditatiua diffinitio ex ſolo genere & dr̃ia cõmuni autem aduentitio conſtat. Cõmuni vero cõgenito, vt nigredine in coruo cõſtat qd' poſſum intelligere & diffinire quo ad principia eſſentialia, abſq; hoc quod fiat mentio de accidente cõgenito, poſſum. n. intelligere hominem, qui eſt æthiops in quantum homo eſt, vt inquit Porphyrius nitentẽ candore. Non. n. æthiops, vt hõ, habet nigredinem, ſed ex regione aduſta radijs ſolis: cuius ſignum eſt, qd' ſi ęthiops deducatur ad regionem temperatã, paulatim per ſucceſsionẽ generationis, geniti albeſcent. Hæc ergo diuiſio accidentis per ſeparabile & inſeparabile, licet in aliquo ſenſu poſſet intelligi logicaliter, abſolute tñ exponenda eſt phyſice, quod innuẽs Porphyrius poſita prædicta diuiſione, ne videretur contradicere diffõni datæ, qua dictũ eſt accidẽs eſſe illud quod põt adeſſe & abeſſe & cætera, ex conſequẽti vr̃ oẽ accidẽs eſſe ſeparabile, quaſi ſoluẽs inquit, põt aũt intelligi & coruus albus & æthiops nitens candore præter ſubiecti corruptionẽ. Ac ſi dicat, licet phyſice non oẽ accidens poſtquã aduenit ſubiecto poſsit remoueri, tamẽ logicaliter quantũ ad modum intelligendi ſubiectum põt remoueri modo quo diximus, nulla ergo eſt contradictio. Verum ergo eſt dicere, quod apud Phyſicũ datur accidens ſeparabile & inſeparabile quantum ad ineſſe, ſed apud Logicum oẽ eſt ſeparabile quantũ ad hoc, quod eſt intelligere & diffinire ſubiectum.

Secunda diuiſio, quam ponit Petrus Hiſpanus eſt hæc, Accidentium quoddam eſt commune, quod dam eſt proprium. Aduerte, quod accidens poteſt *Secunda diuiſio.*

dici commune & ꝓprium dupliciter: primo, ꝙ illud dicaꝛ cōe, quod aptum eſt inueniri in multis ſubiectis genere & ſpē diſtinctis, vt calidum, frigidū, humidū, & ſiccum Aſperum, lene, graue, leue. Proprium aūt dicatur illud, quod vni ſoli generi vel ſpeciei conuenit conuertibiliter: vt rerum proprietates, vt ſumma lux in ſole, & ſummum calidum in igne, par & impar in numero, riſibile in hoīe: ſecūdo vt dicatur accñs cōe, cuius ſubiectum nominatur termino communi & nō diſcreto: vt hō albus coruus niger, illud aūt dicaꝛ accidens proprium, cuius ſubm̄ nominatur termino diſcreto, vt ſortes albus, vel albedo in ſorte. In hac ſecūda diuiſione ſumiꝛ cōe & proprium in ſecundo ſignificato, et non in primo, nā iuxta primū diſtinguiꝛ quartum prædicabile a quinto. Iuxta aūt ſcd'm tā cōe quā proprium cōtinetur in quinto prædicabili Cōſtat igitur qūo diuidaꝛ accñs apud Logicum in prædicabilibus. dico in prædicabilibus, qm̄ alio mō diuidendū eſt in p̄tis, vt tibi manifeſtabitur in tractatu ſequenti.

Accidēs. ī quo ſenſu p̄dicabilibus annumeretur. Quantum ad quartū, vt ſcias, qūo accñs facit quartum prædicabile diſtinctum a quinto, cū tñ vtrunque ſit accidens & non ſub̄a, aduerte, ꝙ accidēs dupl'r cōſiderari poteſt: primo vt eſt ens diſtinctum contra ſubſtantiam, & quod in tractatu ſequēti diſtinguemus in nouem prædicamenta accidentium, ſecundo vt dicitur prædicatum per accñs diſtinctum cōtra prædicatum per ſe: iuxta quem ſenſum omne quod prædicaꝛ per accñs de altero dicitur accidens, & oē quod prædicaꝛ per ſe, dicitur per ſe: & iuxta eundem ſenſum accñs facit propoſitionē & prædicationem ꝑ accñs, per ſe autē facit propoſitionē per ſe, quæ qūo et quot modis fiat, declarabitur in tracta. de ſyllo demonſtratiuo. Iuxta primum ſenſum non datur medium inter ſubſtātiam & accidens, quia, vt manifeſtum tibi erit in tracta. ſequenti, ens ſufficienter diuiditur in ſub̄am & accñs: nā ens aut eſt aptū eſſe in ſubiecto, vel nō in ſub̄o. Si pri-

mum eſt accidens,ſi ſecundum,eſt ſubſtantia. & ſicut inter duo cõtradictoria non poteſt dari mediũ,ſic nec inter ſubãm & accidẽs ſic accepta poteſt dari medium. Iuxta autem ſm ſenſum datur medium inter ſubãm & accidẽs.nam proprium non eſt ſubſtantia,nec eſt accidens.i.prædicatum per accidens.Non enim facit prædicationem per accidens,ſed per ſe in ſecundo modo, qui modus manifeſtabitur tibi in tracta.de ſyllogiſmo demonſtratiuo.Ad propoſitum ergo dico,quod accidens diſtinctum contra ſubſtantiam non facit quintum prædicabile diſtinctum a quarto,qm̃ & ipſum ꝓprium continetur ſub accidente primo modo ſumpto. Accidens autem ſumptum pro prædicato per accidẽs diſtincto contra prædicatum per ſe facit quintum prædicabile diſtinctum a quarto:qm̃ illud eſt prædicatum per ſe.ex quibus ſequitur,ꝙ omne accidens cõe,inquãtum facit prædicationem & propoſitionẽ per accidẽs, continetur in quinto prædicabili,& omne prædicatũ prædicationis indirectæ.ſ.quando inferius prædicatur de ſuperiori continetur in eodem prædicabili. In quo ſenſu dum prædicatur homo de animali,homo eſt accidens in quinto prædicabili.

Vt antem ſcias,quæ ſit prædicatio indirecta & accidentalis,quæ faciunt quintum prædicabile, declarandum eſt quid ſit directa & indirecta,eſſentialis & accidentalis apud Logicum. *De ꝑdic. indirec.*

Tu igitur aduerte,quod prædicatio directa eſt illa, in qua ſuperius prædicatur de ſuo inferiori, ideſt magis commune de minus cõmuni,vel æquale de æquali.Exemplum primi,homo eſt animal,animal eſt corpus,corpus eſt ſubſtantia,ſubſtãtia eſt ens:exemplum ſecundi,homo eſt riſibilis,animal eſt ſenſitiuum,numerus eſt par vel impar.Indirecta autem eſt, quando inferius prædicatur de ſuperiori. i. minus commune de magis communi,vt ſubſtantia eſt corpus, corpus eſt animal,animal eſt homo.Prædicatio eſſentialis eſt illa,

in qua termini ſunt eiuſdem prædicamenti, dum modo ſit directa, vt homo eſt animal, quoniam ſubiectū & prædicatum ſunt: prædicamento ſubſtantiæ & prædicatur ſuperius de inferiori. Idem eſſet ſi prædicaretur æquale de æquali, vt quando prædicatur differentia ſpecifica de ſpecie, ut homo eſt rationalis.

Prædicatio accidētalis. Prædicatio accidētalis eſt in qua termini ſunt diſtinctorum prædicamentorum: ut homo eſt riſibilis, homo eſt albus. Nam homo eſt in prædicamento ſubſtātiæ, riſibilitas uero & albedo ſunt in prædicamēto qualitatis. Sed aduerte quod accidentalis eſt duplex. Quędam enim eſt accidentalis per ſe & fit quando prædicatur ꝓprium accidēs de proprio ſubiecto, vt homo eſt riſibilis, numerus eſt par vel impar, & eſt in quarto p̄dicabili. Quædam eſt accidentalis per accidens, & fit quando prædicatur accidens commune de ſubiecto, vt homo eſt albus, coruus eſt niger, & hæc eſt in quinto prædicabili, in eodem etiam eſt prædicatio inferioris de ſuperiori, vt animal eſt homo. Accidit enim animali eſſe hominem. Nam poſito quod homo non eſſet, adhuc poteſt eſſe animal, quia poteſt ſaluari in alia ſpecie, puta in equo, in leone &c. propterea hæc & ſimiles ſunt per accidens & in quinto prædicabili, animal eſt homo, corpus eſt animal, ſubſtātia eſt corpus. Hæc de ſexto capite dicta ſint, in quo terminatur intētio noſtra expoſitiua ſuper quinq; prædicabilia. Nec mireris tu nouitii, ſi relinquimus ꝓprietates & communitates, quas aſſignat Porphyrius, & Petrus Hiſpan. et differentias quinq; prędicabilium ad inuicem comparatorum, quoniam declaratis et expoſitis ſingulorum prædicabilium definitionibus quo ad ſingulas particulas, ut ſupra expoſuimus, poteris per te ipſum huiuſmodi communitates et differentias comprehendere. Ideo hic ſiſtendum eſt.

TRACTATVS QVINTVS DE ANTE= *prædicamentis, & Prædicamentis, & Poſtprædica= mentis. Ex Libro Prædicamentorum acceptus.*

POſt habitam cõſiderationem de quinq; vlibus ſiue p̃bilibus, doctrinæ ordo req̃rit, quod de categoriis, quę apud latinũ p̃nta dicuntur pertractemus. Ordinauit enim Porphyrius iſagogas ad habendã eam p̃ntorum doctrinam, quam tradidit nobis Ariſ. p̃terea in trac p̃cedẽti actum eſt de rõnibus & diffõnibus, ac diuiſionibꝰ quinq; vlium. In trac. aũt p̃ſenti acturi ſumus de ordinatione quinq; vlium qua conſtituitur p̃ntum, ut dicemus: ergo neceſſe fuit p̃ſcire ipſa quinq; vlia, ut in p̃ñti trac. ſciamus ea ordinare in linea p̃dicamentali. Vane enim conatur ordinare, q̃ prius nõ nouit ordinabilia. Rõnabiliter ergo poſt doctrinam traditam de quinq; vlibus, agendũ eſt in p̃ſenti tractatu de prædicamentis. Quem diuidemus in tres partes, ſicut & Ariſtoteles uidetur diuiſiſſe.

Pars prima erit de Anteprædicamentis.

Secunda de Prædicamentis.

Tertia de poſt prędicamentis.

Partem primam diuidemus in quatuor capita.

Primo, pertractanda ſunt quędam, quę pręcognoſcere oportet, ne per incognita ꝓcedamus, aut ſimus coacti ea ſępius repetere. Secũdo agendum eſt de primo antep̃dicamento ſumpto in genere, quod continet tres definitiones, ſ. ęquiuocorum, vniuocorum, et denominatiuorum. Tertio agendum eſt de ſecundo antep̃dicamento ſumpto in genere q̃ cõtinet duas diuiſiones terminorum. Quarto agendum eſt de tertio antepręedicamento ſumpto in genere, q̃ continet duas regulas: quarum prima ualet ad cognoſcendum ea, quę locantur ſm ſub & ſupra ordinate, ſecunda autem ualet ad cognoſcẽdum impermixtionem p̃dicamentorum.

IN primo cap. agendum eſt de his, quorum p̄cognitio neceſſaria eſt, antequam deſcēdamus ad tractandum in ſpē de Ante p̄ntis & de p̄ntis. & de poſt p̄ntis. & ſunt qtuor, primo qd ſit p̄ntum. ſecūdo qd Ante p̄ntum, tertio quid poſt p̄ntum, quarto ſi ad Logicum ſpectat & quomodo tractare de prædicamentis.

Quid Prædicamentum. Quãtum ad primum aduerte, vt ſcias in quo ſenſu tractare intendimus de p̄nto, quod quatrupl'r ſummi poteſt, primo pro omni termino p̄bili ſiue de vno, vt ſortes, ſiue de pluribus, vt homo Nam, cum p̄ntum a p̄dicando dicatur, quicquid de aliquo vel de aliquibus p̄tur, dici poteſt in hoc primo ſenſu p̄ntum. ſecundo ꝓ omni termino, quod de pluribus p̄tur, vt ab hoc ſecūdo ſenſu excludatur terminus diſcretus. tertio pro genere generaliſſimo cuiuſcūq; p̄dicamenti. in quo ſenſu ſubſtantia, quantitas, qualitas, ad aliquid &c. dn̄r p̄dicamenta. quarto ꝓ coordinatione plurium p̄dicabiliū, quæ ſe habent, vt inferius & ſuperius eſſentialiter in li-nea recta p̄dicamentali, vt tibi in ſingulis p̄dicamentis declarabitur infra, & in hoc quarto ſenſu acturi ſumus de prædicamento diffiniendo quid ſit. Tu igitur aduerte, quod vno modo diffinitur apud nominales, & alio modo apud reales. Nã nominales ſic diffiniunt p̄dicamentum eſt coordinato plurium terminorū ſecundum ſub & ſupra. & per ly plurium terminorum intēdūt plurium p̄bilium. Nam, vt docuimus in tracta. p̄cedenti, tenent p̄bilia non eſſe res, ſiue naturas cõmunicabiles multis, ſed terminos ſiue cõceptus: & qm̄ reales non concedunt p̄bilia eſſe terminos, ſed naturas communes modo, quo in trac. p̄cedenti expoſuimus, ideo non acceptant p̄dictam diffōnem niſi aliud addatur. Igitur apud reales ſic diffinitur, p̄ntum eſt ens dicibile, in complexum , ordinabile in genere ſecundum ſub & ſupra, ꝑut ſubſtat termino talē ordinē ſignãti. Primo dr̄ ens, ad driam non entis, vt eſt chimera, & ne

gationes,quæ nõ reponuntur in p̃nto. Nam vt ꝓbatur in lib 6.Meta.ſolum ens extra animam, quod eſt ens reale,reponitur in p̃nto,& ſic excludiť ens rõnis, & ens ficticium,& negationes & priuationes inquantum ſunt negationes.Secũdo dr̃,ens dicibile.i.de aliquibus p̃bile,ad drĩam ſingularium,quæ non ꝓprie reponuntur in p̃nto,eo quod aliquibus ſubiiciuntur.i. ſpẽbus,ſed de aliquibus non p̃dicantur cum non habeãt inferiora. Vnde coordinatio cuiuslibet p̃nti,clauditur inter generaliſsimum & ſpecialiſsimum. Tertio dr̃,incomplexum ad drĩam complexorum, quæ ſecũdum ſe tota in nullo vno p̃nto reponuntur, ſed per partes in diſtinctis.vt hominem eſſe album,per ly hominem reponitur in p̃nto ſubã,per ly album in p̃nto qualitatis.quod ſi in eodem p̃nto reponitur,nõ tamen in vno genere,vel vna ſpecie, ſed ſm vnam partem reponitur in genere,& ſm aliam in ſpecie. Vt hominem eſſe animal.conſtat enim hominem locari in ſpecie,& animal in genere.Quarto dr̃,ordinabile in genere, ad differẽtiam trãſcendentium,quæ licet ſint ens p̃bile & incomplexum, tamen non reponuntur in aliquo vno p̃nto,ſed circundant omne p̃ntum,p̃dicantur enim de decem generaliſsimis, & de oĩbus contentis ſub decẽ generaliſſimis.Quicquid autem reponitur in p̃nto,nõ egreditur limites illius p̃nti,vt tibi manifeſtabitur infra. Quinto dr̃ ſm ſub & ſupra.Oportet enim,vt omne ꝑ ſe & directe reponibile in p̃nto ſe habeat ad aliud vt inferius ad ſuperius,vel econuerſo,& dicitur per ſe & directe.vt per ly per ſe excludantur ea,quæ tantum reductiue ſunt per ſe in p̃nto,vt partes eſſentiales & integrales,quæ non ſunt per ſe in p̃nto, ſed gratia totius. Vnde mã & forma nõ ſunt in p̃nto, niſi quia totum compoſitum eſt in p̃nto, & per indirecte excludũtur dĩiæ,quę nõ directa linea,ſed a latere,vt patet in arbore Porphyrii,continentur in prædicamento.

Sexto dr̃,ꝓut ſubſtat termino talem ordinem ſigni

ficāti, vt ſcias, ꝙ p̄nta nō ꝯſiderant̄ a Logico, vt ſimplr ſunt entia realia, ſicut declarabimus infra, ſed vt ſtant ſub conceptibus ſecūdis, q p terminos ſignantur, puta conſideratur ſuƀa vt generaliſsimum, ſilr quantitas & qualitas &c. Conſtat igitur tibi quid ſit p̄ntum.

Quid ſit Antepræ- dicamētū Quātum ad ſcōm aduerte, q̄d Antep̄ntum eſt p̄uiū tradiiū nobis ab Ari. cōferēs īmediate ad p̄ntorū ſcīam ꝑndam. Pro cuius notitia aduerte, q̄d & p̄bilia tradita nobis a Porphyrio, & ēt ab Ari. in li. topi. ſub rōne p̄ntorū, & antep̄nta tradita hic ab Ariſ. cōferūt ſcīę p̄ntorū cōſequēdæ, ſed diuerſa rōne. Nam p̄bilia cōferunt p̄ & mediate: impoſſe eſt. n. ſcire ordinē p̄ntalem, niſi p̄ſciamus q̄d genus, q̄d ſpēs, & multiplices eorū diuiſiões, vt docuimus in trac. p̄cedēti. Antep̄nta aūt ſuppoſita notitia p̄bilium ꝓxime & īmediate cōferūt, vt tibi manifeſtabit̄. Sed aduerte, ꝙ & Poſtp̄nta cōferunt, alr nō fuiſſet ab Ariſ. eorū notitia anne*x*a doctrine p̄ntorum. cōferūt tamē alr q̄ ante p̄nta. Nam ex parte addiſcētis Antep̄nta ſunt priora cognitione q̄ p̄nta & Poſtp̄nta. Sed Poſtp̄nta complēt notitiam p̄ntorum. Vnde Antep̄nta ſunt principium cognitionis p̄ntalis, ſed poſtp̄nta ſunt terminus eiuſdem cognitionis. Hinc eſt, ꝙ aliqui dicunt anteprædicamenta conferre a priori, poſtprædicamenta vero a poſteriori.

Quid ſit Poſtprædicamentū. Quātū ad tertiū aduerte, ꝙ poſtp̄ntum, ut ex p̄miſſis potes cōiecturare, eſt de documētum traditum ab Ariſ. ꝓ cōplemēto doctrine p̄ntalis. Dicit. n. Ariſ. in p̄ntis aſsignās ꝓprietates p̄ntorum, puta in p̄nto ſuƀæ, ꝙ ſuƀæ nihil eſt ꝯ̄rium: ꝙ eadem numero ſuƀa, & ſi non ſimul, ſucceſsiue tñ eſt receptiua ꝯ̄riorum. hęc aūt non poſſumus pfecte ſcire, niſi cognoſcamus q̄d ſit oppō, & q̄ eius ſpēs, cuius vna eſt oppō ꝯ̄ria. Item oportet ſcire modos ſimultatis, & motus &c. & de ſingulis agēdum eſt in poſtp̄ntis. ergo ad cōplēdam p̄ntorum doctrinam, oportet in vltima parte trac. de poſtp̄ntis agere. Cōſtat igit̄ tibi q̄d ſit poſtp̄ntū, & ad q̄d ordinatū ē.

Quātum ad quartū aduerte qm̄ famoſum eſt, Logicam verſari circa entia rōnis & intentiones ſecundas, p̄nta autem ſunt entia realia & entia extra aīam, vt tenet Ariſ. in li. 6. meta. ideo nō vr̄ ꝙ ad Logicum ſpectet pertractare de p̄ntis, ſed ad Metaphyſicum, cuius offm̄ eſt cōſiderare de maxime vl̄ibus in cauſando, quales ſunt ſubæ abſtractæ: & in p̄dicando, qualia ſunt tranſcēdētia & vl̄es modi eſſendi, vt potentia & actus, vnū & multa, finitum & infinitum, neceſſarium & contingen⁹, per ſe & per accidens &c. Et decem prædicamenta. Vnde Ariſt. in lib. 5. meta. pertractat de ſubſtantia & quantitate & de ad aliquid, & de qualitate &c.

An ad Logi. ſpectet p̄dicamenta contemplari.

Vt igit̄ ſcias in quo ſenſu ſpectat ad Logicū cōſiderare de p̄ntis & in quo nō, aduerte duas diſtinctiones. Prima eſt hęc. Ens rōnis ſumit̄ dupl̄r. p̄ ſolum ꝓ eo, qđ fabricatū eſt ab intell̄u, & extra intell̄m nullum habet eſſe, & ſic oratio, ꝓpō, ſyll̄s, ꝯn̄a, an̄s, cōſequens, ſubiectum, p̄tum, vl̄e, ſingulare, ſuppoſitū, gen⁹, ſpēs, dr̄ia, & reliqui termini ſecūdæ intētionis, dn̄r ꝓprie entia rōnis. ſecūdo ſumit̄ ꝓ oī ente reali non ſm̄ ſe, ſed in ordine ad rōnem, & ꝓut rō circa illud negotians, attribuit ſibi aliquod fabricatum per rōnem, puta negociās circa aīal attribuit ſibi cōceptum generis, & hoī cōceptū ſpēi. Et ſorti conceptum ſingularis, & in hoc ſenſu omne ens reale pōt dici ens rōnis. Et, qn̄ dr̄, ꝙ Logica verſatur circa entia rōnis & ſecundas intentiones, cōcedendum eſt primo & ſecundo modo, ita ꝙ nihil conſideratur ab ea quin ſit ens rōnis primo, aut ſecundo modo. Et qn̄ dr̄, ꝙ p̄nta ſunt entia realia, cōcedendum eſt ſm̄ ſui naturam, cum quo tamen ſtat, ꝙ vt intell̄s eis attribuit ſecundas intentiones, puta conceptum generis generaliſsimi & ſubalterni & ſpecialiſsimi & aliquas ꝓprietates in ordine ad rationem, puta dici de ſubiecto, & non eſſe, vel eſſe in ſubiecto, dici poſſunt entia rōnis ſecundo modo, & vt ſic conſiderantur a Logico, ſm̄ autem naturam ſuam conſiderantur a Metaphy.

Secũda diſtinctio eſt hæc,ens reale põt in aliqua ſcía cõſiderarí dupl̃r.ꝑ modo reali,i.in ordine ad paſsiones reales,puta vt ſubiicitur motui,vel tempori, vel loco, aut inq̃tum eſt finitũ vel infinitũ,corruptibile,gñabile vel ſuũ oppoſitum ſecũdo mõ logicali, puta vt referatur ad ſubiici & ad p̃ri,& vt alia p̃ta intẽtionalia attribuit ei rõ,puta eſſe ordinabile in genere,aut in ſpẽ &c. Primo modo ſcíe reales cõſiderãt de ente reali,vt phyſica &mathematica &metaphyſica ſecũdo modo ſciæ rõnales,inter quas eſt Logica, cõſiderat de ente reali, qđ,vt diximus ſic cõſideratum põt dici ens rõnis ſecũdo modo ſumptũ iuxta diſtinctionẽ p̃cedẽtem. Et ſic cõſtat tibi quo Logicus de p̃ntis,quæ ſunt entia realia, pertractat modo logicali & nõ modo reali.Sed dices, imo Logicus conſiderat p̃nta modo reali. Nam Ariſt. vt tibi manifeſtabitur in p̃nto ſub̃æ & quãtitatis &qualitatis conſiderat eorum ꝓprietates & communitates reales modo reali,puta ꝙ ſub̃æ nihil eſt contrarium,ꝙ eſt ſuſceptiua contrariorum , quod non recipit magis & minus &c.ergo &c.

Rñdeť,Logicus habet conſiderare p̃nta principal̃r & ex ꝓpoſito modo logicali,ꝙ aũt aliquo modo reali,hoc eſt ſecũdario & incidẽter,ꝓut,ſ.talis conſideratio modo reali cõfert conſiderationi pleniori habẽde modo logicali,& hoc non videať mirum.Nam,vt inquit Ariſ.in.4.Meta.circa idẽ verſať dialecticus & metaphyſicus.Vnde ſicut metaphyſici eſt conſiderare de oĩbus,ſic & dialectici,ſed diuerſa ratione,vt tibi manifeſtabiť.Hic eſt qđ Ariſ.in ſcía reali, puta in Phyſica, aliq̃n vtiť rõnib⁹ logicalib⁹,quæ dñr rões cõnes,& ĩ logica aliq̃n procedit modo reali , vt inſinuet vl̃itatem & conformitatem,quæ ſunt in logica &metaphyſica, ideo dñr ſciæ cões.Conſtat igiť tibi,qđ obiectio ꝑpoſita non p̃ualet determinationi factæ. Hæc de.1 cap. huius primę partis Trac.5.dicta ſint.Nũc accedẽdum eſt ad ſpecificam conſiderationem Antep̃ntorum.

De primo

De primo antepradicamento in genere. *Cap. 2.*

IN cap. 2. agendũ eſt de primo anteprędicamento in genere, ꝙ dicitur diffinitio, qm̃ tres continet diffinitiones conferẽtes ad cognitionem prędicamentorum: prima eſt de æquiuocis, ſecunda de vniuocis, tertia de denominatiuis, primo igitur diffinienda ſunt æquiuoca, ſecundo vniuoca, tertia denominatiua.

Quantum ad primũ anteq̃ deueniamus ad diffinitionem aduerte duo, primo voluit Ariſt. notificare ęquiuoca & vniuoca & denoĩatiua, vt admoneret addiſcẽtem, nullũ æquocum reponendum eſſe in p̃dicamẽto. Admoneret etiã totam coordinationem vnius p̃dicamenti debere cõſtare ex vniuocis. Admoneret quoq; quõ accñtia reducẽda ſunt ad ſubſtantiã p p̃dicationẽ denominatiuam neq;.n. accidentia verificanꝰ de ſubſtãtia in abſtracto, ſed in cõcreto, vt declarabiꝰ hęc.n. eſt falſa, hõ eſt albedo, ſed hæc eſt vera, hõ eſt albus: ſecundo aduerte ꝙ ęquiuocum eſt duplex, ſ æquocans & æquiuocatum: æquocans eſt nomen ſiue terminus plura, i. diuerſa ſm naturam ſignificãs: vt canis ſignificat aĩal latrans & ſidus cœleſte: æquiuocatũ eſt ipſa res, ſiue natura diuerſa p illud nomẽ ſignificata: vt aĩal latrãs & ſidus cœleſte ſunt æquocata huius noĩs canis, eandem diſtin. intellige de vniuoco: nam aliqđ eſt vniuocans, aliqđ vniuocatum. Vniuocans eſt nomẽ ſiue terminus cõis pluribus conuenientibus in vna natura cõi ſiue in vna rõne i. diffinitione. Vt aĩal viuũ eſt vniuocum vniuocans: qm̃ p̃dicatur de omni ſpẽ aĩalis ſm hãc rõnem. ſ. ꝙ eſt ſubã aĩata ſenſitiua. Vniuocata ſunt res conueniẽtes in vno noĩe & in vna nã, vel ſaltem in vna rõne diffinitiua, vt hõ, capra, leo, &c. ſunt vniuocata huius noĩs aĩal viuum. Hic Ariſt. incẽdit diffinire æquiuocum æquocatum, & non æquiuocãs. Idẽ intellige de vniuoco. His p̃notatis aduerte, ꝙ æquoca ſic diffiniunꝰ, ęquoca. ſ. ęquocata dñr, quorũ ſolũ nomẽ ẽ cõe, & rõ ſubæ eſt diuerſa, q̃ diffinitio ſic ĩtelligẽda eſt.

Aequoca qua.

Nam rebus nō cōuenit æquocari niſi vt ſunt in voce.

Primo dicunt, i. ſignificātur illa, quorum nomē &c. & aduerte ꝙ Ariſt. diffinit ea per dicūtur, & non per ſunt: qm̄ cū æquiuocata ſint entia realia, nō ſpectat ad logicum conſiderare ea quo ad eſſe, ſed quo ad dici & prędicari, & hoc eſt cōſiderare ea modo logicali, & nō modo reali, q ad phm ſpectat, vt diximus in ca. prec. Secundo quorum ſolū nomen eſt cōe, i. quæ in nullo præterq̃ in noīe coueniunt, quia ſic placuit primo inſtituenti ea noīare: Et ſumitur nomen ꝓ termino ꝑ ſe ſignificatiuo categorematico, ſiue ſit nomen, ſiue verbum, nā & in verbo datur æquocatio; Plura n. omnino diuerſa ꝑ idem verbū ſignificātur. vt hoc verbū habeo ſignificat rem tenere, ſiue poſsidere, & ſignificat intelligere. Nā cum dicit loquens audiēti, habes me, intēdit, intelligis me. Tertio rō ſubſtantiæ eſt diuerſa: aduerte ꝙ hic non ſumitur rō ꝓ ſola & ꝓpria diffinitione, ſed ꝓ quacūq; deſcriptione ſiue notificatione, qua manifeſtat̄ nobis rei æquiuocatæ natura Præterea, hic non ſumitur ſubſtātia vt diſtinguitur cōtra accn̄s, alioquin in ſola ſubſtātia daretur æquocatio, q. eſt falſum: nam & magnitudo eſt ęquiuocū nomen & acutū, &c. multa, vt tibi nota erūt locis ſuis. Sumitur aūt ſubſtantia, vt extenditur ad ſignificādum cuiuſcūq; rei eſſentiā, ſiue ſit vere ſubſtantia, ſiue q̄titas, ſiue qualitas &c. Eſt ergo talis p̄dictæ diffinitionis intellectus, æquoca æquiuocata dn̄r illa, quæ in ſolo vno noīe coueniunt ꝑ appellationem, ſed in rōne notificatiua eſſentiæ eorū nullo mō conueniūt, qm̄ alia eſt rō vnius in intellectu, & alia rō alterius in eodem intellectu, ſicut alia & alia eſt eſſentia eorum. Quæ oīa patent in aīali latrante & piſce marino & ſydere cœleſti, nā licet hæc tria appellentur hoc noīe canis, tamen ſicut alia eſt natura ſyderis cœleſtis & aīalis latrantis, ſic eſt alia, & alia rō notificatiua eſſentiæ eorum. cōſtat igitur quid ſit æquiuocum æquiuocatū. Qūo aūt diſtinguatur per ęquiuocū a conſilio, & æquiuocū a caſu, manifeſtabimus infra.

Quantum ad ſecundum aduerte ꝙ apud Ariſt. vniuoca vniuocata (de his.n.proprie intēdimus, ſicut diximus etiam de æquiuocis) ſic diffiniuntur. Vniuoca dicuntur, quorum nomen eſt cõe, & ratio ſubſtantiæ ſm illud nomen eſt eadem: vt hõ bos, & leo ſunt vniuoca reſpectu aĩalis, qm̃ in noĩe & in vna ratione animalis cõueniunt: nã hæc eſt vera, homo eſt aĩal, & hęc, bos eſt aĩal &c. ergo cõueniunt in vno cõi noĩe, & hęc eſt vera, hõ eſt ſubſtantia aĩata ſenſitiua: & hęc, bos eſt ſubſtantia aĩata ſenſitiua, ergo cõueniunt in vna cõi ratione ſubſtãtiæ. Sic ergo intelligat̃ hæc diffinitio. Vniuoca dicuntur, i. ſignificãtur illa, quæ in vno noĩe cõi, & vna cõi rõne indicatiua ſubſtantiæ, i. eſſentiæ ſiue naturæ eorum cõueniunt, ſiue ſit vera diffinitio, ſiue deſcriptio notificatiua ſubſtantiæ. Qd' dico. qm̃ ſi oporteret eorum rõnem eſſe veram diffinitionem, ſola ſpẽs ſpãliſsima eſſet apud Logicum vniuoca, qm̃, vt diximus in tract. præced ſola ſpẽs diffinitur. Verum, quia apud Logicum non ſolum ſpecies ſpãliſsima, ſed & generaliſsimum & ſubalterna genera vſq; ad ſpecialiſsimam ſpeciem ſunt vniuoca, & tamen non ꝓprie diffiniuntur, ideo ly ratio ſumenda eſt vt ſe extendit ad diffinitionem, & deſcriptionem, & notificationem eſſentiæ, quocunq; modo poſsit haberi.

Sed aduerte, ꝙ vniuocum eſt duplex. ſ. logicum & phyſicum, quę in aliqbus conueniũt, & in aliquo differunt: nã conueniunt in tribus, primo in vno noĩe, ſecũdo in vna rõne formata ab intellectu, tertio in cõueniẽtia æquali illius rõnis: oportet. n. ꝙ illa vna rõ æqualr̃ vniuocatis cõueniat, nã ſi prius vni, & poſterius alteri cõuenit, nõ ſtat vniuocatio, ſed erit analogia, vt dicemus infra. Hac de cã ſanũ non eſt vniuocũ: qm̃ rõ ſani prius cõuenit aĩali ſano, poſterius aũt vrinæ & medicinæ, qm̃ nõ cõuenit eis niſi in ordine ad aĩal ſanum. Hęc tria ergo oportet inueniri in vniuoco tam logico quã phyſico, ſed phyſicum addit quartum, ꝙ non eſt ne-

Vniuoca.

ceſſariū in vniuoco logico. Hoc autē quartū eſt vnitas naturę: nā quæ ſunt diuerſarū naturarū nō vniuocanť in aliquo vno importāte diuerſas naturas, & qđ de eo habeať vna ratio cōis, in qua cōueniunt. Hac de cā corpus non eſt vniuocū phyſicū, ſed logicum tātum, qm̄ diuiditur per corruptibile, vt eſt elementū, & p incorruptibile vt eſt cœlū, quæ ſunt omnino diuerſarum naturarū eadē cauſa ſpecies ſpecialiſſimæ apud phyſicum non vniuocanť in genere ſuo proximo, qm̄ cuiuslibet ſpeciei natura diuerſa eſt formaliter ab alia, quā diuerſitatē indicāt dr̄iæ eēntiales diuidētes genus & cōſtituentes ſpēm. Vnde in. 7. Phyſi dixit Ariſto. quod iuxta genera, ſ. apud phyſicū licet nō apud logicū latent æquiuocationes. Sola aūt ſpecies ſpecialiſſima eſt vniuoca logice & phyſice: logice quidē, qm̄ eſt vnius nominis & rationis, in qbus cōueniunt oīa ſua indiuidua æqualiter. Phyſice aūt, qm̄ natura ſpecifica ex ſe eſt vna, nec eſt apta plurificari formaliter per dr̄ias formales, ſed ſolum per materiam, qua plurificantur indiuidua, vt tibi manifeſtabitur in Metaphyſica. Sed pro nunc ſuſtine, cōſtat igiť tibi, quid ſit vniuocū, & qūo conueniunt ac differunt vniuocum logicum et vniuocum phyſicum.

De Denominatiuis

Quantum ad tertium vt ſcias quid ſint denominatiua, de quibus hic intēdimus, et quorū p̄noticiam reputamus opportunam ad habendam prædicamentorū doctrinā præponenda ſunt duo notabilia. Primum eſt, quod denoīatiua ſunt triplicia: nā quędam ſunt voce tantum, quædam ſignificatione tm̄, quædā voce & ſignificatione ſimul: ea ſunt denoīatiua voce tm̄, quæ ita ſe habent quod denominans & denoīatiuū dicunt eandem naturā, ſed differunt ſolum ſicut apud gramaticū per nomē primitiuū & nomen deriuatiuū, & hoc mō hō & humanitas, aīal et animalitas, Deus et deitas, ſe habent vt denoīatiuum & denominans: deriuatur enim hō ab humanitate, Deus a deitate: ſed hō non dicit aliam naturam ab humanitate, nec aīal ab aīalitate,

nec Deus a deitate: a ſunt denoĩatiua ſignatione tantũ quæ ita ſe habent, quod denoĩans & denoiatum cõueniunt in ſignato ſed non in noĩe, nam aliud nomen imponitur denominanti, & aliud denoĩatiuo, ita qđ non conueniunt in principio, nec differunt in fine, & hoc mõ apud morales ſe hñt virtus & ſtudioſus. Dr̃ n. ſtudioſus ille, qui hẽt & operaꝛ ẜm virtutẽ, & vulgariter dr̃ virtuoſus a virtute: ergo vt a denoĩante dr̃ ſtudioſus denoĩatiue ẜm ſignationẽ, ſed non ẜm vocẽ, qm̃ in voce & ꝓlatione nullo mõ ↄueniũt virtus et ſtudioſus ea aũt ſunt denoĩatiua voce & ſignato, q̃ cõueniũt in voce ſiue termino in principio & drñt fine, a denoĩante, & dicũt ſiue addũt aliã nãm a nã denoĩantis, nã denoĩans dicit accñs, denoĩatiuũ aũt dicit ſubãm in ſe habentẽ tale accñs: hoc mõ ſe habent apud logicũ & phyſicũ albedo & albũ, iuſtitia et iuſtus, ſapientia & ſapiẽs. Hic non intendimus loqui de denoĩatiuis niſi in tertio ſenſu, qm̃ ea ſunt ꝓprie & formaliter denominatiua.

Scđo notandũ, qđ apud Pbm denoĩans dicitur abſtractum quaſi ſimplex & pura fořa, vt albedo, apud Grãmaticũ dicitur primitiuũ, quaſi nõ depẽdẽs nec originatũ ab altero. Denoĩatiuũ aũt apud pbm dicit̃ concretum quaſi cõpoſitum ex ſubto et forma, ut album, apud grãmaticũ autem dicitur deriuatiuum quaſi deſcendens ab altero. Sed aduerte qđ logicus & grãmaticus in hoc valde differunt. Nã Logicus dicit illud nomen eſſe abſtractũ, quod ſignat formã ſecundũ ſe, & non per modũ inhærentis ſubiecto. Nomen aũt concretum dicit eſſe illud, quod ſignat formam in ſubto vt albũ. Nã licet album purã qualitatẽ ſignificet, vt dicemus infra, tñ ſubm concernit. Grãmaticus aũt, q verſatur circa dictiones & ſyllabas, dicit illud eſſe nomen primitiuũ, quod eſt pauciorum ſyllabarũ, deriuatiuũ autẽ quod eſt plurium. Vnde apud ipſum iuſtus eſt primitiuum, iuſtitia eſt deriuatiuũ, cum tñ quo ad veritatẽ rei ſit oppoſitum, qm̃ dicitur homo iuſtus a iu-

ſtitia & non ecõuerſo. Vnde intellectus Logici rõnabilior eſt, vtpote cõſideratiuus veri & falſi. His p̃notatis aduerte, ꝙ denoĩatiua in tertio ſenſu ſic deſcribũtur ab Ariſt. Denoĩatiua dicũtur quæcũq; ab aliquo, ſolo differentia caſu ſm nomen habent appellationẽ, vt a fortitudine fortis. Hæc deſcriptio ſic intelligẽda eſt, Denominatiua, ſ. noĩa, quę apud phyſicum dicũtur cõcreta, dicuntur eſſe illa, quæ ſunt dr̃ia ab aliquo. ſ. noĩe denominãtę, ſiue abſtracto ſm phyſicum, ſolo caſu, i. ſola terminatione, qm̃ cõueniũt in principio dictionis et differunt in fine, vt iuſtus & iuſtitia, & ſm illud nomen. ſ. concretũ hñt appellationẽ, i p̃dicantur de ſubto: nõ n. denoĩantia ſiue abſtracta p̃dicantur de ſubto, ſed denominatiua ſiue cõcreta Hęc. n. eſt falſa, hõ eſt iuſtitia, ſed hęc eſt vera, hõ eſt iuſtus, ex quibus oĩbus patet, ꝙ ad veram & formalẽ denoĩationem acceptã in tertio ſenſu tres cõditiones requirũtur. Prima eſt, ꝙ abſtractũ & concretum conueniãt in vno noĩe quo ad principium dictionis: ſecũda ꝙ differãt in fine: tertia ꝙ concretum dicat aliam rem, ſiue nãm a ſubto, vt hic, hõ eſt albus: nam hõ eſt ſuba, album aũt, ꝙ albedinem cũ connotatione ſubiecti importat, ſpectat ad p̃ñtum qualitatis & ſic patet, ꝙ, quando p̃dicatur dr̃ia eſſentialis de genere, aut de ſpecie, vt aĩal eſt ſenſitiuum, hõ eſt rõnalis, nõ eſt vera & ꝓpria p̃dicatio denoĩatiua, qm̃ dr̃ia eſſentialis nõ dicit alienam nãm ab eo, cuius eſt dr̃ia. Reſtat ergo vt vera denoĩatio fiat iuxta quartũ & quintum p̃dicabile p̃dicatione directa, qm̃ vt docuimus in tract. præced. dñt nãm accidentalẽ aduenictem ſubto, ꝙ denominat, vt riſibile eſt p̃dicamento qualitatis & album & nigrum &c. Subiectũ aũt ꝙ denoĩatur eſt in prædicamẽto ſubæ. Dixi prędicatione directa, qm̃ indirecta parum exiſtimatur in arte, cũ ſit mere accidẽtalis. Hæc de æquiuocis & vniuocis & denoĩatiuis, quæ compræhenduntur in primo antepraedicamẽto dicta ſufficiant, & in his terminatur ſecundum caput.

IN cap. 3. agendũ eſt de ſecũdo antepræedicamento in genere, ꝙ cõtinet duas diuiſiones: quarũ prima eſt de terminis ꝑ ſe ſignificatiuis & catego. q de ali quo vel aliquibus apti ſunt p̃dicari: ſcd̃a eſt de entibus quæ apta ſunt in ſubto eſſe, vel de ſubto dici, & q̃ nõ. Iſte aũt duæ diuiſiones antepræedicamenta hic reponũ tur, qm̃ cognitioni p̃ntorum oĩno opportunæ ſunt: non prima deſeruit ad cognoſcendũ drĩam eorũ quæ ponũtur in p̃nto ab his, quæ non ponunt̃ ſecũda aũt deſeruit ad cognoſcendum drĩam eorum ab inuicem, quæ reponũtur in p̃dicamentis vt videbis, primo igit̃ manifeſtanda eſt prima diuiſio, ſecundo ſecunda.

Quãtũ ad primũ aduerte ꝙ Ariſt. intẽdẽs p̃monere diſcentẽ ex qbus cõſtet ordinatio & diſpõ p̃ntalis, ĩqt Eorũ q̃ dicũtur, quædã quidem ſm cõplexionem di cuntur, quædam ſine cõplexione: quę ſm cõplexionẽ dicũtur ſunt hõ currit, hõ vincit: ea vero, quę ſine com plexione dicuntur, ſunt, vt hõ, bos, currit, vincit &c. *1. Diuiſ.*

Pro noticia huius diuiſionis aduerte tria, primo, ꝙ coincidit cũ ea, q̃ poſuimus in trac. ſecũdo aſsignantes diuiſiones terminorũ, & eſt decima diuiſio, q̃ fuit hęc, Terminorũ alius cõplexus, alius incõplexus. Hic aũt dicit Ariſt eorũ quę dicũtur, i. dictionũ, quæ voce ꝓ ferũtur, quædã ſunt cũ cõplexione, i. ſunt cõplexæ, q̃ dam ſine, i. ſunt incõplexæ, ſecũdo aduerte vt ſcias qd ſit vere cõplexũ, & qd incõplexũ, de quibus intendit Ariſt. hic loqui, ꝙ cõplexum eſt triplex, ſ. voce tm̃, ſi gnificato tm̃, voce & ſignificato ſimul. Complexum voce tm̃ eſt, quando ꝑ plures voces ꝑ ſe ſignificatiuas circũloquimur aliq̃ vnam rem, q̃ neſcimus vno ꝓprio nomine noĩare, vt primogenitus. Socratis filius athe nienſis. Incomplexum tali cõplexo oppoſitum eſt, qñ per vnam vocem per ſe ſignificatiuam vniuocantem vnam nominamus, vt Socrates, homo, aſinus &c.

Cõplexum ſignificato tm̃ eſt, qñ vnam vocem tm̃

quæ tamen plura habet ſignificata ꝓferimus, vt canis, cancer ſanum, nam ſub vna voce plura indiſtinctè cõpletimur. Incõplexum tali complexo oppoſitum eſt, quando vna vocem tantum habentem tantũ vnum ſignificatum ꝓferimus, vt homo, capra, leo &c. Complexum voce & ſignificato ſimul eſt, qñ plures voces plura ſignificantes proferunt: vt homo albus, homo currit, hõ eſt aĩal, & hoc complexum ſemper eſt orõ aut perfecta, ſi eſt cum copula, vt hõ eſt albus: aut imperfecta, ſi eſt ſine copula, vt hõ albus. Incõplexũ huic cõplexo oppoſitũ eſt, qñ vna vox ſimplex vel cõpoſita ſignificãs vnũ ꝓfert exẽplum primi, hõ aĩal: exemplũ ſecundi, armiger ſcutifer, paterfamilias, iconomus.

Aduerte tertio, ꝙ Ariſto. hanc diuiſionem fecit vt innueret ꝙ in prædicamento nõ reponitur ſecundum ſe totum cõplexum ſecũdo modo, & tertio mõ dictũ: qm̃ omne reponibile ſecundum ſe totum in p̃dicamento dicit vnam & determinatam nãm, cũ ſit aut genus aut ſpẽs, aut differentia. ſed complexũ ſecundo, & tertio mõ non dicit vnam naturam determinatã, ſed plures, vt patet de cane, & de hac orõne hõ eſt albus: nam homo importat ſubſtantiam, & albus qualitatẽ. Dixi ſecundo & tertio mõ, vt excipiam cõplexum primo modo, qm̃ re eſt incõplexum, licet voce ſit cõplexum iõ non excluditur a p̃dicamẽto, ſicut nec incõplexum voce & re. Dixi ſecundũ ſe totũ, vt excipiam partes: nam licet totum hoc cõplexum, hõ albus non reponatur in aliquo vno p̃dicamento, tñ ſm diſtinctas reponitur in diſtinctis p̃dicamentis. vt hõ in prædicamẽto ſubſtantiæ, & albus in p̃dicamẽto qualitatis. Reſtat ergo vt in p̃dicamentis reponantur ſola incomplexa ſiue ſignificentur noĩe ſimplici, ſiue compoſita, ſiue circunlocuto. Hæc de prima diuiſione dicta ſint.

2. *Diuiſ.* Quantum ad ſecundum aduerte ꝙ Ariſt. relicto primo membro, primæ diuiſionis ſubdiuidit ſecundũ, ſ. incõplexa, & format ſecundam diuiſionẽ cõtinentem

quatuor partes,& eſt talis,eorũ quæ ſunt, alia de ſubiecto dicunť,ſed in ſubiecto nõ ſunt Alia in ſubiecto ſunt,ſed de ſubiecto nõ dñr. Alia de ſubiecto dñr,et in ſubiecto ſunt. Alia neq; de ſubiecto dñr,neq; in ſubiecto ſunt. Pro euidẽtia huius diuiſionis quæ eſt diuiſio incomplexorum tria aduertẽda ſunt, deinde exponemus ſingulas partes diuiſiones. Aduerte primo,q̈ hec diuiſio ſupponit,vt ſcias modos gñales,quibus res dr̃ eſſe in aliquo, puta an ſicut pars in toto, vel ſicut totũ in partibus,an ſicut accñs ĩ ſubiecto,vel ſicut ſuperius in ſuo inferiori:& qui Ariſtoteles modos gñales eſſendi in,numerauerat in Quarto lib.Phyſicorum agẽs de loco,noluit hic repetere,qm̃ forte libros de phyſico auditu prius tradiderat q̃ artem veterem:verum, q̃a nouicius in logica libros de phyſico auditu nũdũ nouit, iõ ad inſtructionem eius ne tendat p incognita,numerandi ſunt hic modi eſſendi in, vt ſcias in quo ſenſu loquitur pħs,cum dicit alia ſunt in ſubiecto &c.

Tu igiť aduerte,vt recolligit Pet.Hiſp.in anteprædicamẽtis,modi eſſendi in,reducunť ad octo. Primus eſt ſicut pars integralis in toto:vt manus brachiũ caput in corpore humano. Secũdus eſt ecõuerſo,vt corpus humanũ in ſuis mẽbris,& tectũ paries & fundamentũ in domo,& ecõuerſo:tertius eſt ſicut ſpẽs ĩ gñe, vt hõ in aĩali,& omne inferius in ſuo ſupiori. Quartus eſt ſicut genus in ſpẽ,& oẽ ſuperius ĩ ſuo inferiori. Quintus eſt ſicut forma in mã,& iſte ſubdiuidiť, qm̃ vt declarabiť in.1.phy.forma eſt duplex.ſ.ſubſtãtialis,vt aĩa ĩ hoĩe, & accñtalis vt albedo in manu:ſubſtãtialis dr̃ ,ppriè eẽ in mã, quonã ĩmediate in ea recipiť, accñtalis vero dr̃ ,ppriè eſſe in ſubto cõſtituto ex mã & forma,& dr̃ mã ſecũda. Sed ,p nũc ſuſtine donec erudiaris in pħia nãli. Sextus eſt ſicut effectus in cã ſufficiẽte, vt flos ĩ radice, regnũ in rege. Septimus eſt ſicut aliqd in fine,vt virtus in beatitudine. Octauus eſt ſicut contẽptum in continente,vt locatũ in loco, & res tp̃alis in tp̃e. Vñ verſus

1 2 3 4 5
Inſunt pars, totum, ſpecies, genus, & calor igni.
6 7 8
Rex in regno, res in fine, locoq; locatum.

Aſsignatis modis eſſendi in, aduerte ſecũdo, ꝙ, qñ dicit Ariſt. alia ſunt in ſubiecto, nõ accipit ſubiectũ ꝓ toto, nec ꝓ gñe, nec ꝓ ſupiori, nec ꝓ inferiori, nec ꝓ mã, in qua recipit forma ſubalis, ſed ꝓ corpore, ĩ quo recipit accñs, & dr ſubiectũ inhæſionis, ſiue ſuſtẽtationis, qm̃ accñs non põt eſſe apud Ariſt. ſine ſubiecto.

Aduerte tertio, ꝙ cũ dicit Ariſt. quædã dicũtur de ſubto, p ly dicuntur intendit pdicantur: p ly de ſubto intendit de inferiori, & nõ intendit de ſubto accñtis, ſicut qñ dicit, quædã ſunt in ſubto. His pnotatis, pdicta diuiſio quatrimẽbris ſic debet intelligi: eorũ quæ ſunt .i. entiũ, ſiue rerũ, quędã dñr de ſubto .i. pdicãtur de inferiori, vt patet in arb. Porph. in pnto ſubæ deſcẽdẽdo a gñaliſsimo p ſubalterna vſq; ad ſpãliſsimã incluſiue: nã ſuba pdicatur de corpore, corpus de aĩato, aĩatum de aĩali, aĩal de hoĩe, homo de ſorte & Platone, in ſubiecto vero nõ ſunt .i. nõ inhęrẽt, nec recipiunt in ſubto, ſicut accñtia, q ſuſtẽtantur p ſubm, & hæc pars prima diuiſionis cõuenit oĩbus gñibus & ſpẽbus & differentiis pnti ſubæ. Quædã non dñr de ſubiecto .i. nõ pdicãtur de inferiori, nec ſunt in ſubiecto, i. nõ recipiunt nec ſuſtẽtant p ſubiectũ, ſicut accñtia, & hęc ſecũda ps diuiſionis cõuenit oĩbus indiuiduis ſignatis, q cõtinentur ſub ſpẽ ſpãliſsima in pnto ſubæ, nã ſub indiuiduo non dat inferius, aliter indiuiduũ nõ eſſet indiuiduũ, ſed genus aut ſpẽs. Dixit indiuiduis ſignatis, vt excipiã indiuiduum vagũ. qm̃ & ſi ſm rẽ nõ pdicãtur de inferiori, ſicut pdicatur ſpẽs, tñ ſm vocẽ pdicat. Prædicat .n. quidam homo de ſorte & Platone & Ioã. &c. Quędã dñr de ſubiecto .i. pdicantur de inferiori, vt in pnto qtitatis incipiẽdo a gñaliſsimo vſq; ad ſpãliſsimũ incluſiue. nã qtitas pdicatur de cõtinua & diſcreta, & cõtinua pdi-

catur de linea & ſupficie, & corpore, & linea p̄dicatur de linea curua & linea recta, & ſunt in ſubīo, i. recipiūtur et ſuſtētant̄ p ſubm, qm̄ ſunt accn̄tia, quorū eſſe eſt ineſſe, vt dicemus infra, & hęc tertia ps diuiſionis cōuenit oībus gn̄ibus & ſpēbus pn̄torum accidētiū & eorū driis. Quædā aūt non dn̄r de ſubiecto, i. nō p̄dicant̄ de inferiori, vt oīa indiuidua pn̄torū accidentiū, vt hæc albedo, hæc dulcedo, hæc linea, hic locus &c. nā cū ſint indiuidua, eis repugnat hr̄e inferiora, de quibus p̄dicētur, ſed ſunt in ſubiecto, qm̄ cū ſit accn̄tia ſuſtētari non poſſunt ſine ſubiecto, & hæc quarta ps cōuenit oībus indiuiduis nouē pn̄torum accn̄tium. Cōſtat igit̄ tibi qs ſit ſenſus ſecūdæ diuiſionis antepręedicamētalis. Cōſtat etiā q̄tum deſeruiat cognitioni pn̄torum: nā p primā & ſecūdam partē cognoſces qūo ſe habent tam ſubāe vl'es q̄ ſingulares in pn̄to ſubſtantiæ p tertiam & quartam cognoſces qūo ſe hn̄t accidētia vl'ia & ſingularia in nouem pn̄tis accidētium, Hæc igit̄ dicta ſint de ſecūdo antepn̄to, in genere, & hic terminat̄ tertiū caput.

De Tertio antepradicamento. *Cap. 4.*

IN cap. 4. agendū eſt de tertio antepn̄to in genere, q̄ duas regulas cōtinet deſeruiētes doctrinæ pn̄torum, vt tibi manifeſtū erit. Tu igit̄ aduerte, q̄ prima valet ad cognoſcendum ordinē eorū, q̄ in eodē p̄dicamento ordinātur ſm ſub & ſupra, qūo. ſ. vnū de altero p̄dicatur: igit̄ circa primam regulā duo agenda ſunt, primo declaranda eſt ſm verum ſenſum Ariſto. ſecundo aſsignandæ ſunt cōditiones obſeruādæ in ipſa regula, ne error in ipſa eueniat. Quantū ad primū aduerte, q̄ regula prima apud Ariſt. talis eſt, qn̄ alterum de altero prædicatur vt de ſubiecto, quæcūq; de eo q̄ prædicatur dicuntur, omnia etiā de ſubiecto dicūtur: vt homo prædicatur de quodā homine, animal vero de homine: ergo & de quodā homine prædicatur animal, quidam. n. homo eſt homo, & eſt animal. 1. Regu.

Hæc regula ſic intelligenda eſt. Quando ſuperius,

de inferiori, vt aial de hoie, qcqd p̄dicatur de ſupiori eſſentialiter p̄dicatur etiã de inferiori. V.G. qa in arb. Por. homo eſſentialiter p̄dicatur de ſorte, & de hoie eſſentialiter prędicatur aial & de aiali corpus aiatum, & de corpore aiato corpus, & de corpore ſubſtãtia, oēs iſte conſequentiæ valent p regulam iſtã, Sortes eſt homo, homo eſt animal; ergo ſortes eſt aial. Homo eſt aial, animal eſt corpus aiatum, ergo hõ eſt corpus aiatũ, & ſic aſcende vſq; ad gñaliſsimum. Vnde patet q̈ hęc regula optime deſeruit ad cognoſcendũ ordinē eſſentialem inter ſuperiora et inferiora in quolibet p̄dicamēto.

Quantũ ad ſcd̄m aduerte, q̈ Ariſt. hanc regulã non introduxit infallibiliter verã niſi in ordine eſſentiali ſuperiorũ & inferiorũ in eodē p̄nto, in qbus nũq̃ eſt error. Qui aũt volũt eã extēdere ad aliud ꝓpoſitũ, conãtur apponere diuerſas cõditiones, qbus nõ ſeruatis regula nõ valet. Qd' igit in ordine eſſentiali p̄ntali valeat abſolute & ſine aliqua limitatiõe patet ex ſe. Si aũt vis ea vti in aliis ꝓpoſitis oportet vt ſerues ſex cõdõnes.

Prima eſt vt arguas in p̄dicatis per ſe, p̄dicatur aũt p ſe genus ſp̄s differentia & ꝓprium. Vnde bene ſequitur, ſor. eſt hõ, homo eſt rõnalis, ergo ſor. eſt rõnalis, Item ſor. eſt homo, hõ eſt riſibili, ergo ſor. eſt riſibilis. In prædicatis aũt per accñs non valet. Vnde nõ ſequitur, ſor. eſt homo, hõ eſt albus, ergo ſor. eſt albus. Secunda eſt, vt arguas in p̄dicatis p ſe & primæ intentionis: vt hic, ſor. eſt hõ, homo eſt aial, ergo ſor. eſt aial. Nam in prædicatis ſecundæ intētionis nõ valet. Non enim ſeqtur, Homo eſt aial, animal eſt genus, ergo homo eſt genus. Nã genus eſt terminus ſecũdæ intētionis. Tertia eſt, vt ſerues p̄dicationem directam, p̄cipue in ſecunda ꝓpõne. Vnde nõ ſequitur, homo eſt aial, animal eſt aſinus, ergo homo eſt aſinus. Quarta eſt q̈ non facias vtrãq; ꝓpõnem negatiuã. Vnde non ſequitur, Homo nõ eſt aſinus, aſinus nõ eſt rõnalis, ergo homo nõ eſt rõnalis. Quinta eſt, q̈ qñ prima ꝓpõ ſit per

verbum adiectiuũ, aut per ſum es eſt, ſed prædicatum eſt obliquum, primo modo reſoluatur in ſuũ participium et totum ꝙ ſequitur copulam, ſit ſubiectũ ꝓpoſitionis ſecũdæ, aliter ſeqtur error: vt hic, homo habet manus, manus ſunt duæ, ergo hõ eſt duo. Non ſequitur, ſed dicatur ſic, hõ habet manus, habens manus eſt duo, ergo &c. arguitur quidẽ per regulã, ſed ſecunda ꝓpoſitio eſt falſa: iõ neganda: ſecundo mõ ſumatᷣ participium de ſum es eſt, ꝙ eſt ens cum ipſo obliquo, & fiat ſubiectum ſecundæ ꝓpõnis, aliter ſeqtur error, vt hic, Nauis eſt in mari, ĩ mari ſunt piſces, ergo nauis eſt piſcis. Nõ valet, ſed dicatur ſic, nauis eſt in mari, ens in mari eſt piſcis, ergo &c. arguitur quidẽ per regulã, ſed ſecunda ꝓpõ eſt falſa, neq̃.n. omne ens in mari eſt piſcis, & iõ neganda eſt. Sexta eſt vt teneãtur, termini in vtraq; ꝓpõne vniformiter. Nam ſi fiat trãſitus a concreto ad abſtractũ, aut muteiur ſuppoſitio, ſeqtur error: exẽplum primi, nõ ſequitur, hõ eſt albus, album eſt accñs vel qualitas, ergo homo eſt accñs, vel homo eſt qualitas: exẽplum ſecũdi, homo eſt aĩal, animal eſt triſyllabum ergo eſt triſyllabum: fit.n. tranſitus a ſuppoſitione formali ad ſuppoſitionẽ materialem. Ne igitur decipiaris aut concede prædictam regulam ſolũ in ordine prædicamentali, ſicut eam introduxit Ariſto. aut in aliis ꝓpoſitis concede eã cũ limitationibus præpoſitis, & nõ aliter, alioquin erit tibi cauſa deceptionis & non veritatis. Hæc pro prima regula dicta ſint.

Circa regulã ſecundam aduerte anteq̃ deſcẽdamus ad eam, ꝙ Ariſt. introduxit eam, vt cognoſcas coordinationes p̃dicamentorũ eſſe penitus impermixtas, ita ꝙ nec idẽ genus, nec eadẽ ſpẽs, nec eadẽ dr̃ia põt poni in diſtinctis p̃dicamentis, nec diſtincta gñа, nec diſtinctæ ſpẽs, nec diſtinctæ dr̃iæ poſſunt poni in eodẽ prædicamẽto, modo quo tibi exponemus: primo igitᷣ aſſignabitur regula cũ vero ſenſu Ariſ. ſecũdo defenſabitᷣ.

Quantum ad primũ aduerte, ꝙ apud Ariſtotelem

2 Regu. regula talis eſt, diuerſorū generum et nō ſubalternatim poſitorum, diuerſæ ſunt ſpēs & dr̄iæ: vt aīalis & ſcīæ: aīalis quidem dr̄iæ ſunt vt greſsibile & volatile & bipes, ſcīæ vero nulla harum eſt, neq; .n ſcīa a ſcīa differt in eo ꝙ eſt bipes. Subalternorū vero generū nihil ꝓhibet eaſdem eſſe dr̄ias. Superiora n. de inferioribus p̄dicantur, quare quæcūq; fuerint p̄dicati dr̄iæ, erunt eadem ſubiecti. Pro notitia huius regulæ, declarandum eſt quæ ſint genera ſubalternatim poſita, & q̄ nō, deinde exponeẗ regula. Tu igitur aduerte, ꝙ genera ſubalternatim poſita ſunt illa, quorū vnum ponitur ſub altero immediate, vt aīal ſub aīato, & aīatum ſub corpore, & corpus ſub ſub̄a: vel duo ſub vno tertio, vt aīal & plāta ſub corpore: nō ſubalternatim poſita ſunt illa, quorum vnū non ponitur ſub altero neq; immediate, neq; mediate, neq; duo ſub vno tertio, vtpote quia nō ordinātur in eadē linea p̄ntali, ſed in diuerſis, vt aīal & color non ſubalternātur. Spectat. n. aīal ad p̄dicamētū ſub̄æ, & color ad p̄ntum qualitatis. Conſtat igiẗ quid ſit genera ſubalternari & quid nō. Senſus aūt regulæ talis eſt. Si dātur duo genera, quorū vnum nō poniẗ ſub altero, neq; ambo ſub tertio, neceſſe eſt eorū eſſe diuerſas ſpēs & dr̄ias, ita ꝙ impoſsibile eſt eandem ſpēm locari ſub diſtinctis generibus nō ſubalternatis, idē intellige de differentia. V. G. aſinus non pōt locari ſub animali, & ſub colore. Rōnale non poteſt locari ſub animali, & ſub numero, & rō huius regulæ eſt hæc. Diuerſorum principiorū diuerſa ſunt principiata ſicut diuerſarum cārum, diuerſi ſunt effectus. Sed gn̄a ſunt principia ſpērum & dr̄iarum: ergo, quādo ſunt diuerſa genera & nō ſubalternatim poſita neceſſe eſt eſſe diuerſa ſpēs & dr̄ias, ex oppoſito aūt ſequitur ꝙ ſi duo ſint genera ſubalternatim poſita, nō incōuenit eādem ſpēm ſub vtroq; locari, ſed immediate ſub vno, mediate ſub altero, vt hō immediate locatur ſub aīali, mediate aūt ſub corpore aīato: nam hæc eſt vera, hō eſt ani-

mal, & hæc, homo eſt corpus aïatum, quia aïal eſt corpus animatum, & hoc eſt ꝙ dicit Ariſt. quia ſuperiora de inferioribus pn̄tur, dr̄iæ ſpecies erunt eadem.

Quantum ad ſcd̄m aduerte ꝙ per hanc regulā non intendit negare quin vna & eadem res nō poſsit locari in diuerſis pn̄tis. Hoc.n. cōtradiceret doctrinæ ſuæ. Tenet.n. in. 3. phyſi. eundem motū locari in pn̄to actionis & in p̄dicamēto paſsionis, & ſciam et ſenſum locari in p̄nto qualitatis & relationis, & hoīem gn̄antem in p̄dicamento ſub̄ſ & in p̄nto relationis, ſed intēdit ꝙ nulla res ſub vna & eadem rōne pōt ſub diuerſis p̄ntis locari, ꝙ ſi locatur, hoc erit ꝑpter aliā, & aliā rōnē. V. G. motus vt eſt a mouēte eſt in p̄nto actionis, quia mouere eſt actio mouentis, vt aūt recipitur in mobili, eſt in p̄nto paſsionis, quia mouere eſt paſsio moti ſiue mobilis, & ſcīa vt qualificat & perficit intellectū eſt in p̄nto qualitatis: vt aūt refertur ad ſcibile, eſt in p̄nto relationis, qm̄ ſcīa eſt ſcibilis ſcīa, ſicut ſenſus eſt rei ſenſatæ ſenſus: vnde ſenſus inq̄tum eſt potētia aïæ, eſt in p̄nto qualitatis, inq̄tum aūt reſpicit obiectū ſenſatum, eſt in p̄dicamēto relationis, & hō vt aïal eſt in p̄dicamento ſub̄æ, vt generās ſibi ſimile & dr̄ pater vt eſt in p̄dicamēto relationis, licet igit̄ coordinationes p̄ntorum ſint impermixtæ, nō tn̄ res p̄ntales Sed hæc tibi manifeſta erunt in. 5. Metaphy. Pro nunc autem ſuſtine.

Sed dices, ſi diuerſa gn̄a nō ſubalternatim poſita habent diuerſas ſp̄es & dr̄ias, quare corpus, ꝙ eſt ſpecies ſubalterna, vt declaratū eſt in tract. præced locatur in prędicamento ſub̄æ, vt patet in arbo. Porph. & in prędicamento q̄titatis, vt tibi manifeſtum erit in parte ſequenti. Silr̄, quare rationale ponitur dr̄ia aïalis & dr̄ia ſcientiæ. Diuiditur.n. animal per rationale & irrationale, & ſcientia per realem & rationalem. Rn̄detur corpus & rationale nō ſecundum eandem rationem, īmo quaſi æquiuoce ad diuerſa ſpectant prædicamenta: nā corpus, vt eſt ſubſtantia non abſtracta a quantitate

& materia, eſt in p̄dicamento ſubſtātiæ, & opponitur ſubſtantiæ incorporeæ: vt autem eſt trina dimenſio, ſ. longitudo latitudo & profunditas eſt in prædicamēto q̄titatis, vt tibi declarabitur in parte ſequenti. Rōnale autem, vt dicit naturam intellectualem diſcurſiuam ſiue argumentatiuam, qualis inter omnia animalia eſt homo, eſt differentia animalis, vt autem dicit habitum intellectus verſantem circa ens rationis eſt differentia ſcientię, ſub qua continetur logica, vt manifeſtabimus in tract. primo cap. quinto. Hæc de præſenti cap. dicta ſint, ī quo cōpleuimus doctrinā de antepredicamētis.

Partis primæ. Finis.

PARS SECVNDA QVAE EST *de Prædicamentis*.

EXpedita traditione Antepraedicamentorum, accedendum eſt ad ſecundam partem eiuſdem tract. quinti, quæ erit de doctrina decem prædicamentorū, tradita nobis ab Ariſt. a qua non deuiat Petrus Hiſpan. ſequitur enim viā peripateticam ad vnguem. Hāc igitur ſecundam partem diſtinguemus in vndecim cap.

Primo quid requiritur ad hoc, ꝙ aliquid reponatur ſecundum ſe in prædicamento & quot ſint.
Secundo agendum eſt de Subſtantia.
Tertio de Quantitate.
Quarto de ad Aliquid, ideſt de Relatione.
Quinto de Qualitate.
Sexto de Actione.
Septimo de Paſsione.
Octauo de Quando.
Nono de Vbi.
Decimo de Situ.
Vndecimo de Habitu.

Poſt hæc

poſt hæc aggrediemur doctrinã de Poſtprædicamen, tis, vt cõpleaẽ intentio nr̃a in hoc quinto tractatu.

Quid requiratur ad hoc q aliquid ſit ſecundum ſe in prædicamento, & quot ſint prædicamenta ſecundum doctrinam Ariſtote. Caput I.

IN primo capl'o inueſtigandum eſt quid requiratur ad hoc q aliquid ſecundũ ſe reponaẽ in p̃to. Dein, de quot ſint, & hoc ſcd'm doctrinã peripateticam.

Quantum ad primum aduerte qd' quatuor conditiones requiruntur ad hoc q aliquid ſcd'm ſe ſiue per ſeipſum reponaẽ in prædicamento. Primo requiritur q ſit in cõplexũ, & huius rõnẽ aſsignauimus in parte præcedenti, capl'o ſecundo declarantes quare cõplexũ non ſecundum ſe totum ſed ſolũ per partes reponitur in prædicamento, ſecundo requiriẽ q ſit vl'e ita q' ſit aptũ eſſe, in multis & prædicari de multis, ex, quo ſequitur qd' deus non eſt reponibile in p̃to. Prophanũ enim eſt dicere deũ eſſe quid vl'e vel particulare, cum ſit oĩno impluriſicabilis, nec ſub aliquo genere aut ſpẽ cõtineaẽ: ut tibi declarabitur in philoſophia, tertio requiritur q ſit ens extra intell'm: ideſt ens reale, & non ens rõnis, quale eſt ens imaginatum vt chimera, & ſecundæ intẽtiones, quas intell's rebus attribuit, vt intentio generis & ſpeciei & ſubiectum & p̃tum, & ſimilia. Nã Ariſto. in ſexto metaphyſicæ diuidit ens, in ens in aĩa quod dicitur ens rõnis, & ens extra aĩam, quod partitur in prædicamenta, quarto requiritur quod ſit ens limitate & determinate nature, puta quod ſit ſub̃a & non quantitas, quod ſit quantitas & non qualitas. Ex quo ſequitur qd' ſex tranſcendentia non reponuntur in prædicamẽtis, ſed ſuperiora ſunt, & de quolibet prædicantur, nam ſubſtantia & quantitas &c. ſunt ens & uerum & bonum & aliquid &c.

Quantum ad ſecundum aduerte qd' apud Ariſto. prædicamẽta ſunt decẽ ſignata per decẽ dictiones in,

cõplexas, de quibus inquit Ariſt. Eorũ, quæ ſecũdam nullam cõplexionẽ dicuntur, i. Dictorũ incõplexorũ ſingulũ ſignat aut ſubam, vt hõ æquus: aut q̃titatẽ, vt bicubitũ, aut qualitatẽ, vt albũ: aut ad aliqd, vt duplũ: aut vbi, vt eſſe in loco: aut qñ, vt eẽ in tpe: aut ſitũ, vt ſedet, iacet: aut habitũ, vt calciatũ eſſe, armatũ eẽ, aut facere, vt ſecare, vrere: aut pati, vt ſecari, & vri. Horũ q̃dẽ ſufficiẽtiã diuerſimode aſsignãt logici, atq; pbi, vt patet in. 2. phyſicorũ & in 5. meta. Verũ ne nouicius inuoluat leuiori mõ, pcedẽtes, p nũc talẽ ſufficientiã aſſignamus: p̃nta dñr a modis p̃ndi: modi autẽ p̃ndi ſi debẽt eẽ veri & nõ fictitij neq; chimerici, debẽt ſumi a modis eſſendi: quot g̃ ſunt modi gñaliſsimi p̃ndi & eſſendi, tot ſunt p̃nta. Tales aũt modi ſunt decem: qđ ſic declarat. Oĩs modus eſſendi, aut eſt non in alio, aut in alio, aut ad aliud, ſi nõ in alio, conuenit ſubæ, vt dicemus infra: ſi in alio duplr, quia aut res exiſtẽs ĩ alio cõuenit ei rõne materiæ, & ſic eſt q̃titas: aut cõuenit ei rõne formæ, & ſic eſt qualitas. Si ad aliud aduerte quod ad aliud importat reſpectũ, q eſt duplex, ſ. intrinſecus & extrinſecus. Intrinſecus facit p̃ntũ relationis, extrinſecus aũt facit ſex vltima p̃nta, quæ diſtinguunt a quatuor primis p dñationẽ extrinſecã, quæ dñatio aut fit p actionẽ, & ſic conſtituit p̃ntũ actionis, aut p paſsionẽ, & ſic cõſtituitur p̃ntũ paſsionis: aut p tẽpus & ſic conſtituitur p̃ntũ qñ: aut per locum cõparando ipſum ad totum locatum, et ſic cõſtituitur p̃ntũ vbi: aut comparando locum ad partes locati & ſic cõſtituitur prædicamentũ ſitus, qui & poſitio dicitur: aut p ea, q̃ adiacent corpori humano, vt ſunt veſtes & arma & alia tegumẽta, & ſic cõſtituitur p̃ntũ habitus, qui vr̃ cõpetere ſoli hoĩ, & brutis, vt deputant humano obſequio. Hæc, p nũc dicta ſufficiãt, neq;. n. poteris hæc plene capere abſq; pħia, quæ cõſiderat materiam formã, motũ actionẽ paſsionẽ, tẽpus & locũ. Suſtine igit, et ſufficiat nobis aſsignaſſe tibi cõditiones reqſitas ad hoc, q̇ ali-

qd reponaſ ſcd'm ſeipſum in p̄nto, & quot ſint p̄nta ſuperficialiter explando, ſicut explanauit Ariſto.

Et aduerte, ꝙ hic ſemꝑ loquimur ſcd'm doctrinā. Ariſt. vt excludā imaginationes Pythagoricas, quas refert Ariſto. in lib. 1. Metaphy. Poſuit. n. Pythagoras viginti p̄nta, decem quidem ex parte boni, & decē ex ꝑte mali. Quæ nūc referre ſuperfluū eſt, & inutile p̄nti ꝓpoſito, iō ꝑ trāſeundū eſt. Hæc de p̄nti ca. dicta ſint.

De prædicamento ſubſtantiæ. Cap. 2.

IN cap. ſecundo agendum eſt de p̄nto ſubſtantiæ: vtpote de primo & perfectiori: eſt. n. fundamētum ſuſtentatiuū oium accn̄tium, de quibus extāt nouē p̄nta ſequentia. De p̄nto igitur ſubſtantiæ tria agenda ſunt, primo diuidēda eſt, ſcd'o diffiniēda, & eius diffōnes declarādæ, tertio tractādū ē de ꝓprietatibus ſub̄æ.

Quantū ad primū, vt ſcias in q̄ ſenſu tractaturi ſumus de ſub̄a, formabimus duas diſtinctiones. Prima erit ad mentem Philoſophi, ſecunda ad mētē Logici. *Diuiſio ſubſtātia.*

Prima ſit hæc, ſubſtantiæ apud Phyſicū dn̄r prima corpora, ex quibus oīa inferiora cōponuntur, & ſunt principales ꝑtes mūdi inferioris, & appellanſ quatuor elemēta. Itē qd' eſt primū fundamētū cuiuſcūq; rei cōſtitutiuū, aut ſuſtētatiuū & cōſeruatiuū dr̄ rei ſub̄a. In quo ſenſu, fundamentū eſt ſubſtantia domus, & cibus bene nutritiuus eſt ſub̄a aīalis. Itē forma rei n̄alis dicit̄ ſubſtātia eius, q̄m daſ eſſe rei & cōſeruat ineſſe, & ipſa remota deſinit res eſſe. In quo ſenſu aīa eſt ſub̄a hominis & cuiuſcūq; animati. Itē eſſentia & natura & quidditas cuiuſq; rei dr̄ ſub̄a eius. In quo ſenſu ſumpta eſt ſub̄a in diffōne vniuocorū & æquiuocorū, vt expoſuimus in parte p̄cedēti. Itē ſumit̄ ſub̄a ꝓ oī, eo, qd ſubſtat accn̄tibus, in q̄ ſenſu manus calida eſt ſub̄a caloris, nix eſt ſub̄a albedinis, anima eſt ſubſtātia ſcientiæ, & virtutis. & dimiſsis oībus p̄dictis alijs, ſignificatis, q̄m ad Philoſophū purū ꝑtinēt, cōſiderandus eſt in Logica vltimus ſenſus: q̄m, vt videbis, Ariſtote. deſcribet

ſubſtantiam per hoc quod eſt accidentibus ſubſtare.

Secunda igitur diſtinctio ſit hæc. Sub̄a quãtum ad id a quo nomen imponit̄ aliqñ dicitur a ſubſiſtẽdo,i. a p ſe eſſendo,pro vt p ſe eſſe opponit̄ ineſſe alteri non ſimplr̄,ſed inhærenter, & in hoc ſenſu quicquid non ineſt alteri,ſed p ſe ſubſiſtit,vt ſunt ſuppoſita & indiuidua naturalia,vt ſortes,hic aſinus,hic lapis, ſunt ſub̄a. Et poſito quod eſſent in alio, dũmodo nõ inhæreant, ſicut accñs inhæret ſubiecto,ſunt ſub̄a in q̃ ſenſu partes eſſentiales cõpoſiti nãlis, quæ ſunt forma & materia,ſunt ſub̄a,& partes integrales eiuſdẽ, vt in hoĩe caput,manus pedes,oſſa,caro & nerui ſunt ſub̄a. In eodẽ ſenſu deus & intelligẽtiæ ſunt nobiliſsimæ ſubſtantiæ,qa p ſe & in ſeipſis & nõ in altero,vt partes ſubſiſtunt. Aliqñ dicitur ſub̄a a ſubſtãdo, quia ſola ſubſtat accñtibus ſuſtẽtans ea: qm̃,vt dicemus infra, eſſe accidentis eſt nõ eſſe ens per ſe, ſed in altero,i.in ſubiecto quod eſt ſub̄a. Et in hoc ſenſu, oĩs ſub̄a præter deum dicitur ſub̄a: omnis.n.ſubſtantia præter deum ſubſtat aliquibus accñtibus,vt tibi in philoſophia manifeſtabitur. Et,qm̃ oĩs nr̄a cognitio incipit a notioribus, & ad ſenſum nobis conſtat ſub̄as corporales ſubſtare accidentibus,ideo Ariſt. in p̃tis contentatus eſt notificare ſub̄am vt dicit̄ a ſubſtando, relinquens ſenſum pro nunc,vt dicitur a ſubſiſtendo, vtpote magis occultũ & ſpectantem ad altiorem ſciam, q̃ ſit Logica. Hanc igitur ſub̄am a ſubſtando dictã. Ariſt.anteq̃ diffiniat, diuidit in primã & ſecũdã: cuius diuiſiones rõ eſt,qm̃ cũ ſub̄a,vt hic cõſiderat̄,dicit̄ a ſubſtãdo,& alia ſit vniuerſalis vt aial & hõ, alia particularis vt ſortes & Pla. ſubſtare cõtingit duplr̄,ſ.p ſe primo et nõ p ſe primo, ſed p aliud: ſi p ſe primo,ſic eſt prima ſub̄a, quæ particularis eſt,ſi p aliud,ſic eſt ſub̄a ſecũda,quæ eſt vl̄is, et hæc tibi manifeſta erunt in diffinitionibus earum.

Sed dices. Quare non prius diffinitur ſubſtãtia quã diuidatur in primam & ſecundam.

Reſpondetur, qm̃ ſubſtantia, vt dicitur a ſubſtãdo, non eſt quid vniuocum, ſed analogum. Nã ſubſtare prius conuenit primæ ſubſtantiæ, deinde in ordine ad primam conuenit ſecundæ, neq; .n, homo eſt albus, niſi quia hic vel hic homo eſt albus: oẽ aũt analogum cũ declinet ad æquiuocũ prius eſt diuidendum q̃ diffiniendum. Quod aũt analogum declinet ad ęquiuocũ patet ex eo, ꝙ vniuocũ dicit vnã rõnẽ tm̃, & æqualiter participatam a ſuis vniuocatis, æquiuocũ aũt dicit plures rõnes oĩno diuerſas cõuenientes ſuis æquiuocatis, & abſq; ordine, vt docuimus in parte p̃cedẽti. Analogũ aũt vt medium magis declinans ad æquiuocum quã ad vniuocũ, dicit plures rõnes, in ordine tñ ad primũ analogatũ vt ſanũ, vel vnã inæqualiter participatã, eo ꝙ primo & ꝑ ſe cõuenit primo analogato, poſterius aũt alijs ĩ ordine ad primũ, vt ens, eſt.n. ens cui debetur eſſe, q̃ quidẽ rõ primo & ꝑ ſe cõuenit ſubæ, qm̃ eſt ens ſimplr, ſecundario aũt cõuenit accñti in ordine ad ſubam: nã accñs nõ eſt ens, niſi quia eſt entis, i. niſi quia reſpicit ſubam vt ſubm ſuſtentatiuũ. Et in eodem ſenſu ſuba dicta a ſubſtando, eſt analogum, qm̃ eius rõ eſt hæc, ſubſtantia eſt; quæ ſubſtat accñtibus, quæ quidem rõ primo & per ſe cõuenit ſubſtãtiæ primæ, deinde in ordine ad primã cõuenit ſecundis, vt tibi manifeſtabiẽ ꝑ diffĩones ſequẽtes, ğ eſt analogũ declinãs ad æquocũ. Et cõfirmaẽ, qm̃ ſolet analogũ dici æquocũ a cõſilio, ğ &c. Hæc de primo dicta ſint.

Quantum ad ſecũdũ poſitis prædictis diſtinctionibus diffinienda eſt ſuba prima & ſecũda, vt diciẽ a ſubſtãdo. Tu igiẽ aduerte, ꝙ ad mẽtẽ Ariſto. ſuba prima eſt. quæ proprie principalr & maxime ſubſtare dr̃. Itẽ ſuba pria eſt q̃ neq; in ſubiecto eſt, neq; de ſubo dr̃. *Quod prima & ſecunda ſubſtantia.*

Primo dicitur, quæ ꝓprie. Aduerte qd' ſubintelligẽdũ eſt q̃ immediate, vt excludaẽ mã prima, q̃ licet ſit primũ ſubm ſubſtans formæ ſubſtantiali & accñtibus eius, nõ tñ immediate, ſed mediãte forma ſubali in

via nr̄a. Nā forma ſub̄alis immediate recipiť in mā̃, accn̄s aūt in cōpoſito exn̄te actu ſubaliter, vt tibi maniſeſtabiť in pbia. Dr̄ aūt proprie ad dr̄iam ſupficiei, q̄ vr̄ immediate & ꝓprie ſubſtare colori, nam vt inquit Ariſto. infra, quāta eſt ſupficies, tm̄ albū dices, & tn̄ nō ꝓprie, ſed apparēter ſubſtat, qm̄ nō p ſeipſam, ſed virtute ſubſtātię, cui ineſt. Dr̄ principalr̄, ad dr̄iā ſecūdæ ſubſtātiæ, q̄ eſt genus aut ſpēs, nā licet hęc ſit vera, hō eſt albus, nō tn̄ eſt vera niſi ſb̄a hæc eſt vera, hic hō vel hic hō eſt albus, ergo albedo principalr̄ eſt in ſub̄a ſingulari, quæ dr̄ ſub̄a prima, & ſecundario, qm̄ pp primā, eſt in ſubſtantia vl̄i, quæ dr̄ ſub̄a ſecunda. Dicitur maxime, quia eſt rō, ꝙ ſecundæ ſubſtantiæ & partes primæ ſubſtantiæ ſubſtent accn̄tibus, nō. n. partes ignis ſunt calidæ, niſi quia totus hic ignis eſt calidus, nec ptes niuis ſunt albæ, niſi qa tota hæc nix eſt alba. Conſtat ergo quō ſub̄a prima eſt illa q̄ immediate & ꝓprie & principalr̄ & maxime dr̄ ſubſtare, i. ſubeſſe accn̄tibus, tanq̄ primū eorū ſubiectum receptiuum.

Pro euidētia aūt ſecūdæ diffōnis primæ ſubſtātiæ, qua dr̄, ꝙ eſt illa, quæ neq; de ſubiecto, neq; in ſubiecto eſſe dr̄, aduerte ꝙ p primā particulā differt prima ſub̄a a ſecunda. Nā cū oīs ſecunda ſubſtantia ſit vl̄is ex ꝯn̄ti p̄bilis de pluribus, oportet ꝙ dicať de ſubiecto, i. de inferiori, vt genus de ſpē, & ſpēs de indiuiduo. Cū aūt prima ſubſtātia ſit ſingularis & ſub ſingulari non deť inferius, vt patet in arbore Porphyrij, repugnat primæ ſubſtātiæ dici de ſubiecto. i. de inferiori, ſiue ſignetur p indiuiduū vagum, ſiue p indiuiduū ſignatū. Nā licet quidam hō dicatur de ſorte & Plato. nō tn̄ vt ſuperius de inferiori ſcd'm rē, ſed tm̄ ſecundum vocē. Vtrūq; .n dicit naturam ſingularem ſed alterum indeterminate & alterum determinate. Per ſecundā autem particulā differt ab omni accn̄te, qm̄ oē accn̄s ſiue vl̄e ſiue particulare eſt in ſubiecto, in quo recipitur, nulla aūt ſubſtantia ſiue ſecunda ſiue prima eſt in ſubiecto

cum ſit ens per ſe, neque enim ſubſtantia pendet ab accidente, ſed accidens a ſubſtantia.

Rñdetur ad hoc qđ inter aliqua duo ſit motus, nō oportet qđ ſint pfecte cōtraria ſm tres pdicta conditiones, ſed ſufficit quod habeant duas, ſ. ſint termini a quo & ad quē eiuſdem gn̄s, & ſint diuiſibiliter ac paulatim acquiſibiles, non eſt autē neceſſe q ſint maxime diſtātes: nam a calido vt duo, ad calidum vt octo daſ motus calefactionis, & tamē nō maxime diſtāt, cum ſint media inter calidum vt vnum, & ſummæ calidū.

Et quoniam

Et qm̃ eſſe diuiſibiliter acquiſibile conuenit q̃titati non determinatę,numero, vt patet de loco ſurſum & deorſum,qm̃ ſicut paulatim ab vno receditꝑ motũ localẽ, ſic paulatim ad alterũ acceditur: iõ datur in q̃titate motus, qui eſt motus augmenti & decremẽti Localis aũt motus eſt in p̃nto vbi,vt tibi declarabitur in.5. Phyſi. & tangemus de hoc in Poſtprædicamẽtis.Et,quia hęc cõditio deficit in ſuba.qm̃,cum ꝑducatur per gñationem ꝑducitur indiuiſibiliter, hac de cauſa nõ eſt motus in ſuba.Et ideo non eſt ſimile de q̃titate & ſubſtantia.Hæc de prima proprietate dicta ſint.

Secunda eſt,ꝙ q̃titas non ſuſcipit magis & minus, anteq̃ ꝓbetur aduerte duo.primo,ꝙ hæc nõ eſt proprietas in quarto mõ,qm̃ conuenit alteri,ſ.ſubę,vt docuimus in cap.præce.ergo non eſt ꝓprietas niſi ſecundo modo,quia cõuenit omni,ſed nõ ſoli.Eſt ergo cõitas reſpectu quarti modi, & ꝓprietas reſpectu ſecũdi modi. Aduerte ſecũdo,ꝙ aliud eſt ſuſcipere magis & minus,& ſuſcipere maius & minus.Nã primũ eſt tendere de eſſe imperfecto ad eſſe perfectius,& perfectius per motum acquiſitiuũ formæ recipiẽdæ in ſubiecto, ſcdm eſt extendi vel cõtrahi in maiorẽ, aut minorẽ dimenſionem.Primum dr̃ augmentum ſm maiorem et maiorem perfectionem,ſcdm autem dr̃ augmentũ ſecundum maiorem & maiorem extenſionem: Pħs intendit q̃titatem non ſuſcipere magis & ſm primũ ſenſum, & non intendit negare ſecundum, aliter negaret augmentum & decrementum in q̃titate.Non.n. eſt aliud augeri q̃titatiue q̃ extendi ſm dimenſionem, minui autem eſt contrahi ſecundum dimenſionem. Verum eſt ergo dicere,q̃titatem non intendi,ſed extendi, non remitti ſed contrahi. Hanc ꝓprietatem non ꝓbat Ariſtoteles niſi inductione dicens, non videtur q̃titas magis & minus ſuſcipere; neq; enim aliud alio magis cubitum,neq; bicubitum;neq; in numero, vt ternarius & quinarius, nihil.n.magis tria dicentur q̃ quinque:

2.Proprietas.

neq; tempus aliud alio magis & minus dr̃: quare q̃titas non ſuſcipit magis & minus. Verum quia Pħs non facit inductionem niſi in quantitate diſcreta, & continua determinata numero, diceret aliquis nõ eſſe idem iudicium de continua q̃titate non determinata numero, & de numero, qm̃ illa nõ ſtat in indiuiſibili, hæc aũt ſic: iõ bene ſtat illam poſſe intendi & remitti, hanc aũt non: propter ꝙ probatur intẽtum de q̃titate abſolute ſumpta tali rõne, ſuſcipere magis ſiue intendi cauſatur per depurationem vnius cõtrarij ab altero cõtrario, vt docuimus in cap. præced. ſuſcipere aũt minus cauſatur per admixtionem vnius contrarij cũ altero contrario. nam calorem intẽdi eſt magis ac magis ſeparari a frigiditate; remitti autẽ eſt magis ac magis miſceri frigiditati: ſed q̃titati, vt q̃titas eſt, nihil eſt contrarium: ergo q̃titas, vt q̃titas eſt, non ſuſcipit magis & minus. Sic ꝑ nũc dictum ſit, ſi aũt aliter videbitur, dicemus in pħia. Hæc de ſecunda proprietate q̃titatis dicta ſint.

3. Proprietas. Tertia ꝓprietas eſt hæc, Maxime ꝓprium q̃titatis eſt ſm̃ eam equale vel inæquale dici. Pro notitia huius ꝓprietatis aduerte duo, deinde ꝓbabitur: primo aduerte ad hoc ꝙ hæc ꝓprietas ſit in quarto mõ, ita qđ omni & ſoli q̃titati conueniat & ſemper, oportet intelligere de q̃titate finita. Nam ſicut inter q̃titatem infinitam & finitam nulla datur ꝓportio, ſic nec æqualitas aut inæqualitas, ſumendo q̃titatem infinitam ſm ſe totam. Qđ dico, quia non inconuenit ex q̃titate infinita ſumere partem finitam, puta decem cubitorum, & cõparare eam q̃titati alteri, quæ ſit quinque cubitorum, tunc conſtat ꝙ eſſent inæquales. Scđo aduerte, ꝙ intendit Pħs hanc eſſe proprietatem q̃titatis dimenſiuæ, qm̃ de hac ſolum hic intendit, vt excludamus q̃titatem ꝑfectionalem, de qua locuti ſumus in principio huius capitis, nam & ſm eam dicimur æquales vel inæquales, vt ſortes & Plato ſunt æquales in ſcia vel authoritate. Senex & iuuenis ſunt inæquales viribus. Immo oẽs

ens actu comparatum alteri pōt dici æquale vel inæquale: qm̄ comparatum illi, aut eſt in eodem gradu bonitatis & perfectionis, & ſic eſt æquale, aut in maiori vel minori, & ſic eſt inæquale. Hæc ꝓprietas ſic declarata ꝓbaī ex diffinitione æqualitatis & ſui oppoſiti, & eſt diffinitione æqualium & inæqualiū. Nā æqualitas eſt rerum differentium eadem q̄titas, Inæqualitas aūt eſt rerum differentium diuerſa q̄titas. Aequalia vero dn̄r quæ adinuicem comparata nec excedūt nec exceduntur, Inæqualia vero ſunt, quorū vnum excedit aliud. Tunc ſic, oīs exceſſus ſumiī ex menſura, & menſura ex q̄titate, & ſolū per ipſam, cū ipſa ſola ſit menſura ſubæ: ergo omni & ſoli q̄titati conuenit vt p eam dicatur aliqd æquale vel inæquale. Hæc de p̄nto q̄titatis ſint dicta ſm logicos reales, & ad intentionē Ariſt.

Quantum vero ſpectet ad noīales breuibus ſe expediunt, diffiniunt prædicamentum q̄titatis, deinde aſsignant genus gn̄aliſsimum & genera ſubalterna vſque ad ſpāliſsima & indiuidua. Diffinientes aūt dicunt, ꝙ prædicamentum q̄titatis eſt coordinatio plurium terminorum, ſ. vniuerſalium & vniuocorum ſignificantium q̄titatem ſm ſub & ſupra. Termini autem ſignificantes q̄titatem ſunt illi, per quos reſpōdetur ad interrogationem factam per q̄tum, aut quot: vt quātus eſt ſortes, reſpondetur, bicubitalis: quot ſunt homines in templo, reſpondetur, decem. Bicubitabile & decem important q̄titatem. Verum, quia vt ſæpe diximus apud reales, nec prædicabile nec prædicamentum dicunt ſolos terminos, ſed naturam, vt ſtat ſub illis terminis, ideo tu ſequere viam realium, vt conformior ſis Ariſtoteli, & viæ Thomiſticæ. Quantum ad ordinationem prædicamenti, aduerte ꝙ aſsignant eam ſicut Ariſtoteles, & logici reales, excepto, ꝙ non nominant orationem inter ſpecies q̄titatis diſcretæ, ſed aſsignant ſolum numerum: & ne videantur cōtradicere aut deuiare ab Ariſto. qui numerat orationem in quantitate

diſcreta, Dicunt, ꝙ Ariſtō. non loquitur ſm mentem ꝓpriam, ſed iuxta ſniam Architæ Tarentini: ſic igitur ipſius prædicamenti ſeriem diſponunt. Quantitas dimēſiua eſt genus gn̄aliſsimum, ſed in q̄titate ſunt duo genera ſubalterna, & neutrū̄ eſt ſuperius ad alterum, nec p̄dicatur de altero. ſ. Quantitas continua, & q̄titas diſcreta. Sub continua ſunt quinque ſpēs, ſ. linea, ſuperficies, corpus, locus, tēpus. Horum indiuidua ſunt hæc linea, hæc ſuperficies, hoc corpus, hic locus, hoc tēpus. Sub diſcreta eſt numerus, ſed in numero ſunt ſpēs in infinitū̄, vt binarius, ternarius &c. Sub qualibet numeri ſpē, ſunt ſua indiuidua, vt hic binarius, hic ternarius.

Hæc de prædicamento q̄titatis dicta ſint, ad mentem nominalium, & realium.

De prædicamento Adaliquid, ideſt Relationis. *Cap. 4.*

IN cap. 4. agendum eſt de prædicamento ad aliq̄d, de quo tria videnda ſunt: primo quid ſit, ſecundo quæ ſunt genera ſiue ſpecies ſuæ, tertio quæ ſint ꝓprietates ſiue cōmunitates ſuæ. Quantum ad primum aduerte, anteq̄ deueniamus ad diffinitionem ipſius, ꝙ adaliquid, ſiue relatiuum eſt duplex, ſ. ſecundum eſſe et ſecundum dici. Relatiuum ſecundum eſſe eſt illud, qđ principalr̄ & eſſentialr̄ dicit reſpectum. ad aliud, vt duplum & dimidium, pr̄ & filius. Relatiuum ſm dici eſt illud, ꝙ principalr̄ et eſſentialr̄ dicit abſolutum, puta de genere qualitatis, vt ſcīa & ſenſus & opinio, aut de genere ſubſtantiæ, puta manus, caput, pes: nam licet ſcīa & ſenſus & opinio importent principalr̄ qualitatem & perfectionē, ſiue in prima ſiue in ſecunda ſpecie qualitatis, vt declarabitur in cap. ſeq. tamen ſecundario & connotatione important reſpectum ad alterum. Scientia. n. eſt ſcibilis ſcīētia, & ſenſus eſt rei ſenſibilis ſenſus, & caput licet principalr̄ importet partem ſubſtantiæ, tn̄ connotat reſpectum ad alterum, eſt. n. caput capitati caput, & manus manuati manus. His prænotatis aduerte, ꝙ apud Ariſt. & logicos reales, datur de ad ali-

Ad aliq̄d quid ſit.

quid duplex diſſinitiuæ. prima competit relatiuis ſecũdum eſſe & ſecundum dici, ſecunda autem relatiuis ſecundum eſſe tantum, & eſt correctiua primæ: nam prima datur ſecundum ſniam veterum, ſecundam autem dat Ariſtoteles ſecundum mentem propriam.

Prima igitur diſſinitio eſt hæc, Adaliquid dicuntur quæcũq; hoc ipſum ꝙ ſunt, aliorum eſſe dicuntur. vel quomodolibet aliter ad aliud, vt pater, filij pater, Dñs, ſerui dñs. Primo dicit dicuntur, & non dicit ſunt, vt innuat qđ hic non ſpectat de relatiuis principalr̃ vt ſunt entia realia: id.n. ſpectat ad Metaphyſicum. Vnde in lib. 5. Metaphy. ex ꝓpoſito pertractat Ariſt. de modis relatiuorum. Pertractat autem hic de eis intẽtionaliter ſm ꝙ referuntur ad dici & prædicari. Nonnulli arbitrantur, ꝙ Ariſt. vtatur hoc termino dicuntur, vt innuat qđ hæc diſſinitio non eſt ex ſua ſnia, ſed ex ſnia Platonis. & ideo dabit ſecundam diſſinitionem vt videbis, quæ erit ad mentem ſuam Secundo dicit, Quæcunq; hoc ipſum ꝙ ſunt aliorum eſſe dicuntur. i. Dicũtur eſſe omnia illa, quæ ſm illud ꝙ importanc vel ſignificant, referuntur ad aliud, vt ad terminum: & dicit aliorum i in genitiuo caſu, vt duplum refertur ad dimidium & econuerſo, in genitiuo. Dr̃.n. duplum dimidij duplum, & dimidium dupli dimidium, & pr̃. filij pater, & filius patris filius. Tertio dicit, vel quõlibet aliter ad aliud. Hoc exponitur duplr̃: primo ſic, vel quõlibet aliter, i. vel poſito ꝙ non ſignificent ſolum reſpectum ad aliud, dummõ connotent reſpectum, dicũtur ad aliquid: & ſic per hanc particulam denotat relatiua ſm dici, per primam aũt denotat relatiua ſm eſſe: ſecũdo ſic, vel quõlibet aliter, i. vel referuntur ad aliud vt ad terminum non ſolum in genitiuo, ſed quõlibet aliter, puta ſiue in datiuo, ſiue in accuſatiuo. Nã quædam relatiua dicũtur ad ſuum correlatiuum in genitiuo, vt dñs, ſerui dñs: quædam in datiuo, vt ſimilis ſimili ſimilis, vicinus vicino vicinus: quædam in ablatiuo, vt ma-

ius minore maius: quædam in accuſatiuo vt mons ma gnus ad montem paruum. Sēſus ergo diffinitionis eſt iſte, Relatiua dn̄r quęcūq; eſſentialiter important reſpe ctum, vel connotant reſpectū ad aliud, ita φ ſe referūt in genitiuo, vel datiuo, vel accuſa. vel abla. Hæc eſt pri ma diffinitio. Secūda talis eſt. Ad aliqd, ſunt quibus hoc ipſum eſſe φ ſunt eſt ad aliud quodammō ſe hr̄e. Hæc diffinitio datur ab Ariſt. vt correctiua præceden tis: ea nāq;, vt diximus, cōis eſt relatiuis ſimplr̄ dictis, quæ ſunt relatiua ſm eſſe, quæ ꝓprie reponuntur in prædicamento ad aliquid, & relatiuis ſm quid, quæ ſunt relatiua ſm dici, & quo ad principale ſignificatū ſunt in alio prædicamēto, q̄ in ad aliquid, vt ſcia ſen- ſus opinio in prædicamēto qualitatis caput aūt & ma nus & pes in p̄dicamento ſub̄æ reductiue. Dicit igitur Ariſt. φ ad aliquid ꝓprie & ſimplr̄ ſunt non quæcūq; quolibet ad aliud ſunt, vt dicit prima diffinitio, ſed qui bus hoc ipſum φ ſunt eſt ad aliud ſe habere quodam- modo, i. ſpāli modo & non quocunq; modo. Hic aūt modus ſpecialis eſt, vt non ſecundario, ſed principalr̄ & eſſentialiter dicant reſpectum, vt in hoc diſtinguan- tur relatiua ſecundum dici a relatiuis ſecundum eſſe. Conſtat igitur quis ſit ſenſus vtriuſq; diffinitionis.

Quæ ad aliqd ſpēs ſeu gn̄a. Quantum ad ſcd̄m aduerte, φ ſub ad aliquid, vt eſt genus gn̄aliſſimum, aſſignātur tria genera ſubalterna, quæ dicuntur relatio æquiperantiæ, relatio ſuperpoſi- tionis relatio ſuppoſitionis, & ſic deſcribuntur.

Relatio æquiperantiæ eſt illa, quæ in vtroq; extre- mo denotat æqualitatem, ita φ neutrum vt ſic excedit alterum, nec exceditur: ſpēs huius generis ſunt vicini- tas, ſimilitudo, amicitia, æqualitas: & ad denotandum hmōi æqualitatem ſolent relatiua æquiperantiæ nomi nari eodem noīe cum ſuis correlatiuis, quia fundātur ſuper eandem formā ſimul cū ſuis correlatiuis: vt duo albi, dicuntur ſimiles, duo eiuſdem q̄titatis dicuntur æquales, duo in mutua dilectione dicuntur amici.

Relatio ſuperpoſitionis eſt illa, quæ in ſuo relatiuo denotat maioritatem ſuper correlatiuũ: vt paternitas in patre ſuper filiũ, Dñium in dño ſuper ſeruum. Vnde relatiua ſuperpoſitionis dicunt reſpectũ excedentis ad exceſſum.i.maioris ad minus. Superponitur.n.maius minori, vt pater filio, dñr ſeruo, magiſter diſcipulo. Relatio ſuppoſitionis eſt illa, quæ in ſuo relatiuo denotat minoritatem erga ſuum correlatiuum, vt filiatio in filio erga patrem, & ſeruitus in ſeruo erga dñm. Vnde relatiua ſuppoſitionis ſunt illa, quorum ſignificata indigniora ſunt ſignificatis correlatiuorum, vt ſeruus, filius, diſcipulus: eſt.n. filius natura inferior patre, & ſeruus domino. &c. Species relationis æquiperãtiæ dictę ſunt, ſpecies autem relationis ſuperpoſitionis ſunt duplum ad dimidium, triplum ad duplum, & ſic aſcẽden do in numeris, dominus ad ſeruum, pater ad filiũ &c. Species autem ſuppoſitionis ſumuntur econuerſo, vt dimidium ad duplum, duplum ad triplum, ſeruus ad dominum. Et aduerte, ꝙ hic non ſumunt̃ ſuperpoſitio & ſuppoſitio ſm ſub & ſupra in linea prędicamentali, aliter vnum prædicaretur de altero, puta ꝙ ſeruus eſt dñs, ꝙ eſt impoſsibile, ſed ſumuntur ſm ſub & ſupra in maioritate & minoritate, ideo vnum non prædicatur de altero, ſed opponitur alteri oppoſitione relatiua, de qua dicemus infra. Conſtat igitur tibi quæ ſint genera ſubalterna & ſpecies in ad aliquid. De modis autem relatiuorum non eſt pñtis negocij pertractare, ſed ſpectat ad librum quintum Metaphyſicæ.

Quantum ad tertium agendum eſt de communitatibus & proprietatibus relatiuorum. Et hic duo agenda ſunt, primo declarandę ſunt communitates & proprietates eorum, quæ ſunt quatuor, ſecundo aſsignanda ſunt duo corollaria & declaranda. Prima, quæ eſt communitas, eſt hæc. Cõtrarietas eſt in relatione: nam virtus contrariatur vitio, & ſcientia ignorantię: ſed hęc ſunt in relatione, refertur enim virtus ad opus virtuo-

Cõitatũ, ſiue pprietatum.

Prima.

ſum & vitium ad opus vitioſum, & ſcientia ad ſcibile, & ignorantia ad ignoratum: ergo conſtat qđ contrarietas eſt in relatione. Aduerte, ꝙ dr̄ communitas, qm̄ non conuenit ſoli relationi, conuenit.n. qualitati, vt dicemus in cap. ſequ. Item non conuenit omni relationi, qm̄ neq; duplo, neq; triplo eſt aliquid contrarium. Eſt ergo communitas. Sed aduerte, ꝙ hæc cõmunitas indiget multa declaratione. Primo magis ſeruatur in relatiuis ſm dici, q̃ ſm eſſe. Cuius ſignum eſt, ꝙ Ariſt. exemplificat de relatiuis ſecundum dici, qualia ſunt, virtus & vitium, ſcientia & ignorantia: ſecundo hæc cõitas eſt vera non ratione ipſorum reſpectuum, ſed rõne fundamentorū. Nam quia virtus & vitium ſunt qualitates oppoſitæ, ſuper quas fundantur duo reſpectus, vnus ſuper virtutem ad actum virtuoſum, alter ſuper vitium ad actum vitioſum, iõ dr̄ ꝙ in relatione eſt cõtrarietas: Tertio aduerte, ꝙ duo relatiua opponũtur relatiue & contrarie. relatiue quidem vt comparãtur ad ſua correlatiua, contrarie aũt ratione fundamẽtorum, quę ſunt qualitates cõtrariæ. Quarto aduerte circa exẽplum datum de ſcia & ignorantia, ꝙ ignorantia non contrariatur ſcientiæ niſi ſit ignorantia erronea, vt pręſeruem ignorantiam ſimplicis negationis, qualis eſt in idiota. hæc.n. non contrarie, ſed priuatiue opponitur ſcientiæ, vt declarabitur tibi in poſtprędicamentis. Hęc de prima communitate dicta ſint.

2. Cõitas. Scđa, quæ eſt communitas, talis eſt, Relatiua ſuſcipiunt magis & minus, vt aliqua duo dicũtur magis ſimilia, q̃ alia duo. V. G. duo calida intenſa ſunt magis ſimilia q̃ intenſum calidum & remiſſum calidum. Pręterea linea cubitalis & bicubitalis ſunt minus inæquales q̃ cubitalis & decem cubitorum. Hæc aũt eſt communitas, quia nõ ſoli relationi conuenit: nam cõuenit qualitati. Item non conuenit omni, nõ.n. conuenit relatiuis denoĩatis a numero, vt duplo triplo & quatruplo. Cõſiſtunt.n. in indiuiſibili, ſicut et numeri. Sed ad-

uerte, ꝙ hęc cōitas non verificatᷓ de relatiuis niſi ꝓpter fundamenta. Nā ſi fundamenta non ſuſcipiunt magis & minus, nec etiam relatiua. Vn̄, quia qualitates fundantes ſilitudinem & diſsimilitudinē ſuſcipiunt magis et minus, puta qa in vno extremo eſt pfectior albedo, in alio aūt parum imperfectior, dicenᷓ diſsimilia: ſi aūt in alio ſic aliud impfectior dicenᷓ magis diſsimilia: ex qbus patet, ꝙ ꝯrietas, & intenſio & remiſsio nō cōueniunt p ſe, ſed per aliud relatiuis, ſoli aūt qualitati cōueniunt primo & per ſe, vt tibi declarabitur in cap. ſeq.

Sed dices. Ariſtoteles vult ꝙ inęquale ſicut diſsimile ſuſcipiat, magis & minus: ſed inæquale fundatur in q̄titate, de qua diximus in cap. pręced ꝙ non ſuſcipit magis & minus: ergo inquale nec per ſe, nec ratione fundamenti ſuſcipit magis & minus. Rn̄detur ꝙ ſuſcipit magis & minus rōne fundamenti. Nam licet q̄titas vt q̄titas denominatur a numero, non ſuſcipiat magis & minus, tamen nō inconuenit quantitati non denominatæ a numero ſuſcipere magis & minus, vt declarabimus in Quarto phyſicorū in cap. de vacuo in quæſtionibus noſtris. Vel dicendum, ꝙ quantitas ſuſcipit magis & minus extēſiue, ſicut qualitas intēſiue & hoc ſufficit ad ſaluandum ꝙ relatiua ſuſcipiūt magis & minus. Hæc de ſecunda communitate dicta ſint.

Tertia quæ eſt ꝓprietas talis es. Relatiua dn̄r ad conuertentiam, vt pater, filij pr̄, & filius, patris filius. Pro cuius notitia declarandū eſt quid ſit conuertētia, & qd dici ad conuertentiam. Tu igiᷓ aduerte, ꝙ dr̄ia eſt inter conuertentiam & cōuertibilitatem. & conuerſionem. Nam conuertētia eſt mutua dependētia duorum correlatiuorū ī aliquo caſu, puta ī genitiuo vel datiuo vel ablatiuo, & dici ad cōuertētiā eſt aliqua referri inter ſe ſm mutuam dependentiā in aliquo caſu, puta pater dr̄ ad filium p conuertentiā, quia pater eſt filij pater, & econuerſo filius eſt patris filius. In datiuo aūt dicūtur relatiua æquiperantiæ ad conuertentiam, vt æquale eſt 3. Cōitas.

equali equale, ſimili eſt ſimili ſimile. Amicus eſt amico amicus &c. Et in hoc ſenſu conuertentia eſt proprietas vera relatiuorũ, quia non conuenit alicui abſoluto vt abſolutum eſt. Cõuertibilitas aũt eſt æqualis duorum terminorum conuertibiliũ verificatio. Sũt aũt termini cõuertibiles q mutuo de ſeinuicem & æque ample verificantur, hmõi ſunt ſubiectum & propria paſsio, vt homo & riſibile: Diffinitio & diffinitum, Spẽs & differentia ſpecifica, vt homo & rationale. Nã de quocũq; prædicatur vnum prædicatur alterum, & de ſe mutuo prædicantur. Et ab vno ad alterũ, & econuerſo in ſubſiſtendo valet conſequẽtia: nam bene ſequiť, hõ eſt, ergo riſibile eſt, ergo rõnale eſt, ergo aĩal rõnale eſt. Et hæc non eſt ꝓprietas relatiuorum, ſed potius terminorum incomplexorum conuertibiliũ. Conuerſa aũt eſt tranſmutatio prædicati in ſubm & econuerſo, & eſt ꝓpõnum & nõ terminorum, vt ſupra docuimus agẽtes de conuerſionibus ꝓpõnum categoricarũ. Cõſtat igitur tibi quid ſit relatiua dici ad conuertentiam.

4. Proprietas. Quarta eſt ꝓprietas, q̃ talis eſt, Relatiua ſunt ſimul nã, ita ꝙ poſito vno ponitur reliquũ et remoto vno remouetur reliquum. Necq;.n. eſt intelligibile ꝙ ponatur pater & nõ ponatur filius, aliter non dicerenť ad conuertentiam: necq; eſt imaginabile ꝙ ponatur duplum & non ponatur dimidiũ, reſpectu cuius dr̃ dimidium. Sed aduerte, ꝙ hæc ꝓprietas requirit duas cõdõnes: primo ꝙ ſumanť ineſſe relatiuo, & non q̃tum ad eorũ fundamenta: nam q̃tum ad eorum fundamẽta non inconuenit vnũ eſſe prius, alterum poſterius, vt pater & filius rõne qua ſunt homo. In rõne aũt generantis et geniti ſunt ſimul natura, qm̃ generãs eſt alicuius geniti generans, & genitũ eſt ab aliquo generante genitum, ſecundo oportet ꝙ intelligať ſimul natura actu vel potentia. Qđ dico ꝓpter relatiua ſecundum dici, qualia ſunt ſcĩa & ſcibile, ſenſus et ſenſibile, virtus et opus virtuoſum. Nã non eſt neceſſe ꝙ ſi eſt ſenſibile in actu ſit

ſenſus in actu, ſtat.n.lapidem eſſe in fundo maris, & tamen a nullo ſentiri, & iō ſic intelligendum eſt. Si vtrunque relatiuum in eſſe relatiuo eſt actu, ſunt ſimul natura actu, ſi autem vtrunque in eſſe relatiuo eſt in potentia, ſunt ſimul natura in potentia. Hæc de quarta proprietate dicta ſint.

Poſitis proprietatibus & communitatibus relatiuorum aſsignanda ſunt duo correlária ad mentem Ariſt. & logicantium realium. Primum eſt. Relatiua poſita ſe ponunt, & perempto vno perimitur reliquū: & ſic intelligitur, ſi ponitur vnum ponitur reliquum, & corrupto vno, corrūpitur reliquum, & hoc corollarium pendet a quarta proprietate. Nam bene ſequitur, relatiua ſunt ſimul natura, ergo ſimul incipiunt & deſinūt. ea.n.ſunt ſimul natura, quorum eſt vnus ortus & occaſus, ergo pôſita ſe ponunt, & perēpto vno perimitur reliquum. Sed aduerte, ꝙ duæ conditiones requirunt, primo ꝙ conſideretur in eſſe relatiuo, & non quo ad fundamenta.ſ.inquātum res abſolutæ ſunt. Nam licet non ponatur filius vt filius niſi ponat pater, vt pater, neqꝫ deſinat eſſe filius, vt filius niſi deſinat pater vt pr̄, tñ filius vt homo pōt poni corrupto patre, vt homo eſt & ecōuerſo. Vnde ſolet dici ꝙ hoc corollarium verificatur de relatiuis formaliter acceptis, & non mal̄r, ſiue fundamentaliter cōſideratis. Secundo ꝙ ſumatur correlatiuum totaliter, & non ſolum partialiter. Qđ dico qm̄ correlatiuum patris eſt filius. Vnde poſito ꝙ vnus pater haberet decem filios, & moriantur aliqui, propter hoc non deſinit eſſe pater niſi partialiter.ſ. reſpectu filiorum defunctorum. Ad hoc autem ꝙ oīno deſinat eſſe pater, oportet ꝙ omnes filij deficiant, qm̄ omnes ſimul ſumpti ſunt totale correlatiuum patris. Sed id ad plenum tibi manifeſtabitur in Quinto Metaphyſicæ ſecundo viam thomiſticam.

Scdm eſt.ſi quis diffinit, i.determinat, & reſolute nouerit vnum relatiuorum, noſcet, & reliquum.

Vt ſi quis determinate nouit quid ſit duplũ, noſcet determinate cuius ſit duplũ, quia dimidij & rõ huius eſt, quia vnũ diſſinitur p reliquũ & econuerſo, ita ꝙ in diſfinitione dupli ponitur dimidiũ & econuerſo, & in diſfinitione dñi ponitur ſeruus et ecõuerſo. Vñ in eodem inſtãti fertur intellectus in relatiuũ, & ſuũ correlatiuũ. Cũ igitur diſſinitio faciat determinate ſcire diſſinitũ, & relatiua mutuo diſſiniantur, ergo mutuo cognoſcunť.

Sed dices. Si mutuo diffiniunť, ergo eſt circulus in diffinitionibus, qui reprobatur in Primo Poſteriorũ.

Rñdetur, prohibetur circulus in abſolutis, quia non ſunt de mutuo intellectu, licet. n. aĩal ſit de intellectu hoĩs, non tñ econuerſo. Qm̃ aũt relatiua ſunt de mutuo intellectu, iõ non incõuenit circulus in eorum diffinitionibus. Hæc de prædicamento relationis dicta ſint ad mentem pħi & logici realis. Noĩales vero de hoc pręddicamẽto cito ſe expediunt. Nã diffiniunt illud eodem modo ſicut & reliqua p̃dicamenta & aſsignãt genus gñaliſsimũ, & genera ſubalterna, & ſpecies ſpecialiſsimas. Diffiniunt aũt ſic. Prædicamentum ad aliquid eſt ordinatio plurium terminorum, ſ. vniuocorũ & de pluribus prædicabilium ſm̃ ſub & ſupra, & ſignificantium relationem. Termini aũt ſignificantes relationem ſunt illi, per quos conuenienter rñdetur ad interrogationem factam de aliquo ad quid eſt. Nam ſicut in prædicamento interrogatio fit per quid, & in prædicamento quantitatis per quantum, & in prædicamento qualitatis per quale, ſic in prædicamento relationis fit interrogatio per ad quid. Vt quando quæritur ad quid refertur vel dicitur pater, reſpondetur ad filium, & dominus ad ſeruum &c.

Hanc aũt huius p̃dicamenti ſeriem ſic diſponunt. genus gñaliſsimũ eſt relatio ſupple realis, vt excludam' relationem rõnis, quæ cum ſit ens rõnis in nullo eſt p̃dicamẽto, vt identitas qua ſortes eſt idẽ ſibiipſi. Sed de hoc agendũ eſt in lib. 5. Metaph. eſt aũt realis & p̃ſtalis

relatio, quæ tres condõnes habet:primo qđ extrema ſint entia realia, cuius defectu relatio pdicati ad ſubm, ſpēi ad genus, non eſt realis: ſcđo ꝙ extrema ſint entia realia realr diſtincta ab inuicem, cuius defectu relatio identitatis, q̃ eſt eiuſdem ad ſeipſum, nõ eſt realis. Tertio ꝙ extrema ſint eiuſdē ordinis.i. ꝙ mutuā habeant dependentiā ab inuicē, cuius defectu relatio inter Deū & creaturam ex parte Dei nõ eſt realis, qa Deus eſt penitus indepēdēs. Relatio igiť realis eſt genꝰ gñaliſsimū. Sub relatione ſunt tria gña ſubalterna ſ.Relatio ęqperātię, Relatio ſuppõnis, Relatio ſuppõnis. Sub relatione æqperantiæ ſunt iſtæ ſpēs, Vicinitas, amicitia, ęqualitas, ſilitudo, quarū indiuidua ſunt, hæc vicinitas, hæc amicitia, hæc æqualitas, hæc ſilitudo. Sub relatione ſuperpoſitionis ſunt iſtæ ſpēs, ſ. Paternitas, Dñiū, Magiſterium, Maioritas, & ſua indiuidua ſunt hæc, hæc pr̃nitas, hoc dñium, hoc magiſteriū, hæc maioritas. Sub relatione ſuppõnis ſunt iſtæ ſpēs, ſ. filiatio, ſeruitus, diſciplinatus, minoritas, & indiuidua ſunt hæc, hæc filiatio, hęc ſeruitus, hæc minoritas, hic diſciplinatus, et hic terminať intentio noſtra, ſuper p̄ntum ad aliquid.

De prædicamento Qualitatis. Cap. 5.

IN. 5. ca. agendū eſt de p̄ñto qualitatis ad mentem Ariſt. & logici realis, de quo quatuor vidēda ſunt. Primo de qualitate qd ſit. Secundo quæ & quot ſint ſpecies qualitatis. Tertio agendum eſt de cõcreto qualitatis, ꝙ dicitur quale. Quarto agendum eſt de cõmunitatibus & proprietatibus qualitatis.

Quantum ad primū aduerte ꝙ apud Ariſt. qualitas eſt ſm q̃ꝫ quales dicimur, vt ſecundum iuſtitiam iuſti. *Qualitas quid.* Quæ quidē diffinitio datur ab effectu & a poſteriori, qualitas.n.eſt cā formalis, qua efficimur quales, & ſi accipiatur vt ſonat, & non aliter exponať, non conuenit ſoli qualitati prædicamentali. Nam & per drīam eſſentialem dicimur quales, vt qualis eſt homo, rñdetur, rõnalis. Vnde & Porphyrius dicit in prædicabilibus ꝙ

homo differt ab equo rationali qualitate,& per actiōnem dicimur,quales, ſimiliter per paſsionē. Vt qualis eſt ſortes,rñdetur,eſt ſcribens,vel calefactus &c. Vt ergo ſit ꝓpria diffinitio qualitatis prædicamētalis,ſic intelligenda eſt. Qualitas eſt forma accidētalis ſecundum ꝙ primo & per ſe dicimur,i. denominamur quales. Per ly forma accidentalia excluditur differentia eſſentialis,quæ ſecundum rem non eſt qualitas,ſed tantum ſecundum modum prædicandi, ideó nón eſt in prædicamento qualitatis,ſed ſubſtantiæ.

Per ly primo & per ſe excludit̃ actio & paſsio, qm̃ per eas non dicimur quales , niſi qa ſunt viæ ad qualitates,vt calefactio ad calorem,& frigefactio ad frigiditatem. Vñ ſecundario & non primo & per ſe per eas dicimur quales.Per ly dicimur,non eſt intentio Ariſt. intelligere nos ſolos hoĩes , quaſi ꝙ tm̃ homó recipiẽs qualitatem denoĩatur qualis, ſed eſt modus ſic loquendi. Vnde vt extendatur diffinitio vl̃iter poteſt ſic formari, Qualitas eſt forma accidentalis,ſm ꝙ omne receptiuum qualitatis primo & per ſe dr̃ quale Et ſic declarata & formata conuenit omni & ſoli qualitati.

Spẽs qualitatis. Quãtum ad ſecundum aduerte,ꝙ apud Ariſt.quatuor ſunt ſpecies qualitatis, quæ quidem non ſunt ſpecialiſsimæ, ſed ſubalternæ, quoniam quælibet earum eſt habens ſub ſe ſpecies,vt tibi manifeſtabitur.

Prima. Prima eſt habitus & diſpoſitio: ꝓ cuius reſolutione quatuor agenda ſunt. Primo qũo comparatur diſpoſitio ad habitum. Secundo quid ſit habitus & diſpoſitio,vt ſunt duo genera qualitatis condiſtincta. Tertio in quo differunt & in quo conueniunt. Quarto quæ qualitates in hac prima ſpecie reponuntur.

Quantum ad primũ aduerte,ꝙ diſpoſitio dupl'r cõſiderari poteſt.primo gñal'r ꝓ omni qualitate,qua diſponitur ſubiectum ad operãdum operationes ſibi debitas,ſiue ſint perfectæ, ſiue imperfectæ.ſcd̃o particulariter ꝓ omni qualitate,qua imperfecte diſponit̃ ſub-

iectum ad operandū operationes ſibi debitas, licet im perfectas. In primo ſenſu diſpoſitio eſt genus ad diſpo ſitionem particulariter dictā, et ad habitū, et in hoc ſen ſu tam habitus q̃ diſpoſitio particulariter dicta ſunt di ſpoſitio. Vnde in hoc ſenſu intelligendū eſt illud, q. di cit Ariſt. q̄ oĩs habitus eſt diſpoſitio, qm̄ oĩs habitus diſponit ſubm̄ ad operandum, in ſecundo ſenſu diſpo ſitio eſt ſpẽs qualitatis diſtincta contra habitū, ſicut di ſtinguitur imperfectū contra perfectū, & nō p̄dicatur de habitu affir. ſed nega. Et in hoc ſenſu intelligit̃ illud, q̄ dicit Ariſt. diſpoſitiones nō neceſſe eſt habitus eſſe. Nam qui diſpoſiti ſunt, nō oĩno retinent habitū. Con ſtat ergo q̄uo diſpoſitio eſt genus ad habitus & diſpo ſitionem, & q̄uo eſt ſpẽs diſtincta contra habitū. Quã tum ad ſcd̃m aduerte, q̄ habitus eſt qualitas radicata in ſubiecto de difficili mobilis, qua per perfecte & per manenter diſponitur ſubm̄ ad operãdum operationes ſibi conuenientes, tam in bonum q̃ in malum. Vnde omnis ſcĩa perfecte acquiſita eſt habitus. Oĩs ars, oĩs virtus, omne vitium, cum radicata hæc fuerint in aĩa, ſunt habitus, quia non de facili tranſmutant̃, nec remo uentur a ſubiecto. Diſpoſitio vero condiſtincta cõtra habitum, q̄ Ariſt. appellat affectionem, eſt qualitas de facili mobilis & cito permutabilis a ſubiecto, non di ſponens ipſum ad operandum niſi leuiter et imp̄fecte. Et exemplificat Ariſt. de calore & frigiditate, de ſani tate & ægritudine, & aliis huiuſmodi. Nã inqt Ariſt. cito afficitur homo circa eas, & cito permutatur, vt ex calido fit frigidus & econuerſo, ex ſano æger, & econ uerſo, niſi forte in his, quæ per temporis lõgitudinem in naturam cuiuſq; transferuntur, vt ægritudo longi tudine temporis effecta inſanabilis, vt ptiſis, podagra, hydropiſis, paraliſis Tunc. n. non diſpoſitiones ſiue af fectiones, ſed habitus quis vocabit. Conſtat igit̃ quid ſit habitus, & diſpoſitio, vt ſunt ſpecies condiſtinctæ. Quantum ad tertium aduerte, q̄ habitus & diſpoſitio

conueniunt in forma ſignificata. Nā eadē qualitas pōt dici diſpō & habitus, inq̄tum actuat & qualificat ſubiectū diſponēs ipſum ad operādū. Sed differunt in mō diſponēdi. Nā ſi talis qualitas nondū ſit pfecte acquiſita nec formata in ſubто, dr̄ diſpō, vt ſcia & ars & virtus, qn̄ incipiūt de nouo acquiri, ſicut contingit in diſcipulis: diſponitur.n. ſubiectū imperfecte p ipſam. Si aūt perfecte acquiſita fuerit, vt ars in artifice iā exercitato, tūc diſpō trāſit in habitū. Et ſic cōſtat ꝙ habitus differt a diſpōne in duobus, primo qa habitus eſt qualitas pmanētior et diuturnior. Diſpō aūt eſt de facili trāſiens, niſi lōgitudine tpis & exercitio trāſeat in habitū. Scdo differūt, quia habitus pōt dici diſpō, ſed nō econuerſo. Nā qui habet habitū diſpoſitus & aptus eſt opari ſm habitū remoto impedimento, & in hoc ſenſu diſpō eſt quid ſuperius ad habitū, genus ad ſpēm, vt docuimus ſupra. Conſtat ergo qūo conueniunt & differunt.

Quantum ad quartū aduerte, ꝙ in hac prima ſpecie qualitatis continētur oēs qualitates habilitantes, & diſponentes ſubm ad operādum opationes ſibi conuenientes. Tales ſunt oēs qualitates & corporales, et ſpūales diſponētes ſubiectum ad operandū, quæ ſi firmatæ ſunt, dn̄r habitus; ſi non firmatæ, dn̄r diſpōnes. Corporales quidem ſunt ſanitas, et ſuū oppoſitū. pulchritudo & ſuum oppoſitū, elegantia & ſuū oppoſitū, robur & ſuum oppoſitū. nā formæ contrariæ ſub eodē genere continentur: Spūales ſunt habitus aīæ tam morales ꝙ̄ intellectuales. Morales quidē ſunt tēperātia, fortitudo, iuſtitia, & prudētia, & alij habitus, de quibus ptractaui mus ī Tertio, Quar. Quin. Ethic. & vitia eis contraria. Intellectuales ſunt, ſapiētia, ſcia, intellectus.i. notitia primorum principiorū, ars tam liberalis ꝙ̄ mecanica, & opinio, & virtutes infuſæ: oīa hæc ſunt in prima ſpecie qualitatis, vtpote habilitantia ſubiectū ad operandū.

2. Spēs naturalis potentia vel impoten.

Secunda ſpēs, ſ. ſubalterna, dicitur naturalis potētia vel impotentia, de qua tertia videnda ſunt. primo quid

ſint

ſint, ſecundo qũo cõueniunt & differũt ab habitu & diſpõne, tertio, quæ qualitates in hac ſpẽ reponãtur.

Quantum ad primum aduerte, ꝙ naturalis potẽtia eſt congenita & inſeparabilis rei proprietas, qua ex ſui nã vt principio formali potẽs eſt operari operationes ſibi cõuenientes a natura, & potẽs eſt reſiſtere contrarijs & nociuis: vt animal dicit̃ ſanatiuũ ex virtute ſua nãli, quãdo potens eſt operari opera ſua naturalia, & põt reſiſtere malis accñtibus patiatur ab eis. Naturalis aũt impotentia eſt cõgenita & inſeparabilis rei ꝓprietas, qua ex ſui natura & cõplexione impotens eſt ad operandum operationes ſibi debitas, nec reſiſtere põt cõtrarijs & nociuis accidentibus. Vt hõ dicitur ægrotatiuus, quia naturalem impotentiam habet operandi opera ſua naturalia, nec reſiſtere põt contrarijs, ſed de facili patit̃ ab eis. Et ſicut dictũ eſt de ſanatiuo & ægrotatiuo, intellige etiam de duro & molli. Durum.n.dicitur per naturalem vigorem, quo põt reſiſtere ſecanti vel percutienti vel perforanti, Molle vero dicitur per naturalem debilitatem, qua non poteſt reſiſtere ſecanti vel percutienti et cætera, ſed facile cædit eis, ita quod de facili ſecatur, aut percutit̃, aut proſternitur. Quantum ad ſecundũ aduerte, quod habitus & diſpoſitio, & naturalis potentia vel impotentia, cõueniunt & differunt. Cõueniunt quidem, qm̃ ſunt principia formalia ſubiecto, in quo ſunt operandi vt ſibi cõuenit. Differũt aũt in duobus, primo, qm̃ habitus & diſpõ ſunt qualitates aduentitiæ & nõ cõgenitæ, ſed acquiruntur aut exercitio, & cõſuetudine, ſicut habitus corporales & morales, ſimiliter diſpõnes, aut intẽtione aut doctrina, vt habitus & diſpõnes intellectuales propterea nõ ſunt inſeparabiles a ſubõ. Nãlis vero potẽtia & impotẽtia, non exercitio, nõ inuẽtione, nõ diſciplina, ſed ex forma rei, & ex cõplexione rei, vt patet ĩ nãlib⁹ ſimplicibus & cõpoſitis, aut a ſimplici eſſentia rei, vt ĩ imaterialibus ſubſtãtijs emanãt. Iõ ſunt cõgenitæ & inſepa-

p̃ntum particulare, vt manifeſtabimus infra: ſecundo ſumitur ꝑ motu appetitus ſenſitiui, quo impellimur ad aliquid agendũ, & quo alteratur corpus, qualis eſt timor audacia, deſideriũ, amor, odiũ, ſpes, ira, de quibus oĩbus loquemur in tertio de aĩa, & ſic paſsio eſt quidem in p̃nto qualitatis, qm̃ qualificat ſubm̃. Interrogamus.n. de Socrate qualis eſt, & reſpõdetur, ꝙ eſt iratus, aut audax, aut timoroſus, aut triſtis &c. ſed paſsio ſic dicta eſt in ſecunda ſpecie, ſicut eſt potentia animæ appetitiua: tertio ſumitur ꝑ qualitate ſenſibili, i. ab aliquo quinq; ſenſuum perceptibili cito tranſiens, nec denominans ſubm̃ quale ſimplr̃, ſed ſcd'm quid, vt tibi declarabitur, & ſic de ea eſt hic ſermo hũdus. Sic autem diffinienda eſt. Paſsio eſt qualitas cito tráſiens inferens paſsionẽ, vel illata ab aliqua paſsione, vt pallor ꝓueniens ex timore vel ira, & rubedo ex verecũdia. Paſsibilis vero qualitas non dicitur paſsibilis quaſi ſit apta pati tanquã ſubm̃ patiens aut paſsibile, ſed dicit̃ paſsibilis, quia cauſat paſsionẽ in ſenſu, dũ ſentitur verum niſi aliud addat̃, nõ diſtinguetur a qualitate, quæ dicit̃ paſsio, nã, vt diffiniuimus & ipſa infert paſsionẽ, vel infertur a paſsione. Vt ergo diſtinguatur ſic diffinienda eſt, Paſsibilis qualitas eſt qualitas firmata in ſubiecto, difficulter vel nũquam ſeparabilis a ſubiecto, inferens paſsionẽ ſenſui dum ſentitur, vel illata ab aliqua paſsione ſimpliciter denominans ſubiectũ ſuum quale. Dicitur firmata in ſubiecto, ad differentiam qualitatis, quæ dicitur paſsio, quæ quaſi tranſeunter adhæret ſubiecto: vt rubedo ex verecundia. Dicit̃ difficulter, vel nunquam ſeparabilis, quoniam aliqua qualitas eſt congemita ſubo, vt albedo in niue, calor in igne, dulcedo ĩ melle, amaritudo ĩ abſinthio, et iſtæ dñr q̃litates paſsibiles inſepabiles: aliqua aũt de nouo aduenit ſubo, ſed longitudine tẽporis adeo firmat̃ qđ vix amoueri põt, vt color croceus ex ictericia, & pallor ex phthiſi, et amaritudo ĩ lingua ex colera aduſta.

Dicitur inferẽs paſsionẽ ſenſui dum ſentit: aduerte, quod vt declaratur in lib. 2. de Aīa, ſentire eſt pati, & ſenſatio eſt paſsio, prout ſenſibile agit in ſenſum, et ſenſus recipit impreſsionẽ a ſenſibili, ideo paſsibilis qualitas, q̄ eſt apta ab aliquo ſenſu ſentiri, dr̄ inferre paſsionẽ. Dicitur ſimplr̄ denominans ſubm quale, vt in hoc diſtinguatur a qualitate, quæ eſt paſsio. Nā licet ſit eſſentialiter qualitas, nō tñ denominatiue ſimplr̄, ſed tm̄ aliquo modo: Vnde dicit Ariſto. quod nō dicimur rubei, facti rubei propter verecūdiam, ſed paſsi ruborem. Prō cuius notitia aduerte, quod ad denominationẽ ſimplr̄ dictā tria requiruntur: primo quod forma in ſit ſubiecto pro aliquo gradu intēſo, & non ſimplr̄ remiſſe: huius defectu, tepidum non dicitur calidum ſimplr̄, qm̄ in tepido non eſt calor niſi remiſſe: ſecūdo quod forma informet ſubiectum ſcd'm totū, vel pro maiori parte: huius defectu, licet æthiops ſit albus dētes tm̄, tñ non dicitur ſimplr̄ albus, ſed ſimplr̄ niger, qm̄ per totum, exceptius dentibus, eſt niger: excipit aūt quando ex parte eſt aptum & denominari totū, vt licet ſimitas ſit tm̄ circa naſum, & gibus circa dorſum, & criſpitudo circa capillos, tñ homo denominatur ſimplr̄ ſimus ex naſo, criſpus ex capillis, giboſus ex dorſo. Tertio q̄ pro aliqua notabili longitudine tēporis forma inſit ſubo: huius defectu, nec erubeſcentes dñr rubei, nec timentes pallidi, nec lauantes manus in aqua frigida frigidi, ſed ruborē pallorem & frigiditatē paſsi. Conſtat ergo quid ſint & in quo differant paſsio & paſsibilis qualitas. Et ſi bene aduertes inuenies qd' ſicut ſe hēt in prima ſpē diſpoſitio ad habitū, ſic in tertia ſpē paſsio ad paſsibilē qualitatem.

Quę in hac ſ. ē re parantur. Quantū ad ſcd'm aduerte, qd' in tertia ſpē qualitatis continentur oēs qualitates, quæ percipiunt quinq; ſenſibus exterioribus, vt color & oēs ſpēs colorū, & ſonus & oēs ſpēs ſonorū, & odor et oēs ſpēs odorū, et ſapor & oēs ſpēs ſaporum, & oēs qualitates tangibiles

primæ, vt calidũ frigidũ humidum ſiccum: et ſecũdæ, vt aſperũ & lene, durum & molle, graue & leue. Oẽs enim immutant ſenſum, ex conſequenti paſsionẽ inſerunt ſenſui dum ſentiuntur. Item ſecundum eas fit alteratio. Alteratio aũt maxime fit in tertia ſpẽ qualitatis, vt tibi declarabiť in ſeptimo lib. Phyſicorũ, ğ &c. Conſtat igitur tibi quæ qualitates in hac tertia ſpẽ cõtineantur. Quãtũ ad tertium aduerte ꝙ dubium oriť circa ꝑdicta. Nã Ariſto. in prima ſpẽ numerauit calorẽ & frigiditatẽ, & in ſecunda ſpẽ numerauit durũ & molle, & in tertia ſpẽ, eadẽ numerata ſunt: ſed impoſſe eſt diuerſorũ generũ & nõ ſubalternatim poſitorũ eſſe eaſdẽ ſpẽs, vt docuimus in Anteꝑ̃ntis: cõſtat aũt, ꝙ tertium genus nõ ſubalternať ſecũdo, nec ſcďm ſubalternať primo: ğ calor & frigiditas nõ pñt contineri in prima & in tertia ſpẽ, nec durũ & molle pñt contineri ſub ſecunda & tertia. Rñdeť calor & frigus duplr ſumuntur, primo inquantum ſunt principia actionis, ſecundo inquãtũ percipiuntur ſenſu & paſsionẽ inferũt ſenſui: primo mõ cõtinentur in prima ſpẽ, ſcďo mõ in tertia: eãdẽ diſtinctionẽ intellige de duro & molli: primo mõ ſunt in ſcďa ſpẽ, ſcďo mõ in tertia. Nec obſtat ꝙ dicitur, Diuerſorum generum &c. Intelligiť.n. ꝙ eadẽ res ſub eadem rõne, non põt eſſe ſpẽs diuerſorũ generũ, ſub diuerſa aũt nihil prohibet: ſicut etiam ſcientia inquantũ perficit ſubm̃ eſt in p̃nto qualitatis, inquantum habet reſpectũ ad ſcibile eſt in p̃nto ad aliquid. Hæc de tertia ſpẽ qualitatis dicta ſint.

Quarta ſpẽs dř forma & circa aliquid cõſtans figura: & tria vidẽda ſunt, primo qd ſint forma & figura, ſcďo q̃ reponunť in hac ſpẽ, tertio remouebiť dubiũ. *Quinta Spes. Forma & figura.*

Quãtũ ad primũ, vt ſcias in q̃ ſenſu forma cõſtituiť quartã ſpẽm qualitatis, & qd ſint forma & figura, & q̃uo differãt & cõueniũt aduerte ꝙ forma apud Pħm tripliciter ſumitur vt tibi declarabitur in. 1. Phyſicorũ & in q̃nto & in primo de gñatione, primo ſumiť pro

forma ſubali, q̃ cōpoſitū nāle cōſtituit̃ ineſſe actuali; vt p aīam informātē, hō eſt hō, leo eſt leo, & hæc nō eſt in p̄nto qualitatis, qm̄ nō eſt accn̄s, ſed eſt in p̄nto ſubæ, non quidē primo & p ſe, ſed reductiue, vt pars eſſentialis ſubæ cōpoſitæ, ſicut docuimus in p̄nto ſubſtātiæ: & de hac non eſt hic ſermo, nec intētio Ariſto: ſecundo ſumit̃ pro oī re, q̃ vere eſt accn̄s, q̃ dat eſſe ſubiecto, poſtq̃ cōſtitutum eſt in eſſe ſubali per formam ſubalē, ita ꝙ eſt poſterior nā vel tpe, q̃ forma ſubalis: nā quidē, vt accn̄tia ꝓpria, tpe aūt, vt accn̄ti aduentitia, & in hoc ſenſu forma accn̄talis ſumpta vl'r, reperit̃ in p̄ntis oībus nouem accn̄tium, præcipue aūt in q̄titate & qualitate, & in oī ſpē qualitatis: nā habitus & diſpō, potentia & impotentia, paſſio & paſſibilis qualitas, dant eſſe accn̄tale ſubo in quo ſunt: tertio ſumit̃ particulariter & ſpecifice pro re accn̄tali, q̃ ꝓcedit ex quantitate, ſic vel ſic terminata lineis aut ſupficiebus, prout cōuenit rei naturę, et ī hoc tertio ſenſu eſt quarta ſpēs q̄litatis & ſic diffinięda eſt ad mētē Ariſto. forma eſt terminatio ſiue clauſura linearū & ſupficierum in cope nāli cōpoſito ſiue aīato ſiue inaīato, ꝓut forma ſubalis requirit. Ideo videmus aliā formā lineamētarē in hoīe, in æquo, in leone, & in humana ſpē tātā diuerſitatē formarū in diuerſis indiuiduis. Figura autē eſt ordinatio, ſiue terminatio aut clauſura linearū & ſuperficierū, nō vt reſpicit formā ſubalē, cui ꝓportionatur, ſed vt reſpicit quātitatē debitā corpi, cuius eſt figura. Cōueniūt aūt forma & figura in hoc, ꝙ eadē q̄litas numero et ſcd'm eſſentiā dr̄ forma et figura, ſed ad inuicē cōparata differūt in duobus. primo, qa forma reſpicit formā ſubalē, quæ tale linearū & ſupficierū lineationē & ꝯtractionē reqrit, figura aūt reſpicit debitā quātitatē corporis: ſcd'o differūt, quia forma proprie dr̄ in rebus nālibus tā aīatis quā inanimatis, figura uero in rebus artificiatis.

Quæ in hac ſpē reponatur.

Quantū ad ſcd'm aduerte, ꝙ in hac ſpecie cōtinen-

tur oẽs figurę de quibus pertractat Mathematicus, vt Sphęra, triangulus, quadratum, pentagonũ, exagonũ & ſic in infinitũ: & curuitas et rectitudo q̃ ſunt circa li neã & cõcauum & conuexum & planum q̃ ſunt cir ca ſuperficiem: & ſphæricũ & pyramidale quæ ſunt circa corpus. Nã per hæc oĩa dicimur quales ĝ &c.

Quantum ad tertiũ aduerte q̧ dubiũ eſt de raro & denſo, de aſpero & leni. Nã primo aſpectu videnť eẽ qualitates, qm̃ ſecundum ipſa corpus denominať qua le. Nã ſi interrogatur quale ſit hoc corpus, rñdetur, rarum vel denſum, aſperum vel lene. Ex alio aũt vidẽ tur ſpectare ad p̃ntum ſitus, ſicut manifeſtabitur ex dif finitionibus ſuis. Ex alio videntur eſſe in tertia ſpẽ qua litatis, cõputantur. n. inter qualitates tangibiles, quas ſupra diximus contineri in tertia ſpecie qualitatis.

Rñdeť. Rarũ & dẽſum aſperũ & lene, tripliciter cõ ſiderari p̃nt: primo quãtũ ad illud. qđ ſimpľr ſignifi cãt, ſignificatũ aũt innoteſcit ex diffõne, diffõnes vero eorũ manifeſte reſpiciũt poſitionẽ. Nã ſcđ'm Ariſto. Rarũ eſt, cuius p̃tes non cohærẽt, ſed diſtãt ab inuicẽ, vt patet in aqua calefacta, vel ebuliente. Dẽſum vero eſt, cuius p̃tes bñ cohærẽt et valde ꝓpinquæ ſunt, vt patet in aqua cõgelata, et in terra ſicca. Lene aũt eſt, cu ius p̃tes æqualiter ſituatę ſunt, nec vna ſupereminet al teri. Aſperũ vero eſt cuius p̃tes nõ æqualiter ſituãtur, ſed vna ſupereminet alteri. Quãtũ ĝ ad ſuũ ſignificatũ ſumptũ ex diffõnibus, ſpectãt ad p̃ntũ ſitus, ſiue poſi tionis, de quo loquemur infra: ſcđ'o p̃nt cõſiderari in quãtũ cauſantur ex diuerſa protractione linearũ & ſu perficierũ. Nã in raro fit maior protractio, in dẽſo au tẽ breuior, & in leni fit ꝓtractio in rectũ, in aſpero aũt in curuo, aut concauo &c. Et vt ſic ſpectãt ad quartã ſpẽm qualitatis, ſicut rectũ curuũ concauũ planũ &c. tertio p̃nt conſiderari vt immutant ſenſum tactus & paſſionẽ cauſant in eo, ſicut cæteræ q̃litates tãgibiles. et vt ſic ſunt in tertia ſpẽ qualitatis, ſicut forma & figu

ra inquantū ſunt ſenſibilia cōia, vt tibi declarabitur in ſecundo de aīa, ſed pro nūc ſuſtine. Conſtat igitur tibi quō ſunt quatuor ſpecies ſubalternę p̄nti qualitatis, & quid ſit vnaqueqꝫ earum, & quæ in vnaquaqꝫ contineanť. Nūc de quali ꝙ ē cōcretū qualitatis agēdū eſt.

De quali. Quantū ad tertium principale agendū eſt de cōcreto qualitatis, quod dicitur quale. De quo tria agenda ſunt. Primo quid ſit, ſecūdo quot modis ſumiť a qualitate, tertio quō conuenit & differt a qualitate.

Quid ſit quale. Quantū ad primū aduerte, ꝙ apud Ariſt. ſic diffinitur in plurali Qualia dn̄r, ſiue ſunt, quæ ſm̄ hæc denominatiue dn̄r, vel quōlibet aliter ab his. Quæ diffō ſic intelligēda eſt Qualia ſunt cōcreta, q̄ ſm̄ hæc, i. ſecūdū has quatuor ſpēs qualitatis, denominatiue dn̄r, vt iuſtus a iuſtitia, ſenſitiuus a ſenſu, albus ab albedine, triangularis a triāgulo, vel quōlibet aliter ab his, i. vel dicuntur quocūqꝫ alio modo a qualitate q̄ denominatiue: nā, vt dicemus, aliqua dn̄r qualia, quæ tn̄ non denominantur ab aliqua qualitate, cui ſit nomē impoſitum, vt dicemus de curſore & pugillatore.

Quale quot modis a qualitate dicitur. Quantū ad ſcd'm aduerte, qđ quale ſumiť a qualitate tribus modis: primo a qualitate noīata noīe abſtracto, ita qđ cōuenit cū noīe abſtracto in principio, & differt ī fine, vt a iuſtitia iuſtus, & hoc eſt quale ſumptum denominatiue re & noīe a qualitate: ſecundo a qualitate innominata, et hoc mō nō dř quale denominatū ſic vel ſic a tali qualitate, ex quo illa qualitas eſt innominata, ſed dř quale, qm̄ ſecundum rem deriuatur ab aliqua qualitate, quæ ineſt ſubiecto, & hoc mō dicitur quale in ſecunda ſpē qualitatis reſpectu potētiarū naturalium, quæ nō ſunt noīatæ nominibus proprijs, vt potētia currendi & pugillandi & pugnādi & paleſtrādi, a qbus dn̄r curſor & pugillator, & pugnator & paleſtricus, hoc igiť mō dř quale a qualitate nō denominatiue, ſed deriuatiue, nō ſcd'm nomē, ſed ſm̄ ſignificatū. Sed aduerte, ꝙ curſor et pugnator poſſunt

dici ab arte curſoria & pugnatoria. q̄d ſi dicantur ab arte q̄ eſt in prima ſpē qualitatis, dñr quales a qualitate denominatiue, q̄m artes nominãtur nominibus ꝓpriis, ſi aũt a potẽtiis nãlibus innominatis dñr a qualitate nõ denominatiue, ſed deriuatiue ſignãto tantum. Tertio a qualitate nominata, ſed non eodem nomine abſtracto, cum quo cõcretum cõueniat in principio et differat in fine. Et hoc modo ſtudioſus eſt qualis & dr̃ a virtute, quæ eſt qualitas nominata. Verum, quia nõ cõuenit in nomine cum virtute, ideo nõ eſt denominatiue formaliter ab ea, ſed tãtũ realiter. Studioſus eſt.n. qui habet virtutem. Q̄m igitur his tribus modis, quale, dr̃ a qualitate, ſiue denominatiue ſiue nõ, verum eſt dicere quod qualia ſunt abſolute & vl̃r loquẽdo, quæ a qualitate dñr, ſiue denominatiue ſiue aliter.

Quantum ad tertiũ aduerte, vt ſcias q̃uo cõueniunt quale & qualitas, quod ſe hñt vt concretum & abſtractum, q̄ cõueniũt in vno & differũt in quatuor. Cõueniũt q̄dem in principali ſignato, q̄m eãdem rem ſiue eſſentiam ſiue formam dicũt, nam ſicut album ſm Ariſto. puram albedinem ſignificat & nõ ſubſtam, ſic quale puram qualitatẽ ſignãt. Differũt autem primo, q̄m abſtractum ſignãt eandem formã cum cõcreto, ſed cũ ꝑciſione & excluſione ſubiecti, cõcretum autem non excludit, ſed cõnotat ſubiectum, in quo eſt forma, album.n. nõ eſt ſimpl̃r albedo, ſed eſt albedo, vt in ſubiecto recepta, vt nix eſt alba, quia in ſe recipit albedinẽ. Differũt ſecũdo, q̄m abſtractũ nõ ꝓ̃tur in recto de eo, cui ineſt, cõcretum autem ſic. hæc.n. eſt falſa, Nix eſt albedo, hæc autem eſt vera, nix eſt alba. Differũt tertio, q̄m abſtractum ſe habet vt cã formalis, concretum autem, vt effectus formalis, nam album albedine eſt album. Differunt Quarto, q̄m abſtractum ſm e eſt genus aut ſpẽs in ꝑ̃nto, vt albedo, dulcedo, ſcientia, trian gulus, concretum autem non eſt ſpẽs, neq; genus, niſi rõne principalis ſignificati, in quo eſt idem cum ab-

Qualis a qualitate diſcrimen.

ſtracto vt diximus, vt aũt cõcernit ſubm eſt compoſitum p accñs. Dr.n. album, vt albedo componit cũ ſubiecto, nõ cõpõne ex his, ſed compõne cum his. Nullum aũt compoſitum p accidens eſt per ſe in pñto, ergo non eſt genus, neq; eſt ſpecies. Conſtat ergo quõ cõueniunt & differunt abſtractum & concretum, ex cõſequenti quale & qualitas. Hæc de quali dicta ſint,

Quantum ad tertium principale, aduerte quod Ariſtoteles tria aſsignat qualitati, ex quibus duo ſunt cõmunitates, tertium autem eſt proprietas.

Proprietatũ prima. Primum qdem eſt, quod õrietas eſt in qualitate. Cõſtat.n. calorem õriari frigiditati, humiditatem ſiccitati. Pro cuius euidẽtia aduerte tria. p̃ ꝙ hæc nõ eſt proprietas, ſed cõitas: neq; enim cõuenit ſoli qualitati, ſed etiã actioni & paſsioni. nam ſicut calor õriatur frigiditati, ſic calefactio frigefactioni, vt tibi manifeſtabitur in cap. ſequenti, ꝑpterea nõ cõuenit omni qualitati. Nõ enim cõuenit quartæ ſpẽi qm̃ ſicut quantitati nihil eſt õrium, ſic nec formis & figuris cãtis & fundatis in quãtitate, vt ſupra docuimus. Propterea nõ conuenit ſm Ariſt. medijs coloribus, qui ſunt medii inter album et nigrum, vt eſt color cinericius, pallidus, alurgus, croceus rubeus &c. nec medijs ſaporibus, q̃ mediant inter dulce & amarũ, vt ponticus & auſterus & craſſus &c. Nam õria ſunt quæ ſub eadem genere exiſtentia maxime diſtãt, vt declarabitur tibi Poſtpñtis: ſed medii colores & medij ſapores non maxime diſtant ſub genere caloris & ſaporis. magis enim diſtat album a nigro, q̃ pallidũ a nigro, & magis diſtat dulce ab amaro quã ponticum ab amaro. et ideo nõ ſunt õria õrietate perfecta, qualis eſt inter extrema. Secundo aduerte, quod licet Ariſtoteles non excipiat a contrarietate niſi quartã ſpeciem, & medias qualitates tertiæ ſpeciei, tamen loquendo de propria & perfecta contrarietate, quæ requirit quod ſint formæ actiuæ & paſsiuæ adinuicem, & ſecundum eas fiat alteratio, non eſt in prima

& in ſecunda ſpē, ſed tantum in tertia, vt tibi declarabitur in. 7. Phyſi. ſed ꝓ nunc ſuſtine. Qn̄ autem dicit Ariſtoteles, quod iuſtitia eſt ɔ̄ria iniuſtitie, ex conſequenti omnis virtus vitio ſibi oppoſito, intelligendum eſt de cõtrarietate nō ꝓpriiſsime dicta, illa autem eſt non ꝓpriiſsime dicta, cui deficit ſaltem vna conditio ꝓpriiſſimæ cõtrarietatis, q̄ ſunt quatuor: primo qđ ſint formæ eiuſdem generis, ſecūdo qđ maxime diſtent, tertio quod ſint actiuæ & paſsiuæ adinuicem, quarto qđ nō ſe ſimul compatiantur in eodē ſubiecto, ſed ſe mutuo viciſsim expellant ꝑ motum alterationis. Oēs iſtæ cõditiones inueniūtur in ſola tertia ſpē qualitatis inter extremas qualitates, ideo in ea ſola inuenitur oīno perfecta contrarietas. In prima ſpē & in ſecunda deficit tertia conditio, & ideo non eſt contrarietas perfecta in illis. & ſic patet quō intelligendum ſit, quod iuſtitia ſit contraria iniuſtitiæ. Tertio aduerte cum dicit Ariſtoteles, quod in qualitate eſt contrarietas: non ſumit qualitatem ꝓ genere generaliſsimo, qm̄ qualitas vt ſic non habet genus, ſub quo contineatur, neceſſe eſt autē contraria ſub eodem genere contineri: ſumit igitur qualitatem vt eſt in ſpeciebus ſuis, quaſi dicat, in generibus ſiue ſpeciebus qualitatis eſt contrarietas, vt declaratum eſt in tertia & in prima.

Secūdum eſt, quod qualitas ſuſcipit magis & min⁹. Nam inter alba aliquod eſt albius, & minus album altero, & inter iuſtos aliquis eſt iuſtior altero. Pro euidētia huius aduerte duo, primo quod hæc nō eſt ꝓprietas, non enim conuenit ſoli qualitati: ſed etiam actioni & paſsioni, vt tibi manifeſtabitur in capi. ſequenti, nec competit oī qualitati. nō. n. conuenit contentis in quarta ſpecie, quæ denominantur a numero, vt triangulus & quadratum & cætera. Nam licet detur maior aut minor triangulus ſm maiorem aut minorem protractionem linearum, non tamen datur magis & minus triangulus, & ratio huius eſt, quoniam declaratum *Secūda ꝓprietas.*

eſt in p̄nto q̄titatis, quod quantitas denominata a nu-mero vt bicubitum & tricubitum non ſuſcipit magis & minus, ergo nec formæ & figuræ ſup quãtitatẽ fun datæ. Præterea nõ cõuenit qualitatibus ſecũdæ ſpẽi, q̃ fluũt a rei eſſentia, qm̃ rei eſſentia cõſiſtit in indiuiſibili, ſic ꝓprietates & potẽtiæ nãles fluẽtes ab eſſentia. Vnde ſicut vnus homo nõ eſt rõnabilior altero, ſic nec riſibilior, aut minus riſibilis, niſi forte ſm actum, ſed tũc nõ dr̃ magis riſibilis, ſed magis ridẽs. Cõuenit aũt maxime qualitatibus tertiæ ſpẽi, & aliquibus primę, & aliquibus quartæ. Nam iuxta eas, quæ ſunt tertię ſpẽi fit alteratio ꝓprie dicta, vt tibi declarabitur in. 7. Phy. q̃d conueniant aliquibus, quæ ſunt in prima ſpẽ, vt virtuti morali, & ſciæ, & arti, patet, qm̃ perfectius & perfectius poſſunt in eſſe ſubiecto, & aliqñ in eis ꝓficimus, aliqñ deficimus. Q̃d conueniat aliquibus quartæ ſpẽi patet ex eo, quo dicimus hãc lineam magis vel minus curuam, quã illam ſiſr̃ & corpus. Cõſtat igitur q̃uo hæc non eſt ꝓprietas, ſed communitas qualitatis. Aduerte ſecundo, quod ſuſcipere magis & minus nõ conuenit qualitati, nec cuicũq; alteri formæ accidentali in abſtracto, ſed in cõcreto. Nam in abſtracto forma eſt in ſimplici, & inuariabili eſſentia cõſiſtẽs. Quod autem in cõcreto patet ex diffõne intẽſionis & remiſsionis. nã formam ĩtẽdi, eſt magis ac magis radicari in ſubiecto, & dare eſſe pfectius ac perfectius ſubiecto, remitti autẽ eſt oppoſito modo: clarum eſt ergo, quod forma dũ intenditur aut remittitur concernit ſubiectum: nõ ergo in abſtracto, ſed in cõcreto ſuſcipit magis & minꝰ. Propterea dicit Ariſt. Iuſtitiam nãq; a iuſtitia nõ multum aiunt magis ac minus dici, nec ſanitatem a ſanitate, minus autem alterum altero ſanitatem habere, ſic et iuſtitiam & grammaticam. Grammatitior enim alter altero dicitur, ſic & iuſtior & ſanior.

Tertia ꝓprietas. Tertium eſt, quod ſecũdum ſolas qualitates dr̃ ſimile & diſsimile vt albus albo ſimilis dr̃, albus autem ni

gro diſsimilis. Pro notitia huius aduerte duo, Primo qđ ſiĺitudo & ſuū oppoſitum dñr duplr.ſ.gñaliter & particulariter gñaliter qdem ſumiť ſiĺitudo ꝓ quacūq; couenietia duorum in aliquo p̃to, ſiue ſit p̃tum ſub̃ale, ſiue accidentale. Diſsimilitudo aūt eſt diſcōuenictia duorum in illo p̃to, & iuxta hūc ſenſum iuenitur ſiĺe & diſſimile extra p̃ntum qualitatis. Nam & duo agentia & duo patientia dñr ſimilia aut diſsimilia, & duo hoīes dicuntur ſimiles in humanitate, & in eſſe rōnali: & duo ſerui dicuntur ſimiles in ſeruitute & duo patres in paternitate. Patet ergo quod generaliter loquēdo ſunt in p̃nto ſub̃ę & qualitatis & ad aliquid & actionis & paſſionis, particulariter vero ſumitur ſiĺitudo ꝓ conueniẽtia aliquorum in qualitate, quæ ſit vnius ſp̃ei ſpecialiſſimæ, puta in albedine aut nigredine aut iuſtitia, aut grammatica. Diſsimilitudo aūt oppoſito modo, et ſic eſt ꝓprietas qualitatis in quarto modo, qm̃ conuenit oī, & ſoli, ſicut, & æqualitas & ſuum oppoſitum cōuenit ſoli q̃titati. & qdem qđ ſiĺitudo & ſuum oppoſitū ſint in ſecūdo ſenſu ꝓpria qualitatis, patet ex diffōnibus earum, quæ tibi manifeſtabuntur in metaphyſica. Pro nūc ſic accipe ad mẽtem Ariſ. Similitudo eſt rerū differentium eadem qualitas in ſpē, vt duo lapides albi. Diſsimilitudo aūt eſt rerum dr̃ium diuerſa qualitas, vt duo hoīes, quorum vnus iuſtus, alter iniuſtus.

Secundo aduerte qđ ſiĺe & diſsimile pōt eſſe tribus modis, primo oīno ſiĺe, ſecūdo oīno diſsimile, tertio modo mixto.ſ.ſiĺe & diſsimile. Oīno ſunt ſiĺia, quæ in eadem qualitate ſpecifica ꝓ eodem gradu cōueniūt, vt duo pugilli niuis in albedine, Oīno diſsimilia ſunt, quę in vna qualitate ꝓ nullo gradu cōueniūt vt nix & fuligo ſiue carbo extinctus. Mixto modo ſiĺia ſunt, quę in eadem qualitate ꝓ diuerſo gradu cōueniūt, ſicut albū vt tria, & album vt ſex. Intentio autem Ariſtotelis eſt loqui de ſiĺitudine & ſuo oppoſito in ſecundo ſenſu, et non in primo, & hoc ſiue conueniant in eadem quali-

tate p̄ æquali gradu, ſiue nō &c. Hęc de p̄ntō qualitatis ad mētem Ariſt. & logici realis dicta ſint. Quid autem nominales de eodem loquātur, cito me expediā. Tu igitur aduerte, quōd duo tātum de eo pertractāt, primo quid ſit p̄ntum qualitatis, ſecundo quę & quot ſint genera ſubalterna immediate poſita ſub qualitate, vt eſt genus generaliſsimum.

Quantum ad primum ſic diffiniūt, p̄ntum qualitatis ē ordinatio plurium terminorū vlium, & vniuocorum ſm ſub & ſupra, ſignificantium qualitatem. Hæc quidem diffō, qm̄ conformis eſt diffōnibus aliorum p̄dicamentorum, quas ſupra aſsignauimus ad mentem nominalium, ideo eodem modo eam intelliges & expones ſicut ſupradictas. Termini vero ſignificātes qualitatem ſunt illi, per quos reſpondetur ad interrogantem quærentem de ſubā qualis ſit. vt qualis eſt ſortes, reſpondetur, iuſtus: iuſtus ſignificat qualitatem.

Quantum ad ſecūdum aduerte, quod ordinant prædicamētum ipſum conformiter Ariſtoteli. Nam ponunt qualitatem genus generaliſsimum, ſub quo locant quatuor genera ſubalterna, non tamen ſm ſub & ſupra. Primum eſt habitus & diſpoſitio, cuius ſpecies ſunt Grammatica, Rhetorica, Phyſica, virtus moralis, vt temperantia iuſtitia &c. eius indiuidua ſunt, hæc grāmatica, hæc rhetorica &c. Secundum eſt naturalis potentia & impotentia, cuius ſpecies ſunt durum & molle &c. eius indiuidua ſunt hoc durum, hoc molle. Tertium eſt paſsio & paſsibilis qualitas, cuius ſpecies ſunt dulcedo, amaritudo, albedo, nigredo &c. indiuidua autem ſunt hæc dulcedo, hæc amaritudo &c. Quartū eſt forma & circa aliquid conſtans figura, cuius ſpecies ſunt circulus, triangulus, quadratū &c indiuidua ſunt hic circulus hic triangulus, & ſic habes in prædicamē to qualitatis, generaliſsimum, genera ſubalterna, ſpecies ſpecialiſsimas & indiuidua. Hæc de prædicamento qualitatis dicta ſint.

POſtquam tractatū eſt a nobis de quatuor primis p̄ntis ad mētem Ariſt agēdum eſt de ſex vltimis ,ſ.de actione & paſsione , de qñ & vbi,de ſitu & habitu,quæ Ariſ.ptranſiit,qm̄ exiſtimauit vt puto,qđ ex cognitione,& doctrina quatuor primorum,hæc vltima poſsint eſſe nota addiſcenti:Nam ad cōfirmationem huius dicit poſtquā compleuit tractatum de quatuor primis { De reliquis autē,eo quod manifeſta ſint, nihil de his aliud dr̄ , quam quod in principio dictum eſt. } Verum,quia non omnis addiſcens pōt ex dictis excipere ſufficiētem doctrinam de his ſex vltimis, iō Gilbertus porretanus,compleuit ſex p̄ntorum vltimorum doctrinam,quę ſex principia nominauit, de quibus nūc agere intendimus,iuxta ſententiam Gilberti, quæ peripatetica reputatur,licet nonnulli,ſed pauci aliter ſentiant.Primo igitur agendum eſt de prædicamento actionis,De qua tertia agenda ſunt . Primo diſtinguendum eſt de actione,vt ſcias in quo ſenſu hic loqui intēdimus de actione.Secūdo diffinienda eſt actio , vt facit p̄ntum diſtinctum ab alijs.Tertio aſsignādæ ſunt communitates , & proprietates huius prædicamenti prout diſtinguitur ab alijs.

Quātum ad primum aduerte quod in doctrina Ariſto. vt tibi manifeſtabit in li. 9.Meta. Actio eſt duplex ,ſ.immanēs & trāſiens.immanēs eſt illa, quæ remanet in agēte & pficit ipſum,& eſt ſubiectiue in ipſo,& iſtæ ſunt actiones aīæ;vt intelligere,velle deſiderare, ſentire,& breuiter oēs actiones morales & intellectuales. Trāſiens eſt illa,quæ cātur ab agente,ſed recipitur ſubiectiue in paſſo,ita quod licet agēs ſit eius principiū; nō tamē ſubm,vt calefactio aquę eſt ab igne,ſed nō remanet in igne,ſed recipitur in aqua.Idem.n.calor p calefactionem actiuam eſt ab igne,& per calefactionem paſsiuam recipitur in aqua. Actio tranſiens ſolet diſtingui in actionem,& factionem.actio eſt illa, per quam *Actio quot modis dicitur.*

nõ vĩ ꝓduci aliquis effectus remanẽs poſt ipſam vt cã tare citharizare, nauigare, factio eſt illa ꝑ quã ꝓducit effectus remanẽs poſt ipſam, vt fabricare, edificare. Nã poſt fabricationem & ædificationem, remanet fabricatum, & ædificatum, idem intellige de aliis factionibus mechanicis. Hic nõ ſumus locuturi de actione immanẽti, qm̃ vt tibi declarabitur in lib. 9. meta. eſt in p̃nto q̃litatis in prima ſpẽ, cum ſit velut diſpõ aut habitus pficiẽs agẽtem, ex p̃nti nõ eſt in p̃nto actionis, locuturi ergo ſumus tãtum de actione trãſeũte diuiſa in actionem & factionem. Hæc.n. ſola conſtituit p̃ntum præſens.

Actio 3a ſit. Quantum ad ſecũdum aduerte, qđ ſic diffinit apud reales. Actio eſt, ẜm quã in id, quod ſubiicitur, agere dicimur. Vt ſecãs dr̃ agere in eo qđ ſecat, puta in ligno, & ideo ſectio eſt actio. Hæc diffĩõ ſic intelligenda eſt, Actio eſt forma accidẽtalis, ẜm quam. i. per quam, velut per cauſam formalem, per modum emanãtis & nõ permanentis, dr̃ agens agere. i. cauſare aliquid in eo qđ ſubiicitur. i. in materia circa quam agit. vt calefactio eſt actio, quoniam ignis per illam cauſat calorem in materia, circa quam vel in quam agit. puta in manu, vel in ligno, vel in aqua. Dr̃ ꝑ quam, velut per cãm &c. ꝓ cuius notitia aduerte, quod agens põt dici agere in paſſum triplici medio. Primo per qualitatem ſibi intrinſecam, & ꝑmanẽtem, vt ignis per calorem ſuum agit in aquam, & ſol ꝑ lucem in hæc inferiora. Secũdo ꝑ actionem, cuius principiũ formale eſt ipſa qualitas intrinſeca agẽti. Tertio per inſtrumentum, vt ſecans ſecuri ſecat lignum. Primo modo dicitur agere forma permanenti. Secundo modo forma fluente, vtroq; tamẽ modo cauſa formali. Tertio modo effectiuo inſtrumentali in genere cauſæ efficientis. vt igitur diſtinguat̃ actio a forma intrinſeca agenti, & a cauſa effectiua inſtrumẽtali, dicitur in diffinitione, per quam velut per cauſam formalem ꝑ modum emanãtis, ſiue fluẽtis ab agente, & non permanentis intrinſecẽ & ſubiectiue in agẽte,

& aduerte

& aduerte, quod hæc diffinitio cõuenit oĩ actioni trã ſeunti, ſiue poſt ipſam relinquaẗ effectus, ſiue nõ: nam licet per citharizare nihil relinquatur permanens, tñ ei cõpetit diffinitio: qm̃ p citharizationẽ citharizãs agit in aerem & nauigãs in aquam commouendo ipſam. Conſtat igitur tibi quid ſit actio p̃ntalis.

Quantũ ad tertium aduerte qđ actioni attribuunẗ vna proprietas, & duæ cõmunitates. Proprietas quidem eſt hæc, proprium eſt actioni ex ſe inferre paſsionẽ: pro cuius notitia aduerte, qđ inferre paſsionẽ non eſt idẽ quod cãre paſsionẽ, alr̃ hoc nõ eſſet proprium actioni: nã ignis in hoc ſenſu infert paſsionẽ in manu, & ſenſibile ĩ ſenſu. Vñ dr̃ in. 2. de aĩa, qđ ſentire eſt pati, eſt aũt proprie inferre paſsionẽ, ſequi p cõſequẽtiam infallibiliter paſsionẽ ad actionẽ. Vt ſit ſenſus, poſita actione ex parte agentis, poniẗ paſsio ex parte patientis, ita qđ vno poſito vel remoto, poniẗ vel remoueẗ aliud, & in hoc ſenſu inferre paſsionẽ eſt ꝓpriũ quarto mõ actionis. Nã licet agẽs cauſet paſsionẽ, nõ tñ infert, qm̃ nõ ſequiẗ, ignis eſt, g̃ paſsio eſt. Põt n. ignis eſſe, & tñ nihil actu calefieri, vt in ſuprema pte ſuæ ſphæræ. Valet aũt cõſequẽtia, actio eſt, g̃ paſsio eſt: cuius rõ eſt: qm̃ actio et paſsio ſe hñt vt cã in actu et effectus in actu, quæ ſimul ſunt, vt tibi declarabiẗ in. 2. Phyſi. Cõſtat g̃ qũo & in quo ſenſu hæc eſt proprietas actionis. *Proprietatũ prima.*

Prima cõitas eſt hæc. Recipiunt aũt agere & pati cõtrarietatẽ, i. vna actio eſt contraria alteri, ſilr̃ paſsio: nã calefactio eſt contraria frigefactioni, & ægrotatio ſanationi: eſt aũt cõitas, qm̃ conuenit etiam qualitati, vt dictum eſt ſupra. *Cõitas. 1.* Secunda autẽ cõmunitas eſt hæc, recipiunt agere & pati magis & minus, i. vna actio eſt intẽſior et pfectior altera, ſilr̃ paſsio. Nã calefactio vt octo eſt intenſior actiue & paſsiue quam calefactio vt quatuor, & hoc cõuenit etiã q̃litati, vt dictũ eſt ſupra. *Secunda* Tũ tñ aduerte, qđ aliter, & aliter cõueniunt hæc duo qualitati & actioni, et paſsioni: nã q̃litati cõueniunt primo

S

& per ſe actioni autem, & paſsiõi depẽdẽter a qualitate, ita quod qualitas ſi eſt intenſa, eſt cã intẽſæ actionis vel paſsionis: ex quo ſequitur, qđ ſi qualitates aliquæ ſunt principia actionũ & paſsionũ, & nõ ſunt cõtrariæ, nec recipiunt magis & minus, nec actiones & paſsiones fundatæ ſuper eas cõtrariantur, nec intẽduntur, nec remittuntur: iſtæ ergo cõitates ſic intelligendæ ſunt, Agere & pati contrariantur, intendũtur & remittuntur, ſi qualitates, ſuper quas fundantur, contrariæ ſunt, & recipiunt magis & minus. Hæc de p̃nto actionis dicta ſint ad mentem realium.

Nominales aũt cito ſe expediunt, ſicut & de aliјs q̃tuor primis. Nã diffiniunt actionẽ, vt eſt p̃ntũ cõformiter ſicut et alia, & aſsignant genus generaliſsimum, & ſua genera ſubalterna, & ſp̃es ſpecialiſsimas, & indiuidua. Actionẽ vt eſt p̃ntũ ſic diffiniunt, p̃ntũ actionis eſt ordinatio plurium terminorum ſcilicet vniuocorum & prædicabilium, ſignificantium actionẽ ordinatorum ſecundum ſub & ſupra. Termini aũt ſignificantes actionem ſunt illi, per quos rationabiliter r̃ndetur quærenti de aliquo in quid agit: nã interroganti in hoc p̃nto, aſsignaẽ quæſitiuũ in qđ. Vt in quod agit carpẽtarius, r̃ndeẽ in lignum, & in quod agit ſtatuæ factor, reſpondeẽ in terrã, vel lapidẽ vel lignũ vel es.

Genera ſubalterna dicunt eſſe ſex locata ſub actione vt eſt generaliſsimum. Sunt aũt iſta, generare, corrumpere, augere, minuere, alterare, mouere ſecundum locum. Quid ſit vnumquodq; eorum dicemus in poſtprædicamẽtis in cap. de motu. Sp̃es primi, & ſecundi generis ſunt, generare hoĩem, co rrumpere æquum, indiuidua ſunt ſic generare hominem, ſic corrumpere æquum. Quarti, & tertij, generis ſunt ſp̃es, Augere in longum, minuere in latum: indiuidua aũt ſunt, ſic augere in longum, ſic minuere in latum. Quinti generis ſp̃es ſunt, calefacere, & frigefacere. Indiuidua aũt ſunt, ſic calefacere, ſic frigefacere. Sexti autem generis ſpe-

cies ſunt, mouere ſurſum, mouere deorſum, indiuidua aũt ſunt ſic mouere ſurſum, ſic mouere deorſum. Hæc de actione p̃ntali dicta ſint ſecundum reales, & nominales. Q̃uo aũt actio ſit motus, & quomodo ſubiecti ue ſit in paſſo, & non in agente, dicetur tibi in. 9. libro Metaphyſicæ, pro nunc ſuſtine.

De prædicamento Paſsionis. *Caput* 7.

IN cap. 7. agendum eſt de p̃nto paſsionis: & hic tria agenda ſunt, primo vt ſcias in quo ſenſu paſsio eſt prædicamentum declarandum eſt quot modis ſumitur, ſecundo quid ſit, tertio de proprietatibus eius.

Quantum ad primũ aduerte, qđ in doctrina Ariſ. paſsio conſueuit ſumi ſex modis: Primo pro propria qualitate fluente a principijs naturalibus alicuius rei: vt riſibilitas in hoĩe, latratus in cane, initus in æquo, & dicuntur paſsiones proprie ſiue ſpecifice ſiue indiuiduales. Secundo pro cõceptu intellectus, iuxta quem ſenſum dicit Ariſt. in. 1. Periherme. { Sunt aũt ea, quæ ſunt in voce, earum, quæ ſunt in aĩa paſsionũ notæ } id eſt voce, ſunt ſigna conceptuum. Tertio pro motu appetitus ſenſitiui, in quo dicuntur eſſe animi paſsiones, de q̃bus iam pertractauimus in lib. 3. de Anima, quales ſunt amor, odium, deſideriũ, ira &c. & iſti motus dicuntur paſsiones, q̃m inſurgunt cum alteratione corporis. Vnde dicitur, quod ira eſt accenſio ſanguinis circa cor in. 1. de Anima. Quarto pro pœna alicui inflicta ſiue iuſte, ſiue iniuſte. Vnde pœna martyris, dicitur eius paſsio, ſicut & paſsio Chriſti. Quinto pro qualitate ſenſibili non firmata in ſubiecto, de qua actũ eſt in tertia ſpecie qualitatis, vt eſt rubor ex verecundia. Sexto vt cauſatur, & infertur ex actione fluente ab agente, vt calefactio paſsiua illata ex calefactione actiua emanãte ab igne, vt calidus eſt. In nullo ex p̃dictis modis cõſtituiť p̃ntum diſtinctum ab alijs niſi ſexto modo. Nam primo, & ſecundo, & tertio, & quinto modo eſt in prædicamento qualitatis. Quarto au-

Paſsionis modi.

tem modo continetur in pñto paſsionis tanq̃ ſpẽs eius, ſicut verberatio, aut vulneratio aut occiſio paſsiua: ſexto igitur modo pertractanda & diffinienda eſt.

Paſsio qd ſit. Quãtũ igitur ad ſcd'm aduerte quod ſic diffinitur ſumpta ſex modos. Paſsio eſt effect' illatioq; actiõis, vt calefieri infert ex calefacere. Pro cuius notitia aduerte tria: primo qd' ſubintelligẽdũ eſt immediate: vt ſit ſenſus, paſsio eſt immediate effectus &c. aſr hæc diffõ nõ cõuenit ſoli paſsioni: nã calor cãtus in aqua ab igne eſt effectus calefactionis actiuæ, & tñ diſtinguit a calefactione paſsiua ſicut diſtinguit motus & termin' motus ſiue realr, ſiue rõne. Verũ, qa calor in aq̃ nõ cauſatur a calefactione actiua, niſi p paſsionẽ, quæ eſt calefactio paſsiua, iõ hæc diffõ cõuenit ſic intellecta ſoli paſsioni. ſcd'o aduerte qd' paſsio alia rõne dr̃ effect' actionis, & alia rõne illatio: nã dr̃ effectus ꝑ q̃to cõparatur ad actionẽ ſicut principiatũ ad principium, & cãtũ ad cãm. Dr̃ aũt illatio pp bonã cõſequentiam: nã bene ſequitur, Actio eſt, ergo paſsio eſt, nã ſi calefaciẽs calefacit, aliquid calefit: tertio aduerte, qd' licet actio & paſſio ſumpta ſexto mõ cõſtituãt duo p̃nta, tñ nõ diſtinguunt realr, vt tibi declarabit in. 3. Phyſi. vbi ꝓbabit qd' ſunt vnus motus numero. Sufficit aũt qd' diſtinguantur rõne, & qm̃ hæc tranſcendunt negocium Logicum, ideo pro nunc ſuſtine.

Proprietas. Quantũ ad tertiũ aduerte, qd' paſsioni attribuunt duæ ꝓprietates: prima eſt, qd' paſsionis ꝓpriũ eſt inferri primo & immediate ex actione: hæc iam declarata eſt in diffõne paſsionis. Secunda eſt, qd' paſsio eſt ſubiectiue in patiente. Nã paſsio vel eſt motus. i. alteratio cãta ab agẽte in paſſo, vel forma recepta in paſſo. Sed vtroq; mõ eſt in paſſo, nã primo mõ eſt motus, motus aũt eſt ſubiectiue in mobili, qd' eſt patiens, ex 3. Phyſi ſcd'o aũt mõ eſt forma recepta ab agẽte, receptum aũt eſt ſubiectiue in recipiente, quod eſt ipſum paſſum. ergo vtroq; mõ eſt in patiente & nõ in agẽte.

Qđ ſi inueniaṫ in agēte, hoc erit p accñs, qm̄ nō eſt in agēte, vt agens eſt, ſed vt repatitur, vel inquantū idem agit in ſeipſo, ita quod idē eſt agens & patiens, vt qñ quis percutit ſeipſum. Hæc de paſsione dicta ſint, quo ad reales. Nominales vero ſic diffiniunt p̄ntum paſſionis, & aſsignant genus generaliſsimum, & ſubalterna, & ſpecialiſsima & indiuidua vt infra. Prædicamētum paſsionis eſt ordinatio plurium terminorum vniuocorum & vl'ium ſignificatum paſsionem, ſm ſub & ſupra, illi autē termini ſignificāt paſsionē, p quos cōuenienter rn̄detur ad interrogationē factam p a quo. Quæſitiuum.n.huius prædicamenti eſt ly, a quo, vt a quo hō generatur, a quo illuminatur aer, &c.

Sic aūt aſsignāt ordinationē huius a p̄nti. Paſsio.ſ. ſexto mō ſumpta eſt generaliſsimū, ſub q̄ ſunt ſex genera ſubalterna, ſ generari, corrūpi, augeri, minui, alterari, ſm locū moueri, quorū diffōnes manifeſtabūtur tibi in Poſtp̄ntis in cap.de motu. Primi, & ſecūdi generis ſpecialiſsima ſunt, hoiem generari, æquū corrūpi, indiuidua aūt ſunt, hūc hoiem generari, hūc æquū corrūpi, tertij generis & quarti ſp̄aliſsima ſunt augeri longū, minui in latū, in indiuidua ſunt, hoc augeri in lōgū, hoc minui in latū. Quinti generis ſp̄aliſsima ſunt calefieri & infrigidari, indiuidua ſunt hoc calefieri, hoc infrigidari, ſexti generis ſpecialiſsima ſunt, moueri ſurſum, moueri deorſum, indiuidua ſunt, hoc moueri ſurſum, hoc moueri deorſum. Hæc de prædicamento paſsionis dicta ſint.

De prædicamento quando. *Caput* 8.

IN cap.8.agendum eſt de p̄nto qñ. De quo tria agēda ſunt, primo vt ſcias in quo ſenſu eſt p̄ntū declarandum eſt quot modis ſumiṫ, ſcđo diffiniendum eſt in illo ſenſu, in quo eſt p̄ntū, tertio aſsignādæ ſunt eius proprietates & communitates.

Quātū ad primū aduerte, qđ qñ cōſueuit ſumi tribus modis, primo relatiue, vt ſortes comedit, qñ Pla- *Qñ quot modis.*

legit.i.illo tpe ſortes comedit, in quo Plato legit, ſcd'o interrogatiue, vt ſi interrogat qs, qñ Plato natius eſt? & rñdet heri: tertio indiffinite, & tũc quando importat eſſe in tpe, i. menſurari aliqua differentia tpis, vt fuiſſe, in tpe præterito, eſſe, in tpe præſenti, fore in tpe futuro, ita q̄ quando æquipollet denominari rem tẽporalem ab aliqua dña temporis menſuratiua rei, & eſſe eius non abſolute, ſed vt eſt ſub motu, vt tibi declarabitur in.4. Phyſico. & in hoc tertio ſenſu eſt p̃ntum, in primo autem, & ſecundo ſenſu potius ſunt ſpẽs huius prædicamẽti, quam ipſum genus generaliſsimum, vt declarabitur tibi infra.

Quod nã quãdo. Quantũ ad ſcd'm aduerte, quod in tertio ſenſu qñ exiſtens p̃ntum, ſic diffinitur, Qñ eſt qd' ex adiacentia tp̄is in re tẽporali derelinquitur. Pro cuius noticia aduerte, qd' ſicut ex applicatione vlnæ menſurat quãtitas panni, ſic ex applicatione tpis mẽſurat duratio rei tpalis, ex eo aũt quod vlna vt mẽſura applicat panno cõſurgit reſpectus cõformitatis inter vlnã, & pannũ, qm̃ quãta eſt vlna ſemel vel toties replicata, tantus eſt pannus. Eodẽ modo ex eo qd' tẽpus applicat rei tpali: & cognoſcit eius duratio, cõſurgit qdã reſpectus inter tẽpus, & rẽ tpalẽ, qui eſt reſpectus mẽſuræ, & mẽſurati. Qui reſpectus importat p qñ, quod idẽ eſt quod eẽ in tpe, puta eſſe hodie, fuiſſe heri, fore cras. Sic ergo intelligenda eſt diffõ, Qñ eſt reſpectus, qui ex adiacẽtia, ideſt ex applicatione tpis ad rem tẽporalem, ſicut menſuræ ad menſuratum derelinquitur in re tpali.

Cõitatuũ Prima. 2. Quantũ ad tertium aduerte, qd' duæ cõitates attribuuntur ipſi qñ, & vna proprietas. Prima cõmunitas eſt, quod qñ nihil eſt contrarium: ſecunda quod quãdo non ſuſcipit magis & minus: ratio eſt, qm̃ quando fundatur in tempore: tempus aũt neq; intendit, neq; remittitur. licet magis & minus extendatur: neq; tpi eſt aliqd cõtrariũ, cũ ſit q̃tita s q̃titati aũt, vt docuimus in p̃nto quantitatis, neque eſt aliquid vere & perfecte

contrarium, neq; intenditur & remittit, licet magis & minus extendat, pro quanto vna quantitas eſt maior altera. Proprium aũt quando eſt quod eſt in oĩ eo qđ incipit eſſe in tpe: et ratio huius eſt, Quia reſpectus mẽſuræ eſt in omni eo, quod per menſuram menſurat, ſed quando eſt reſpectus mẽſurę inter tẽpus & rẽ temporalem: ergo eſt in omni eo, quod incipit eſſe in tpe, ideſt mẽſurat tpe ſiue ſecundum totum, ſiue ſecũdum partes. Quod dico pp cœlũ, cuius motus ſi eſſet æternus, non menſuraret tempore ſcđ'm totum, quia non habere principium & finem in tpe: menſurat tñ ſecundum omnes partes: qm̃ quælibet circulatio fit in tẽpore finito, in uiginti quatuor horis.

Aduerte vltimo, qđ qñ ſolet diuidi in ſimplex & cõpoſitũ, & p qñ ſimplex intelligitur qñ res tpalis mẽſuratur tpe imperceptibili & quaſi momento, vt ictus oculi. & per cõpoſitũ intelligitur, qñ res tẽporalis mẽſuratur notabili tpe, puta hora, die, menſe, anno. ſed hæc ſunt impropriæ dicta, qm̃ oẽ tempus quãtũcũq; breue eſt quid continuum ex conſequenti cõpoſitum ex partibus quãtitatiuis, & ſilr dicendum eſt de quando. Hæc de quando dicta ſint ſecundum reales.

Nominales vero ſic diffiniunt hoc p̃ntũ. Prędicamẽtũ qñ, eſt ordinatio plurium terminorũ vniuocorũ, et vſium ſignificãtium qñ. i. eẽ in tpe, vt heri, hodie, cras, in hora, in die, in mẽſe &c. Ordinationẽ huius p̃ntis ſic aſſignãt, Genus generaliſſimũ eſt qñ, ſub q̃ ſunt tria genera ſubalterna, ſ. eſſe in tpe, eſſe in æuo, eſſe in æternitate: quorũ ſpecies ſunt heri, hodie, cras. Indiuidua ſunt nunc, in hoc die, in hoc menſe &c.

Sed aduerte, ꝙ hæc aſſignatio nõ eſt vera ad. mẽtẽ Ariſto. qm̃ ſic qñ reſpicit tẽpus, ſicut vbi locum Si ait incorporea nõ ſunt in loco, ſic æterna, & æuiterna nõ ſunt in tẽpore: ergo ſicut de incorporeo non verificatur vbi niſi per q̃dã ſimilitudinẽ, ſicut. n nec de æterno, & æuiterno verificatur qñ, niſi per quãdã cõſiſtẽ-

tiam, vt tibi declarabiť in.4. Phyſico. tam de vbi, quã de quando: ſed pro nunc ſuſtine, q̃m excedunt negocium Logicum.

De Vbi. *Caput* 9.

IN cap. nono agẽdũ eſt de vbi: de quo tria videnda ſunt: primo vt ſcias in quo ſenſu eſt p̃ntũ, & hic diffiniendũ declarãdũ eſt quot modis ſumiť, ſc̃do q̃d ſit vt eſt p̃ntũ, tertio aſsignabuntur cõmunitates ſuæ.

Vbi modi Quãtũ ad primũ aduerte, quod cũ vbi ſignificet eẽ in loco, tot modis ſumiť vbi, quot modis eẽ in loco: eſſe aũt in loco ſumiť tribus modis, primo circũſcriptiuæ, & eſt q̃n locatũ circũſcribitur, & cõtinetur a locãte, & hoc mõ oẽ corpus contentũ in alio & ab eo circundatum dr̃ eſſe in loco circũſcriptiue, in quo ſenſu nulla ſubſta incorporea eſt in loco. neq; ſibi cõpetit vbi circũſcriptiue: ſecũdo diffinitiue ſiue determinatiue, & eſt q̃n virtus agentis incorporei eſt finita, & ita applicatur vni loco, in quo operať quod pro tũc nõ poteſt applicari alteri loco cũ finita, & determinata ſit, & hoc mõ angelus eſt in loco, & ſibi cõpetit vbi in hoc ſc̃do ſenſu, & nõ in primo, q̃m caret & quãtitate repletiua loci: tertio cõtẽtiue vl'iter, ſiue repletiue vl'r, et ẽ q̃n virtus agẽtis ẽ infinita, et opať ac influit ĩ oĩ loco, & hoc mõ deus ſolus eſt in loco, & cõpetit ſibi vbi ſolum in hoc tertio ſenſu. Hic nõ eſt ſermo de vbi niſi ĩ p̃ ſenſu, q̃m in ſc̃d'o, & tertio eſt de cõſideratione Metaphyſi.

Vbi quod ſit. Quantũ ad ſc̃d'm aduerte, q̃d' vbi in primo ſenſu, & in quo facit p̃ntum diſtinctum ab aliȷs, ſic diffiniť. Vbi ẽ circũſcriptio corpis locati, a circũſcriptione loci ꝓcedẽs: pro cuius noticia aduerte, q̃d' circũſcriptio ſumiť tripl'r: primo actiue, & eſt idẽ ꝙ circũdatio ſiue cõtinẽtia, qua corpus locãs circũdat & in ſe cõcludit corpus locatũ, & ĩ hoc ſenſu eſt vt actio. & ſi ẽ ĩ aliq̃ p̃nto eſt in p̃nto actionis: ſc̃do paſsiue, et eſt idẽ ꝙ cõcl'o qua cõcludiť locatũ a locante, vt aqua a vaſe, & in hoc ſenſu eſt vt paſsio, & ſi eſt in aliquo p̃nto, eſt in prædi-

camēto paſsionis.tertio reſpectiue, & eſt idem quod ordo locati,ad locum cōſurgēs inter locatum,& locū ex eo quod locus circūſcribit,& locatum circūſcribit, & in hoc tertio ſenſu circūſcriptio eſt p̄ntum diſtinctū ab alijs. Vtrū aūt vbi & locus diſtinguaē realiter vel tantum ratione declarabitur tibi in.5.Metaph.

Quātum ad tertium aduerte,ꝙ vbi attribuūē duæ cōitates.ſ.nō habere cōtrarium, nec recipere magis & minus.& rō eſt,qa q̄titati nihil eſt cōtrarium,nec recipit magis & minus,vt dictū eſt in p̄nto q̄titatis. Sed vbi fundaē in q̄titate,qm̄ in loco,ergo &c.nec obſtat ꝙ vbi ſurſum & vbi deorſum vnr eſſe cōtraria. Hoc .n.iam ſoluimus in p̄nto q̄titatis.Nec obſtat ꝙ in vbi eſt motus,ergo cōtrarietas.Nā hoc idē ſoluimus in p̄nto q̄titatis.Hæc de p̄nto vbi dicta ſint,quo ad reales. Cōitates.

Nominales vero ſic diffiniūt,p̄ntum vbi eſt ordinatio plriū terminorū vniuocorum vſium,ſignantium vbi ſm ſub & ſupra,termini aūt ſignantes vbi,ſunt illi,p quos ꝯueniēter rn̄deē ad interrogationē factam p vbi,vt ſunt iſti termini,hic,illic,iſtic,in tēplo,ī platea, in domo. Aſsignāt aūt ordinationem huius p̄nti hoc modo.Genus gn̄aliſsimū eſt vbi circūſriptiue ſumptū, gn̄a eius ſubalterna ſunt vbi ſimplex,& vbi compoſitum. Vbi ſimplex eſt illud,q̄d a ſimplici.i.minimo loco pcedit,vt vbi ipſius pūcti. vbi cōpoſitum eſt illud, q̄d a loco compoſito.i.hn̄te partes manifeſtas quantitatiuas pcedit,vt vbi lapidis & hoīs,hæc enim occupāt locum manifeſte diuiſibilem.Simplicis vbi ſpecialiſsima ſunt nobis incognita ex minima entitate,compoſita autē vbi ſpecialiſsima ſunt eſſe in domo, eſſe in platea.Indiuidua autem ſunt, eſſe in hac domo, & in hac platea &c.Hæc de prædicamento vbi dicta ſint.

De prædicamento Situs,ſiue Poſitionis. *Cap.* 10.

IN cap.decimo agendum eſt de p̄nto pōnis,de quo tria vidēda ſunt.primo vt ſcias in quo ſenſu eſt p̄ntum,aſsignandi ſunt modi,quibus dr̄ pō, ſecundo

Pōnis modi. quid ſit, tertio quę ſint eius cōitates, & proprietates.

Quātum ad primum aduerte, quod pō tribus modis ſumitur. primo dr̄ pō ꝓpō, quæ vt veriſsima ponit̄ ſiue ſupponitur in aliqua ſcīa ad deducendum cōclōnē puta apud Mathematicum hæc eſt pō, punctus eſt, cuius pars non eſt, & iſta, a puncto ad punctum licet lineam deducere, & de pōne in hoc ſenſu non eſt hic ſermo, ſed potius ſpectat ad librum poſterum. ſecūdo dr̄ pō ordo partium inter ſe, & per reſpectum ad totum & in hoc ſenſu ſpectat ad p̄ſtum quanti tatis. vnde, vt docuimus illic, quædam quantitates dicuntur habere pōnem, quædam non. tertio dicitur pō ordinatio partium alicuius corporis locati in loco. Non ſolum enim locatum ſecūdum totum eſt in loco, ſed & partes ſunt ſic & ſic locatæ, quoniam aliqua ſurſum, vt caput in homine, aliqua deorſum, vt pes, aliqua a latere vt brachium &c. & in hoc ſenſu poſitio eſt prędicamentum ab alijs diſtinctum & diffiniendum.

Pō quid. Quantum ad ſecūdum aduerte, quod ſic diffinitur. Pō eſt quidam ſitus partium, & generationis ordinatio, vt ſtatio, ſeſsio &c. Pro cuius noticia aduerte, qđ ſicut vbi importat ordinem, & reſpectum totius locati ad totum locum q̄ reſpectus fundatur ſuper circū ſcriptionem, & cōclōnem paſsiuam locati a loco. ſic poſitio importat ordinem partium locati, & reſpectum ad partes loci. Sicut enim totus locus correſpōdet toti locato, ſic partes loci correſpondent partibus locati. Nā ab alia parte aeris continetur caput, ab alia pectus, ab alia brachium, &c. Sicut ergo vbi importat ſitum totius locati in toto loco, ſic pō importat ſitum partium locati in partibus loci corrn̄denter, qui q̄dem ſitus partium poteſt eſſe a natura, & ab accidente, & a voluntate: a natura quidem, vt in hoīe caput ſituatur in parte ſuperiori aeris cōtinētis, pes autem in parte īferiori: ab accidente autem, vt ſi contingat hominem cadere capite verſo a voluntate, vt ſi homo eligat ſic vel ſic ſtare,

vel ſic iacere, vel ſic ſedere. His ꝑnotatis ſic intelligēda eſt diffō, Pō eſt quidam determinatus ſitus, i. diſpoſitio, & ordinatio partium locati in partibus loci, per ꝙ correſpondent partes loci partibus locati quo ad concluſionem, & continentiam earum quæ quidem ordinatio poteſt eſſe a natura, & dicitur in diffinitiōe, generationis ordinatio, ideſt ordinatio competēs partibus locati, a generatione rei locatæ: poteſt etiam eſſe ab accidente, & a voluntate, vt docuimus. Iuxta quam partium ordinationem, aliqua dicuntur ſtantia, aliqua iacentia, aliqua ſedentia, & denominātur a ſpeciebus poſitionis, quæ ſunt iactio, ſeſsio, ſtatio, &c. Conſtat igit̃ quid ſit poſitio, vt eſt prædicamentum. *Cōitates.*

Quantum ad tertium aduerte, quod duæ communitates attribuūtur poſitioni, & vna ꝓprietas. Prima communitas eſt, quod poſitioni nihil eſt contrarium. Secunda, quod poſitio non recipit magis, & minus. & ratio eſt, quia poſitio fundatur in loco, & locus eſt q̄titas, & quantitati nihil eſt contrarium, nec ſuſcipit magis, & minus, ergo nec pō. Proprietas autem eſt, quod ſubſtantiæ proxime aſsiſtit, omnibus aliis formis ſuppoſitis. Pro cuius noticia aduerte quod aſsiſtere eſt inhærere: inhæret autem ſubſtantiæ omnibus alĳs formis, ideſt prædicamentalibus formis, ſuppoſitis quę ꝓcedunt ipſam poſitionem. Nam poſitio ſupponit vbi: ordinatio enim partium in loco ſupponit ordinationē totius locati in loco, & vbi ſupponit motum localem, & iſte ſupponit qualitatem, & quantitatem, vt patet exercitatio: ergo poſitio adhæret ſubſtantiæ omnibus aliis formis. ſ. accidentalibus ſuppoſitis, de quibus hactenus locuti ſumus in ſuperioribus prędicamētis. Hæc de poſitione dicta ſint ſecundum reales.

Nominales vero hoc prædicamentum ſic diffiniūt. Prædicamentum poſitionis eſt ordinatio plurium terminorum vniuocorum & vniuerſalium ſignificātium poſitionem ſecundum ſub & ſupra. Termini autem

ſignificantes põnem ſunt illi, ad quos rñdetur p inter-
rogationem factam p qũo, vel p qualiter, vt qñ inter
rogatur quis, Qũo vel qualiter ſortes eſt in loco vtrũ
iacens, vtrum ſedẽs, vel aliquo alio modo. Nam quæ
ſitiuum huius p̃nti eſt qũo vel qualiter. Ordinationem
vero huius p̃nti ſic aſsignant. Genus generaliſsimum
eſt põ tertio modo ſumpta. Eius ſubalterna ſunt põ a
nã, põ ab accñte, ſiue a ꝓpoſito. Spẽs ſpecialiſsimę ſunt
ſituari ſurſum, ſituari deorſum, ſituari a dextris, ſitua-
ri a ſiniſtris, ſituari ante, ſituari retro. Seſsio, ſtatio, ia-
ctio &c. Indiuidua vero ſunt hæc ſtatio, hæc ſeſsio &c.
Hæc de prædicamento poſitionis dicta ſint.

De prædicamento Habitus. Cap. 11.

IN hoc cap. 11. agendum eſt de p̃nto habitus, quod
vr̃ eſſe determinatum ad hoĩem tm̃. nam reliqua aĩa
lia niſi veniant in obſequium hoĩs non dicuntur ha
bituata. neq; enim veſtitur æquus, neq; armatur, neq;
fateatur, neq; ſalerat niſi pp ſeſſorem. De habitu igitur
tria videnda ſunt, primo vt ſcias in quo ſenſu eſt præ
dicamẽtum, aſsignandi ſunt modi, quibus ſumitur ha
bitus, ſecundo diffinietur, vt eſt prædicamentum, ter-
tio aſsignandæ ſunt proprietates eius.

Habitus modi. Quãtum ad primum aduerte, quod in doctrina Ari
ſto. habitus ſumiť quinq; modis. Primo ꝓ qualitate ra
dicata, & vt de difficili eſt mobilis, & ſic eſt prima ſpẽs
qualitatis. Secũdo ꝓ forma debita alicui ſubiecto de-
terminato, cui opponitur negatio eiuſdẽ formæ, cum
aptitudine derelicta in eodem ſubiecto, vt oculo debe
tur viſus, cuius negatio eſt cæcitas, & intellui debetur
ſcĩa, cuius negatio eſt ignorãtia, & ſic de habitu agem*
in Poſtp̃ntis, in cap. de oppoſitis. Tertio ſumiť vt deri
uatur ab habere, vel haberi, iuxta quem ſenſum dr̃ li-
ber habitus a me, ſicut & pecunia eſt habita a me, &
aurum eſt habitum a me, & in hoc ſenſu tractatur de
eo in Poſtp̃ntis in cap. de habere. Quarto ſumitur pro
veſte ſic, vel ſic figurata, & inciſa, & cõſueta, puta ve-

ſtis militis, veſtis muliebris, veſtis monachi, & ſic eſt in p̄nto ſub̄ quantum ad entitatem, & in quarta ſpē qualitatis quantum ad figurationem. Quinto ſumitur ꝓ accidente cōſurgente ex veſte vt veſtita, & hōie vt veſtiēte ſiue habēte veſtem, & ſolum in hoc vltimo ſenſu eſt p̄ntum diſtinctum ab alijs, & vt ſic diffiniendum eſt.

Quantum ad ſecūdum aduerte, quod ſic diffinitur. Habitus eſt adiacentia corporum, & eorum, quæ circa corpus ſunt. Pro cuius noticia aduerte, quod ly adiacētia debet exponi cāliter, vt ſit ſenſus, Habitus eſt accidēs reſpectiuum ꝓueniēs ex adiacētia ſiue applicatione mutua corporum, & eorum, q̄ circa corpus. ſ. humanum, ſunt Sicut ſunt veſtes, arma, caligæ, biretum, caputium &c. Vnde aduerte, quod ſicut qn̄ non eſt tēpus mēſurans, nec res temporalis menſurata, ſed eſt reſpectus conſurgens ex adiacentia, & applicatione temporis ad rem temporalem, quem reſpectum circūloq̄mur per hoc, quod eſt eſſe in tempore, ſicut vbi p̄ hoc quod eſt eſſe in loco, ſic habitus, non eſt veſtis, nec homo, habens ſiue circūdans ſibi veſtem, ſed eſt reſpectus conſurgens, & medians inter veſtem, & hoīem, ex eo quod veſtis adiacet, & applicatur corpori, quem reſpectum circūloquimur per hoc, quod eſt eſſe veſtitum, eſſe armatum, eſſe calciatum. Sic ergo intelligenda eſt diffinitio. Habitus eſt accidens reſpectiuum ꝓueniēs, ex mutua adiacētia corporum humanorum & veſtium, & ponitur corporum, humanorum, & veſtium, vt differat habitus a qn̄, & ab vbi, & a ſitu. Dicūt enim reſpectum ꝓuenientem ex adiacentia temporis rei temporali, & ex adiacētia loci rei locatæ, & ex adiacentia partium loci partibus rei locatæ. Conſtat igitur tibi quid ſit habitus, vt eſt prædicamentum.

Habitus quid.

Quantum ad tertium aduerte, huic p̄nto aſſignatur duæ communitates, & vna ꝓprietas. Prima cōitas eſt, quod habitus ſuſcipit magis, & minus, vt dux eſt magis. i. perfectius veſtitus quam miles, & æquus eſt ar-

Cōitates.

matior pedite. Sed aduerte, quod cum habitus ſit acci dens reſpectiuum, non recipit magis, & minus, niſi rõne fundamenti. ſicut etiam diximus in prædicamento ad aliquid. Vbi docuimus quod ſimilitudo, & diſsimilitudo recipiunt magis & minus, quia qualitas, in qua fundantur, puta albedo & dulcedo ſuſcipit magis & minus. cuius ſignum eſt, quod ſimilitudo fundata in quarta ſpē qualitatis non recipit magis & minus. Nã figuræ, quæ denominantur a numero, non recipiunt magis, & minus, vt docuimus in p̃nto qualitatis. Quia igitur veſtis, & alia indumenta, & armatura recipiunt magis & minus, qm̃ ſunt magis & minus præcioſa, &
Secundo. magis ac min⁹ decorãt hoĩem, & magis ac min⁹ ſeruãt, & ꝓtegũt hoĩem, iõ habit⁹ dr̃ ſuſcipere magis, & min⁹.

Secunda communitas eſt, quod habitus non habet contrarium. cuius ratio eſt, quia habens, quod eſt corpus humanum, & habitum, quod eſt veſtis ſiue indumẽtum, ſunt ſubæ: ſubæ autem nihil eſt cõtrarium, vt docuimus in p̃nto ſubſtantiæ. ergo habitus, qui fundatur in habente, & habito, non habet contrarium. Præterea poſito, & conceſſo quod habitus fundetur in habente, & habito non rõne ſubſtantię, ſed rõne figuræ, non poteſt habere contrarium, qm̃ in quarta ſpē qualitatis nulla eſt contrarietas, ut docuimus illic. Cum igitur accidens reſpectiuum non habeat contrarium, neque recipiat magis, & minus niſi ratione fundamenti, conſtat quod habitus non poteſt habere contrarium. Si autem recipit magis, & minus, eſt quia fundamentũ vt diximus recipit magis & minus.

Proprietas autem eſt, quod habitus ſemp eſt in pluribus exiſtens: eſt enim in hoĩe habẽte veſtem dũ actu veſtitus eſt, & in veſte coaptata corpori. Nã habitus, vt diximus, cãtur ex adiacentia, & applicatione corporis ad veſtem, & econuerſo, ergo exiſtit in vtroq;.

Sed aduerte, quod hæc ꝓprietas põt eſſe falſa, & vera: falſa quidem, ſi ponatur habitus eſſe vnum accidens

numero, puta habitus conſurgens ex adiacentia huius veſtis ad hoc corpus, & ſi proprietas intendat quod ſit in pluribus ſubiectiue, qm̃ vt tibi declarabitur in pbia, impoſſe eſt vnum accidens eſſe in pluribus ſubiectis, recipit enim vnitatem, & pluralitatem a ſubiecto. Vera autẽ eſt, ſi intelligatur, quod ſit in pluribus, ſed in vno vt in ſubiecto, puta in habente, & in alio vt in termino puta in re habita, vel econuerſo: quod. ſ. ſic ſubiectiue in re habita, vt vbi in locato, & actio in re facta, ut in termino autem ſit in habente, ſicut ubi in locante, & actio in agente, vt in principio a quo, & hoc verius reputatur. Hæc de p̃nto habitus dicta ſint quo ad reale.

Nominales autem ſic diffiniunt, p̃ntum habitus eſt ordinatio plurium terminorum & vſium, ſignificantiũ habitum ſm ſub & ſupra. Termini autem ſignificãtes habitum ſunt illi, per quos cõuenienter r̃ndetur ad q̃onem quærentem de aliquo, qualiter eſt habituatus. Nam hoc prædicamentum caret ꝓprio quęſitiuo, ſed circunloquimur ipſum per hoc totum. ſ. qualiter eſt habituatus, & conuenienter reſpondetur, quod eſt veſtitus, vel calciatus, vel armatus.

Ordinationem vero huius p̃nti ſic aſſignant. Genus generaliſſimum eſt habitus vltimo modo ſumptus iuxta diſtinctionem aſsignatam ſupra in principio huius capi. Genera ſubalterna ſunt habitus totius, & habitus partis. Totius quidem, vt veſtitum eſſe, togatum eſſe, partis autem vt coronatum eſſe, vel calciatum eſſe. Species ſpecialiſſimæ ſunt, Tunicatum eſſe, diploidatũ eſſe, loricatum eſſe, chirotecatum eſſe. indiuidua ſunt, Sortẽ ſic veſtitum eſſe, Platonem ſic armatum eſſe, Sortẽ ſic calciatum eſſe, Platonem ſic pileatum, vel biretatum eſſe. Hæc de habitu prædicamento vltimo dicta ſint ſm ſententiam realium & nominalium.

Partis Secundæ de Prædicamentis, Finis.

V T compleatur doctrina decem p̄ntorũ, agendum eſt de Poſtp̄ntis. quid autem ſit p̄ntum, & Antep̄ntum, & Poſtp̄ntũ, iam diximus in principio huius trac. Similiter qũo & qua rõne conferant cognitioni decem p̄ntorum, diximus in parte prima huius trac cap. 1. Acturi igitur in hac tertia parte de Poſtp̄ñtis diuidemus ipſam in quinq; capita: qm̄ quinq; ab Ariſ. aſsignãtur poſtp̄nta, & de ſingulis in ſpecie agendum eſt. Sunt autẽ hæc, Oppoſitio, Prioritas, Motus, Simultas, Habere, ſiue habitio.

In primo cap. agendum eſt de oppoſitione, & ſingulis eius generibus.

In ſecundo de prioritate, & ſingulis eius modis.

In tertio de motu & ſingulis eius generibus.

In quarto de ſimultate, & ſingulis eius modis.

In quinto de habitione ſiue de habere, & ſingulis eius modis.

De Oppoſitione. *Cap. 1.*

IN primo cap. agendum eſt de oppoſitione, & ſingulis eius generibus. & hic ſex agẽda ſunt. primo vt ſcias in quo ſenſu hic agendum eſt de oppõne, declarandi ſunt modi, quibus dicitur, & diffinienda eſt iuxta ſenſum, quem intendimus. Secundo aſsignabimus ſufficientiam quatuor generum oppoſitionis. Tertio agemus de oppoſitione relatiua. Quarto de oppoſitione contraria. Quinto de oppoſitione priuatiua. Sexto de oppoſitione contradictoria.

Oppoſita quot modis. Quãtum ad primũ aduerte, quod oppõ eſt duplex. q̃dam eſt ꝓpõnum, quæ repugnant aut in veritate & falſitate, aut in q̃titate, aut in qualitate, & de hac nõ eſt hic ſermo, ſed de ea pertractauimus in tract. 2. agentes de categoricis: eſt. n. ꝓprietas terminorum complexorum.

rum:quædam aũt eſt terminorũ incõplexorum quorum ſignificata adinuicẽ repugnant: vt hõ & non hõ lux & tenebre,albedo & nigr.& de hac intẽdimus hic nã tractatus iſtæ eſt de terminis incõplexis primæ intentionis. Et ſic diffinit.Oppoſitio eſt duorũ terminorum incõplexorũ repugnãtia quo ad ſignificatũ, nõ ꝑmittentium ſe ſimul in eodẽ, neq̃.n. põt idẽ eſſe ſimul videns & cæcum.Et pater & filius reſpectu eiuſdem.

Quantũ ad ſcdm aduerte qđ vĩa gña oppoſitionis incõplexæ ſunt quatuor,ſ.relatiua,cõtraria,priuatiua, cõtradictoria:quorũ ſufficiẽtia hinc ſumit.Cũ oppoſitio ſit repugnãtia duorũ terminorũ &c. vel vterq; eorum ſignat ens,vel alter ens,& alter nõ ens:ſi prĩo, dupliciter: qa vterq; vel eſt terminus abſolutus,& ſic eſt oppõ cõtraria,vt albũ et nigrũ: vel vterq; eſt terminus relatiuus,& ſic eſt oppõ relatiua, vt pr̃ & filius,ſeruus & dñs.Si ſcđo,dupl̃r,qa vel alter ſignificãt nõ ens ſimpliciter,& ſic eſt oppõ cõtradictoria:vel eſt nõ ens circa determinatũ ſubm,& ſic eſt oppõ priuatiua.Nã priuatio dicit negationẽ in ſubto determinato,& nõ abſolute,puta cęcitas eſt negatio viſus ĩ oculo. Vñ auris nõ põt dici cęca,qa nõ eſt apta hr̃e viſum, põt aũt dici nõ vidẽs, quia vidẽs & non vidẽs ſunt contradictoria, & de quolibet ente verificat alterũ cõtradictoriorũ.Conſtat igit rõ,quare ſunt quatuor oppoſitionum genera.

Quantũ ad tertium aduerte,ꝙ oppoſitio relatiua eſt repugnãtia relatiui & ſui correlatiui reſpectu eiuſdem ſubiecti,quia nõ ſe compatiuntur in eodẽ reſpectu eiuſdem.neq̃.n.ſortes põt eſſe pater Platonis,& filius eiuſdem, quia ſequeretur idẽ eſſe generans & genitũ reſpectu eiuſdem: & ſequeret idem eſſe maius & minus reſpectu eiuſdem,vt ſi idẽ poſſet eſſe duplum & dimidiũ reſpectu eiuſdem. Hæc aũt impoſsibilia ſunt & implicantia contradictionẽ,vt patet ad ſenſum, reſpectu aũt diuerſorum nõ opponuntur. Nã ſortes ſimul eſt filius & pater,filius quidem A,& pater B. *Oppoſitio relatiua.*

Oppoſitio cōtraria. Quantum ad quartum aduerte, ꝙ oppoſitio contraria eſt repugnantia duorum contrariorum non ſe compatientium ſimul in eodem ſubiecto, ſed mutuo ſe expellentiū ab eodem: Pro cuius notitia aduerte quę ſint vere contraria, & quotuplicia ſint.

Contraria quidē ſunt oppoſita, quę ſub eodem gn̄e poſita, ſ. ꝓximo, maxime a ſeinuicem diſtant diſtātia formali & non materiali tm̄, vt excludamus marem et fœminam: & eidem ſuſceptibili viciſsim inſunt, i. apta nata ſunt in eodē ſubiecto numero ſucceſsiue recipi a quo mutuo ſe expellunt, ſ. ꝓpria actione, vel mediāte aliena: exemplū primi, vt calidum expellit frigidū, exemplum ſecūdi, vt ſiccum expellit humidū mediante actione caloris, niſi alterum contrariorū inſit ſubiecto a natura, vt calor i igne, grauitas in lapide, albedo in niue: hæc. n. inſeparabilia ſunt. Contraria ſunt duplicia, quædam mediata quedā immediata: mediata ſunt, inter quæ eſt mediū eiuſdem gn̄is, vt inter album & nigrum eſt rubeum & viride et alij medij colores, nec eſt neceſſe ſemper alterū ineſſe ſubiecto: pōt. n. corpus eſſe rubeum, & nō album, aut nigrū Immediata ſunt, inter quæ non cadit mediū eiuſdem gn̄is, vt inter ſanum & ægrum: & quia inter ea nō cadit mediū, neceſſe eſt alterum eorū ſemper ineſſe ſubiecto donec ſtat ſubm̄. vnde neceſſe eſt omne aīal eſſe aut ſanum aut ægrū. Sed aduerte, ꝙ dicuntur īmediata per remotionem medij poſitiui, non aūt per remotionē medij per abnegationem. nam licet nō detur aīal, ꝙ nō ſit ſanum aut ęgrū, tn̄ datur lapis, qui nō eſt ſanus nec æger. Præterea aduerte, ꝙ contraria mediata ſunt duplicia: nā quædam ſunt, quorum mediis nomina ſunt impoſita, vt mediis coloribus, mediis ſaporibus, multis mediis extremorum moralium: quædam autem ſunt, quorum media ſunt innominata, vt media inter bonum & malum, quę circumloquimur per hoc, quod dicimus, hoc non eſt bonum, neque malum, & multa ſimilia inueniun-

tur in moralibus, vt tibi declarabitur in æthicis.

Quantum ad quintum aduerte, ꝙ priuatiua oppoſitio eſt repugnantia habitus & priuationis, ita ꝙ non ſe compatiuntur in eodẽ ſubiecto, nec viciſsim poſſunt eidem ineſſe. Pro cuius notitia aduerte tria: primo, qđ habitus eſt forma realis dans eſſe reale ſubiecto determinato: vt lux eſt habitus aeris qm̄ dat aeri eſſe lucidũ, & ſcīa eſt habitus intellectus, qm̄ dat intellectui eſſe ſciẽtem. Priuatio aũt eſt negatio ipſius habitus in ſubто determinato relinquẽs in ſubiecto aptitudinem ad ipſum habitũ non. n. aufert principia naturæ, quibus eſt apta ex ſui natura habere habitum. V.G. cæcitas non aufert oculum, tenebra nõ aufert diaphaneitatẽ ab aere, qua eſt aptus ſuſcipere lumen: ſecundo aduerte, ꝙ priuatiue oppoſita ſunt illa, quæ habent fieri circa idem ſubiectum ordine irregreſsibili, & tẽpore determinato a natura Dr̄ ordine irregreſsibili ad differentiam contrariorum, quę viciſsim inſunt eidẽ ſubiecto, niſi vt diximus alterum inſit a natura: nã videmus aquã ſæpe calefieri, & ſæpe infrigidari & econtra. In priuatiue aũt oppoſitis, videmus ꝓceſſum ad habitũ ad priuationẽ, ſed non eſt regreſſus per virtutẽ agentis naturalis, vt præſeruemus agens diuinũ. Nã videmus vidẽtem fieri cæcum, & viuentem mori, ſed non econtra. Dicitur tẽpore determinato a natura, quia non omni tẽpore ſubiectũ eſt capax habitus: vt oculus catuli nõ eſt aptus videre ante nonum diem, & iõ nõ niſi poſt nonum diem põt dici cæcus: nec infans põt dici orbatus potentia generandi, quia nõ eſt aptus gñare niſi in pubertate. Tertio aduerte ꝙ illa ꝓpoſitio, A priuatione ad habitum nõ eſt regreſſus, intelligenda eſt de habitu naturali & nõ aduentitio. Eſt aũt habitus naturalis qui ineſt rei ex ſui natura, & eſt rei naturã conſequens: vt vita ineſt aīali ex natura aīalis, & viſus ineſt oculo, & auditus auri ex natura rei. Habitus aũt aduentitius eſt ille, qui aduenit rei ex ꝓpria acquiſitione vel actione agentis extrinſeci ita

Oppoſitio Priuatiua

ꝙ res ipſa ex ſui natura nec habitum tm̄, nec priuatio- nem habet, ſed ex pene indifferens ad vtrūq;: talis habitus eſt lumen reſpectu aeris: non. n. ex natura ſua eſt lucidus, ſed fit lucidus illuminatione corporis luminoſi: ſimiliter ſe habet ſcientia ad intellectum humanū, qui ex natura ſua & in ſui principio eſt ſicut tabula raſa, vt dicetur tibi in lib. 3. de Anima. Vnde niſi via ſenſus acquirat ſcientiam, non eſt ſciens. Dico ergo, ꝙ illa propoſitio A priuatione ad habitum, non verificatur niſi de habitu naturali, vt patet ad ſenſum: nam videmus ignorantem fieri ſcientem, & obliuioſum fieri memorem, & aerem tenebroſum fieri lucidum &c.

Oppoſitio contrad. Quantum ad ſextū aduerte, ꝙ contradictoria oppō eſt repugnantia duorū terminorū incomplexorū, quorum ſignificata non poſſunt de aliquo ſimul eſſe vera, cuius repugnantiæ non eſt dare mediū, & ſignificat̃ ꝑ eundem terminū ſumptum affirmatiue & nega. vt homo & non hō, album & non albū, ſedere & nō ſedere. Ratio aūt, propter q̄ non datur medium in contradictoriis eſt, quia vnum extremū eſt ens, & alterum non ens ſimplr̃: ſed inter ens, & non ens ſimplr̃ non poteſt dari medium vllo modo. dico vllo modo, qm̄ mediū eſt duplex, ſ. per participationē vtriuſq; extremi, quales ſunt medij ſapores: & per negationem vtriuſq; extremi, & eſt qn̄ inuenitur ſubiectum, cui neutrum extremum ineſt. Hoc declarato aduerte, ꝙ oppō relatiua habet medium per negationē. nam de lapide verū eſt dicere, ꝙ nec eſt pr̄, nec eſt filius, nec dn̄s nec ſeruus &c. Idem inuenitur in priuatiua. nā de elemento verum eſt dicere, ꝙ nec eſt viuum, nec mortuū. Idem inuenit̃ in contraria reſpectu contrariorū immediatorū. nā de terra verū eſt dicere, ꝙ nec eſt ſana, nec infirma. Reſpectu autem contrariorū mediatorum inuenit̃ mediū vtroq; modo: per participationē quidē, vt inter albū & nigrū datur rubeum & croceū &c. per negationē aūt, vt de ſubſtātia incorporea verū eſt dicere, ꝙ nec eſt alba nec

nigra, nec aliquo medio colore colorata. De contradictoriis autem neutro modo eſt verũ dicere, ꝙ habeant medium, quoniam vt probatur in Quarto Metaphyſicæ de quolibet eſt vera affirmatio vel negatio. Quid autẽ ſit contradictio iam diximus in tract. tertio agentes de propoſitionibus contradictoriis Hæc de primo Poſtprædicamento dicta ſint.

De Priori, & ſingulis eius modis. *Cap. 2.*

IN cap. 2. agendum eſt de priori & eius modis. Tu igit̃ aduerte, ꝙ apud antiquos quatuor ponuntur modi prioris, & Ariſt. addit quintũ. Primus modus dicit̃ prius tp̃e, ſecũdus prius natura, tertius prius ordine, quartus prius dignitate, quintus prius cãlitate.

Prius tempore eſt illud, ꝙ eſt vel fuit in aliquo tempore, in quo non fuit aliud, vt Priamus fuit prior tempore Hectore, Reſpectu autem futuri, illud dicit̃ prius tempore, ꝙ pro aliquo tempore erit, in quo nondum erit aliqd aliud: vt prius erit meſsis q̃ vindemia, & ad hunc modum reducitur eſſe prius quacũq; duratione: vt licet nec deus nec angelus menſurantur tempore, tamen verum eſt dicere quod duratione, ſcilicet æternitate & æuo ſunt priores homine. Ad eũdem modum reducitur eſſe prius loco, quoniam locus & tẽpus ſunt menſuræ rei extrinſecæ. Vnde in deſcenſu a primo cœlo ad vltimum, verum eſt dicere ſphæram Saturni eſſe priorem ſphæra Iouis &c. *Prius tẽpore.*

Prius nã eſt a quo non conuertitur ſubſiſtendi ꝯña, .i. qñ duo ſunt & ab eſſe vnius ad eſſe alterius valet cõſequentia, ſed non conuertit̃, tunc inter ea eſt prioritas naturæ: & hæc prioritas ſeruatur inter ſpẽs numeri arguẽdo a maiori numero ad minorẽ: vt bene valet, quatuor ſunt, ergo tria ſunt, ſed non valet, tria ſunt, ergo quatuor ſunt, & iõ tria ſunt priora natura q̃ quatuor. Idem modus ſeruatur inter genera & ſpẽs ſuas. Nam quia a ſpecie ad genus valet ꝯña, ſed non econtra affirmatiue, ideo genus eſt prius natura q̃ ſpẽs & ſic quod- *Prius natura.*

libet magis vniuerſale quodlibet minus vniuerſali. Nā bene ſequitur, homo eſt. ergo animal eſt, ſed non ſequitur, animal eſt, ergo homo eſt, iō animal eſt prius natura quam homo.

Prius ordine. Prius ordine eſt illud, ꝙ præcedit aliud nō quocūq; modo, ſed doctrina & cognitione: & ſic principia ſciæ ſunt priora ꝙ̄ ſcia, qm̄ præcognoſcunt, & literæ ſunt priores ſyllabis qm̄ prius addiſcunt. Dixi nō quocūq; modo, qm̄ ſumendo prius ordine indefinite inuenitur in primo modo, & in loco, & in ſecundo, & dr̄ ordine temporis, ordine loci, ordine naturæ &c

Prius dignitate. Prius dignitate eſt illud, ꝙ præcedit aliud & eſt eminentius authoritate, potentia, doctrina, & titulo, ſicut Rex eſt prior duce & Dux prior Marchione, & marchio prior ciue: vnde rectores dici conſueuere priores: & hic modus eſt maxime vſitatus in moralibus et politicis: ad eundem modum reducitur prioritas ſpeciei & prioritas formæ reſpectu generis & materiæ, qm̄ ſpecies eſt perfectior genere, & forma eſt dignior materia, vtpote actius eius.

Prius cauſalitate eſt illud, a quo aliud pendet, & nō econuerſo: vt natura rei eſt cā veritatis in ꝑpōne: vt qa homo eſt aīal, hęc ꝑpō eſt vera, homo eſt aīal, & ideo rei natura prior eſt cauſalitate, ꝙ̄ oratione vera. Hæc de priori & ſingulis eius modis dicta ſint.

De Simul & eius modis. *Cap. 3.*

IN tertio cap. agendū eſt de ſimul, de quo quinq; agēda ſunt. Primo qd ſit ſimultas, Scdo quot modis ſumit, Tertio agendū eſt de ſimul tp̄e, Quarto de ſimul in conuertentia, Quinto de ſimul diuiſione.

Simultas quid. Quantū ad primū aduerte, ꝙ ſimultas importat in hoc loco negationem prioritatis & poſterioritatis: vt gn̄alr̄ ea dicantur ſimul, quorum vtrunq; exiſtit, nec vnum præcedit aut ſubſequitur aliud in eo mō, quo ſunt ſimul. V. G. quæ ſunt ſimul tempore incipiunt eſſe in eodem tēpore &c. Dico in eo modo, quo ſunt

ſimul: nam bene ſtat, ꝙ duo ſint ſimul tempore, & tamen non ſint ſimul natura, ĩmo qđ vnum natura ſit prius & alterum poſterius, vt ignis & calor ignis, ſubiectum & propria paſsio.

Quantum ad ſcđm aduerte, ꝗ hic non intendimus tractare de oĩbus modis quibus vl̃r aliqua dicunť eſſe ſimul. Nam non ſolũ tribus modis hic numerandis, aliqua dñr eſſe ſimul. ſed pluribus aliis: puta ſimul loco, vt quæ ſunt in eodem loco: ſimul cauſalitate, vt duo ſimul trahentes nauem: ſimul authoritate, vt plures rectores, ſimul vnius populi, quorũ vnus non agit ſine altero: ſimul cõſenſu et volũtate, vt duo veri amici. ſed de his modis non eſt ſermo hic. Intendimus aũt tm̃ de modis, q deſeruiunt doctrinç & cognitioni p̃ntorum, qui ſunt tres, ſ. tempore, cõuertentia, diuiſione, & quõ deſeruiant cognitioni prædicamentorũ dicemus agentes de ſingulis. Eorum igitur ſufficientia ſumitur hinc, quæcũq; ſunt ſimul ſimultate deſeruiente doctrinæ p̃dicamentorum aut ſunt ſimul tempore, aut ſimul natura: ſi ſimul tempore, ſic eſt primus modus: ſi ſimul natura, dupliciter: quia aut cõuertentia, vt correlatiua, ſic eſt ſecundus modus: aut diuiſione, vt differentiæ diuiſiuæ generis, & ſic eſt tertius modus.

Simul modi.

Quantum ad tertium aduerte ſcđm Ariſt. ꝙ ea dicuntur ſimul tempore, quorum gñatio eſt in eodem tempore, ita ꝙ in eodẽ inſtanti incipiunt eſſe: vt ſi duo homines in eodẽ inſtanti oriantur, dicuntur ſimul tp̃e ex parte inçæptionis, quia vnus non eſt prior, nec poſterior altero. Idem intellige ex parte diſſinitionis, vt ſi duo homines in eodem inſtanti moriantur. Poſſunt ergo aliqua eſſe ſimul tempore tribus modis. ſ. ex parte incæptionis tantum, & ex parte deſitionis tantum, & ex parte vtriuſque. in eodem modo ſimultatis continentur ſubiectum & propria paſsio, vt homo & riſibile. nam quocũq; inſtanti ponitur homo ponitur riſibile per naturalem ſequdam, et quocũq; inſtãti deſinit

Simul tempore.

eſſe homo, definit eſſe riſibile, qm̄ eſt accn̄s, cuius eſſe eſt ineſſe ſubiecto. Tu tn̄ aduerte, ꝙ licet ſubiectum & paſsio ſint ſimul tpe, non tn̄ nā: qm ſubm̄ eſt cā, a qua paſsio fluit, cā aūt nā eſt prior cauſato. Conſtat igit̄ qs ſit modus primus ſimultatis deſeruiens doctrinę p̄nto rum. Deſeruit aūt in hoc, ꝙ, vt ſupra docuimus, in omni p̄nto ſunt quædam ꝓprietates: vt ergo ſcias an ſint tempore ſimultaneæ, vel priores, vel poſteriores his, quorū ſunt ꝓprietates, ponit̄ hic primus modus ſimul.

Simul cō uertētia. Quātū ad quartū aduerte, ꝙ ſecūdus modus ſimul, eſt ſimul in cōuertentia: ea aūt ſunt ſimul in conuertentia, qn̄ ab vno ad alterum eſt bona ꝯn̄a & econuerſo, tam in ponēdo ꝙ̄ remouendo.i.affirmatiue & neg. ita ꝙ ſi ponitur vnum ponitur reliquū, et econuerſo, & ſi remouetur vnum remouet̄ reliquum. Et hoc ſcdo mō oīa mutua relatiua ſunt ſimul, nam bene ſequit̄ in ſecū do adiacente, ſi pater eſt filius eſt, & ecōuerſo. Itē ſi pater non eſt, filius non eſt, & econuerſo: & rō huius eſt, quia, vt docuimus in p̄nto ad aliquid, correlatiua per ſeinuicem diffiniuntur & intelligunt̄. Sed aduerte, qđ non ſufficit huic ſecundo mō mutua ꝯn̄a, ſed ꝙ vnum non ſit cā alterius. Et ſic verificatur de oībus correlatiuis inquātum ſunt correlatiua, qm̄ vt ſic, ſunt oppoſita oppoſitione relatiua, nullum aūt oppoſitum eſt per ſe cā ſui oppoſiti. Dico inquātum ſunt correlatiua, qm̄ ſi ſumantur mal̄r. puta inquātum ſubſtantiæ ſunt, non inconuenit vnum eſſe cām alterius, vt ſortes pater, inquātum eſt ſubſtantia, generat filium, non tn̄ pater formaliter pater, eſt cā filij formaliter filij, qm̄ dicunt reſpectus oppoſitos. Et aduerte, ꝙ hic modus ſecundus valet ad cognoſcēdū ꝓprietates p̄nti ad aliqd, inter quas eſt iſta, ꝙ ꝓpriū eſt relatiuorū dici ad conuertētiam.

Simul diuiſione. Quantum ad quintū aduerte, ꝙ tertius modus eſt, eſſe ſimul in rōne diuiſiua: ea aūt ſunt ſimul in rōne diuiſiua, quæ ex æquo & abſq; ordine prioris & poſterioris diuidunt, & participant aliqđ cōe illis ſuperius,

prout reſpiciũt illud cõe. Sicut duę drĩæ diuiſiuę vnius generis, & duæ ſpẽs conſtitutæ ex illis drĩis, & conſtitutæ ſub illo genere, vt rõnale & irrõnale ſimili, i. ex equo diuidũt aĩal: neq; n. prius rõnale eſt aĩal neq; magis q̃ irrationale. Dico prout reſpiciũt illud cõe, qm̃ ſi cõparent̃ adinuicem, & non ad cõe ꝙ diuidunt, nõ inconuenit vnam eſſe priorem altera & perfectiorem, vt rationale irrationali, idem dico de ſpẽbus conſtitutis, vt homine & aſino. In rõne autem aĩalis eque & ſimul conueniunt. Conſtat igitur tibi quis ſit tertius modus ſimultatis deſeruiens cognitioni p̃ntorum. Deſeruit aũt ad cognoſcendum, ꝙ in omni p̃nto ſunt differẽtiæ oppoſitæ, ſimul diuiſiuæ ſui generis. Et vl'r oĩa inferiora dicunt̃ ſimul contineri ſub ſuis ſuperioribus iuxta hũc tertium ordinẽ. Et aduerte ꝙ ſecundus & tertius modus dicunt̃ ſimul natura, ſed diſtincta rõne: nã ſecũdus dr̃ ſimul natura ꝓpter cõuertentiam, ita tñ qd' vnum non eſt cã alterius, vt excludamus ſubiectũ & paſsionem ſuam: tertius aũt eſt ſimul natura ꝓpter ſimultaneam diuiſionem alicuius ſuperioris, vt excludamus diuiſionem analogicam, in qua vnũ diuidens eſt prius altero, vt ſubſtantia eſt prior accidente, quæ diuidunt ens, vt tibi declarabitur in Quarto Metaph. & ſanum dictum de aĩali, eſt prius ſano dicto de medicina. Hæc de ſimul, vt eſt Poſtprædicamentum, dicta ſint.

De Motu & eius generibus. *Cap. 4.*

IN cap. 4. agendum eſt de motu, vt eſt poſtprædicamentum: & hic ſex agenda ſunt. Primo vt ſcias in quo ſenſu hic ſumit̃ motus ponendi ſunt modi, quibus apud pħm dicitur motus. Secundo aſsignanda ſunt genera motus & eorum ſufficientia. Tertio agẽdum eſt de gñatione & corruptione. Quarto agẽdum eſt de augmẽto & decremento. Quinto agendũ eſt de alteratione. Sexto agendum eſt de motu locali.

Quantum ad primum aduerte, ꝙ, vt tibi declarabit̃ in Sexto Phyſic. mutari ſiue moueri eſt aliter rẽ ſe ha- *Motus quot modis ſumitur.*

bere nunc q̄ prius motus. ergo eſt diſpō, qua ſubiectū aliter ſe habet nunc q̄ prius: oīs ergo variatio ſubiecti dr̄ motus: motus aūt dupl'r ſumi conſueuit, qm̄ cū ſit variatio id pōt contingere in aīa, & in re corporali: ſi in aīa ſolet dici motus, q eſt actus perfecti, q potius eſt de cōſideratione Metaphyſici, q̄ phyſici & Logici, & de eo nō eſt hic ſermo. Si in re corporali, ſolet dici motus, q eſt actus impfecti ſiue exiſtentis impotentia, de quo ptractat Ariſt. in Tertio Phyſi. Hic aūt motus dupliciter ſumitur, primo gn̄alr, ſecundo ſpāliter: primo modo idē eſt q̄ mutatio cōiter ſumpta, ſiue fit inſtantanea, ideſt fiat in inſtanti, ita qd' eius terminus acquiratur in diuiſibiliter, vel deperdatur indiuiſibiliter, ſiue ſit ſucceſsiua, ita q̄ eius terminus acqraī vel deperdaī diuiſibiliter & in tpe: ſcd̄o mō idē eſt q̄ motus ꝑprie dictus, de cuius rōne eſt ſucceſsio, & eius terminus acq̄ritur ſiue deperdiī diuiſibiliter, & neceſſario fit in tpe, & repugnat ei fieri in inſtanti. Hic nō ſumiī motus ꝓprie dictus, qm̄ eius tm̄ tria ſunt gn̄a, vt tibi manifeſtabitur in. 5. phyſ. ſ. motus in q̄titate, q dr̄ augmētū & decrementū: motus in qualitate, q dr̄ alteratio: motus in vbi, q dr̄ motus localis. Hic aūt de motu recitanī ſex ſpēs ſubalternæ, q̄ etiā ſunt gn̄a, ergo hic ſumiī motus gn̄alr dictus, vt ſub ſe cōtinet mutationē ꝓprie dictā, quę eſt in inſtāti, vt gn̄atio & corruptio ſubalis. & motum ꝓprie dictū, q eſt in tpe & ſucceſsiue, vt augmētūm & decrementū, & alteratio & motus ſcd̄m locū.

Genera et ſpēs motus ex. 5. Phyſi. Quantum ad ſcd̄m aduerte q̄ Ariſt. in Poſtprædicamentis enumerat ſex ſpēs motus, & ſunt iſtæ gn̄atio corruptio, augmētum diminutio alteratio, ſm locum mutatio: quarum ſufficientia hinc ſumitur. Oīs motus eſt via & ꝓceſſus ad aliquem terminū: oīs autem terminus eſt vel ſubſtantia, vel accidens: ſi ſubſtantia, vel eſt affirmatiuus, vel negatiuus: ſi affirmatiuus, eſt generatio, vt tibi declarabitur. ſi negatiuus, eſt corruptio. Si eſt accidens, vel eſt accidens connotans reſpectum,

& ſic eſt loci mutatio, vel eſt accidens abſolutũ, & hoc dupl'r: quia aut eſt qualitas, & ſic eſt alteratio, aut q̃titas, & hoc dupl'r, quia aut eſt q̃titas perfecta, & ſic eſt augmentum, aut eſt q̃titas imperfecta, & ſic eſt diminutio ſiue decrementum. Conſtat igitur tibi ꝓpter qd aſsignantur ſex ſpecies motus generaliter dicti.

Quantum ad tertium aduerte ꝙ Ariſt. in poſtprædicamentis nõ immoratur ad diffiniendũ ſingulas p̃dictas ſpẽs motus, id. n. reſeruat ad lib. Quitum Phyſ. Logici autẽ reales, vt diſponant nouitium aliqualiter ad p̃biam diffiniunt eas & præcipue Pet. Hiſpa. Incipiens ergo a gñatione inquit, Gñatio eſt progreſsio a nõ eſſe ad eſſe. Pro cuius notitia aduerte, ꝙ progreſsio dupl'r ſumitur: primo ꝓ motu locali in aĩali, quo aĩal tendit per potentiam aĩæ motiuam de loco ad locum, & dr̃ motus progreſsiuus: ſecundo ꝓ quacũq; via, qua res acq̃rit eſſe. Progreſsio quidem primo mõ dicta eſt ꝓgreſsio ꝓpria, & de ea agit̃ in tertio de aĩa, ſcd̃o autem modo dicta eſt p ſilitudinem. Nam ſicut aĩal ambulãs gradit̃ de loco ad locũ, ſic res dum gñat̃ ꝓcedit a non eſſe ad eſſe. Nam ante gñationem non eſt, quia ſi eſſet non gñaretur, & poſt gñationem eſt, & iõ per ſimilitudinem ꝙ gñat̃ dr̃ progredi a nõ eſſe ad eſſe Sed aduerte, ꝙ ly non eſſe & ly eſſe debẽt exponi ſubſtantialiter & non accidentaliter, vt ſit ſenſus. Gñatio ſimpl'r dicta eſt ꝓgreſsio, i. via a non eſſe ſubſtantiali, ad eſſe ſubſtantiale. Nam ſi eſſet progreſsio a non eſſe accidentali ad eſſe accidentale, non diſtingueretur ab alteratione, vt tibi manifeſtabitur in Quinto Phyſico.

Corruptio autem eſt progreſsio abeſſe ſubſtantiali, ad non eſſe ſubſtantiale: nam cum opponatur generationi, contrario modo eſt progreſsio: & conuenienter dicitur progreſsio ab eſſe ſubſtantiali ad non eſſe, qm̃ qđ corrumpitur eſt, & deſinit eſſe, ſicut ex oppoſito, qđ generatur non eſt, ſed incipit eſſe per negationem de præſenti & poſitionem de futuro, vt tibi mani-

Motus ſpecies qd ſint.

Generatio quid.

Corruptio quid.

feſtabitur in tractatu de probationibus terminorum.

Augmētū et Decrementum. Quantū ad quartum aduerte, ꝙ augmentum & diminutio dupl̄r conſiderant̄. Primo vt fiunt in rebus animatis per potentiam aīæ augmentatiuā quę eſt potentia aīæ vegetatiuæ. Scđo vt fiunt in rebus aīatis, & inaīatis ſiue ab extrinſeco, ſiue ab intrinſeco per additionem vel ſubſtractionem q̄titatis a q̄titate. hic intendimus loqui in ſecundo ſenſu, & non tm̄ in primo. nā de primo tractatur in Secundo de aīa. Augmentū igit̄ in ſecundo ſenſu ſic diffinit̄. Augmentum ſiue augmētatio, eſt prę exiſtentis q̄titatis additamētum, ꝙ ſic ꝓbatur, qm̄ augmentum eſt motus de minori q̄titate ad maiorem: ſed nō pōt eſſe motus nec terminari a minore q̄titate ad maiorem niſi minori ſuperaddat̄ maior, ergo diffinitio eſt vera. Decremētum aūt aut diminutio in ſecundo ſenſu eſt p̄exiſtentis q̄titatis minoramentum: & ꝓbatur ſic. Decrementū eſt motus a maiori q̄titate ad maiorē & minorē: ſed nō pōt eſſe motus nec terminari a maiori q̄titate ad minorē, niſi minuat̄ p̄exn̄s q̄titas, vt puta ſi erat q̄titas duorū cubitorū, fiat vnius. Sed aduerte, ꝙ aliqn̄ fit augmentū in q̄titate ſine acquiſitione alicuius partis ſubæ, vt in rarefactione. & decrementū, vt in condenſatione. Nā qn̄ aqua congelatur fit decremētum in q̄titate, qm̄ dimēſiones contrahuntur, & tn̄ nihil de ſubſtantia aquæ deperdit̄: & qn̄ diſſoluitur per calorem augetur, qm̄ dimenſiones prius contractæ extendunt̄, & tn̄ nihil de ſubſtantia aquæ acquiritur. Aliqn̄ aūt fit augmentum & decremētum cum acquiſitione & deperditione alicuius partis ſubſtātiæ: vt qn̄ augetur paries per additionem laterum & decreſcit per ſubtractionem. Vtrū autem poſſit fieri augmentū & decremētum ſine alteratione, manifeſtabitur tibi in libro Octauo Phyſicorum.

De Alteratione. Quantum ad quintū aduerte, ꝙ alteratio dupl̄r ſumitur: primo ꝓ motu ad q̄cūq; qualitatem, ſiue ſit ꝑfectiua ſubiecti, ſiue non: & in hoc ſenſu pōt inueniri in

prima & tertia & quarta ſpecie qualitatis: ſecūdo pro motu ad contrariā vel mediam qualitatē, quæ comparata alteri extremo eſt veluti cōtraria, vt dicemus, et in hoc ſecundo ſenſu eſt alteratio ꝓprie dicta, & eſt tm̄ in tertia ſpecie qualitatis. Illis.n. qualitatibus patitur & alteratur ſubiectum tam aīatum ꝙ inaīatum, vt calefactione alteratur aqua, & aīal ſecundum tactum, & de hac intendimus hic, & ſic diffinitur. Alteratio eſt mutatio ſubiecti a qualitate cōtraria, vt a termino a quo, ad qualitatem contrariam, vel ad mediā, vt ad terminum ad quē. Pro cuius notitia aduerte, ꝙ alteratio pōt eſſe in qualitatibus contrariis immediatis, & tunc ſemꝑ eſt mutatio ab extremo contrario ad extremū contrariū: vt ſanatio eſt mutatio ab ægritudine ad ſanitatē: ægrotatio vero eſt oppoſito mō. Et pōt eſſe inter qualitates cōtrarias mediatas, & tūc verificat̄ diffinitio, ꝙ eſt mutatio a qualitate contraria ad contrariā, vel ad mediā, vt patet in coloribus & ſonis. & ſaporibus & odoribꝰ. Vnde aduerte, ꝙ in his contingit fieri alteratio tribus modis. Prīo ab extremo ad extremū, & tūc eſt ſimplr a cōtrario contrariū, vt calefactio, quæ eſt a frigido ad calidum Scđo ab extremo ad medium, ꝙ cōparatum alteri extremo eſt velut contrariū: vt qn̄ moueт̄ aqua ab intenſo frigido ad tepidum, & dr̄ tepefactio. nam tepidum reſpectu frigidi intenſi eſt calidū, & vt ſic eſt contrarium frigido. Tertio a medio ad mediū, & tunc vtrūq; medium eſt vt contrarium cōparatum extremo, cui magis ꝓpinquat, vt qn̄ moueт̄ corpus fuſcum ad croceum. Nam fuſcum ſe tenet ex parte nigri, croceum aūt ex parte albi, & iō virtualiter eſt motus a cōtrario ad contrarium, licet non formaliter.

Quātū ad ſextū aduerte, ꝙ motus localis eſt duplex .ſ. rectus, vt motus grauiū & leuiū: & ſphericus, vt motus cœli: q ſic differūt, ꝙ motus rectus eſt ille, ꝑ quem mobile mutat locū & ſcđm totū, & ſcđm partes, relinquit.n. totalr primū locū, et tēdit ad aliū, vt lapis deſcē- *Motus localis.*

dens, & ignis aſcēdens, p motum aūt ſphæricum non mutat mobile locum ſcđm totū, qm̄ ſemper mouetur ſuper eoſdē polos, & circa idem centrum, & iō ſemp manet in eodē loco ſcđm ſe totum, qm̄ aūt partes mutant locū, qm̄ vna ſuccedit alteri, & ſcđm ꝙ vna recedit, altera ad eūdem locū ſuccedit, vt patet in partibus rotæ, quæ ſibi inuicem ſuccedūt in puncto ſignato in ſpacio, iō mutat locum ſm partes. Hoc notato aduerte, ꝙ licet hic ſit ſermo de vtraqꝫ ſpecie motus localis, principalr̄ tn̄ in primo ſenſu, & iō ſic difinitur, motus ſecundum locum eſt mutatio de vno loco in alterum, .ſ. ſcđm totum, ita qđ principalr̄ difinitur motus localis rectus tanq̄ notior nobis. Cuius Pet. Hiſp. poſita diſfinitione, aſsignat ſex differētias locales, de quibus pertractat Ariſt. in ſecundo cœli, ſm quas videmus mobile motu recto moueri ſcđm totum & partes, non autem mobile motu ſphærico ſecūdum totum. Neqꝫ.n. totum cœlū magis mouetur ſurſum q̄ deorſum, neqꝫ magis antequam retro &c aliter non eſſet motus cœli circa medium præciſe, ſed a medio ad medium, ꝙ non cōuenit mobili ſphærico, vt ſphæricum eſt, vt tibi declarabitur in primo cœli Intelligēdo ergo de motu recto principaliter. ſic definitur, Motus ſecundum locum eſt mutatio ab vno loco ad alium. Cōſtat igitur tibi, quomodo ſunt ſex ſpecies motus, quarum notitia deſeruit doctrinæ decem prędicamētorum. Nam per generationem, & corruptionem cognoſcimus quomodo acquiritur & deperditur ſubſtantia: per augmentū. & decrementum, quomodo acquiritur & deperditur quantitas: per alterationem qualitas, per motum, localem vbi ſiue locus. Rationabiliter igitur motus ponitur poſt prædicamentum.

De Habere, & eius ſingulis modis. Cap. 5.

IN quinto cap. agendū eſt de habere, & hic duo vidēda ſunt. Primo quot ſint recitati ab Ariſt. modi ipſius habere. Scđo ponetur eorum ſufficientia.

Quantum ad primum aduerte, ꝙ Ariſt. non intendit vniuerſaliter & abſolute numerari modos habēdi, ſed famoſiores & magis cōſuetos. Vnde inquit in fine. { Forte tamen & alij apparebunt modi de eo ꝙ eſt habere, ſed qui conſueuerūt dici, pœne omnes numerati ſunt. } Numerat ergo ſeptem modos.

Primo dicitur quis habere qualitatem, vt ſor. habet ſcientiam, vel virtutem, vel albedinem &c. & hoc habere non eſt aliud ꝗ informari qualitate ſibi inhærēte, ſiue ſecundum animam, ſiue ſecundum corpus. *Habere primus modus.*

Scdo dr̄ quis habere q̄titatem, vt ſor. habet q̄titatem bicubitalem, & Plato tricubitalem: & hoc habere non eſt aliud q̄ extendi vel dimenſionari tanta vel tanta q̄titate intrinſeca ſibi inhærente. *Secūdus.*

Tertio dicitur quis habere ea, quæ adiacēt corpori: & hoc dupliciter, quia aut adiacent toti corpori, vt veſtis ad protectionem. aut parti, vt anulus digito, biretum capiti, calceus pedi ad protectionem & decorem, & hoc habere conſtituit vltimum prædicamentum, de quo actum eſt ſupra. *Tertius.*

Quarto dicitur quis habere mēbrum, vt ſor. habet manum, & pedem & vniuerſaliter omne totū habet ſuas partes, ſicut arbor habet ramos, & domus fundamentum & parietem & tectum. Et hoc habere nō eſt aliud ꝗ totum ex partibus ſibi debitis conſtare. *Quartus.*

Quinto dr̄ quis habere contentū, vt lagena habet vinum, & modius triticum, & vniuerſaliter continens habet contentum, intelligendo de continentia locali & circundatiua, vt præſeruetur continentia virtualis, vt aīa continet corpus, & rex regnum. Hæc.n. continentia non eſt locatiua, ſed conſeruatiua tantū, & hoc habere non eſt aliud q̄ locare, aut conſeruare. *Quintus.*

Sexto dicitur quis habere poſſeſsionem, vt agrum, aut vineam: & hoc habere non eſt aliud ꝗ rem ſuam poſsidere. *Sextus.*

Septimo dr̄ qs habere vxorē, & nō eſt aliud habere *Septimus*

vxorem, q̃ eſſe vxoratum, vel cohabitare familiariter cum vxore: & iõ dicit Ariſt. hunc modũ eſt alieniſsimum, i. minus ꝓprium cæteris modis habendi. Vnde parum de eo curandũ eſt in hoc ꝓpoſito, qm̃ non deſeruit doctrinæ p̃ntorum. Alij.n. manifeſte deſeruiunt. Nã primus deſeruit p̃nto qualitatis. Secundus prædicamento q̃titatis. Tertius p̃nto habitus. Quartus p̃nto ſubſtantiæ. Quintus p̃nto vbi. Sextus p̃nto relationis: dicitur.n. relatiue poſſeſſor ad rẽ poſſeſſam. Septimus autem vt per ſe conſtat, nullo modo deſeruit, ideo, alienus eſt a præſenti propoſito. Non.n. hic agitur de habere, niſi vt eſt Poſtprædicamentũ, de ratione autem Poſtprædicamenti eſt ſecũdum omnem modũ ſuum deſeruire cognitioni prædicamentorum.

Quantum ad ſcd̃m aduerte q̃ ſufficientia prædictorum modorum ſic ſumiẽ. Habere importat habitudinem habentis ad rem habitã, ſicut amare habitudinem amantis ad rẽ amatam, haberi aũt ſicut amari, ecõuerſo. Hæc aũt habitudo vel eſt ad aliqđ intrinſecũ, q̃ eſt de ſubſtãtia eius, & ſic eſt quintus modus, quo modo totum habet partes, quæ ſunt de ſuƀa totius: vel ad aliquod extrinſecum, quo ad ſubſtantiam habẽtis, ita q̃ non eſt de ſuƀa eius, & hoc duplr̃, quia illud extrinſecum a ſuƀa habentis, vel eſt ſibi inhærens, ſicut accñs, vel non: ſi primo mõ, aut inhæret rõne formæ, & ſic eſt primus modus, qualitas.n. formam rei conſequiẽ, aut inhæret rõne mãæ, & ſic eſt ſecundus modus, q̃titas.n conſequitur mãm, vt tibi declarabiẽ in ſeptimo & octauo metaphy. Si non eſt inhærens, hoc duplr̃, qm̃ licet non ſit inhærens, eſt tamen vnitum vel diſtãs: ſi vnitum, duplr̃, quoniam aut eſt vnitum vt continẽs & ambiens, & hic eſt quintus modus: aut eſt vnitum ſolum, vt adiacens vel adaptatum & ſic eſt tertius modus Si diſtans hic eſt ſeptimus modus, quẽ dicit Ariſt. eſſe alienum, i. improprium, iuxta quem modum vir dr̃ habere vxorem, quæ non eſt ſibi vnita niſi quo ad

actum

actum matrimonialem,& cohabitationẽ. Vnde vxoratus non habitãs cũ vxore,nõ copulans ſe vxori, nõ põt dici iuxta hunc modũ habere vxorẽ,niſi q̃ ad nexũ matrimonij. Hæc de Poſtprædicamẽtis dicta ſint,

Partis tertiæ de poſtprædicamentis, Finis.

TRACTATVS SEXTVS EX LIBRIS *Priorum Ariſto. acceptus, de Syllogiſmo Formali.*

HActenus perſtrinximus, quæ Ariſt. tradidit in tota arte veteri, quæ conſtat ex libro p̃ntorum,& Periherme. & libro prædicabilium,quẽ ſuperaddidit Porphyrius vt iſagogicũ ad librum prædicamentorum,nunc tranſeundum eſt ad artem nouam, in qua pertractare debemus de arte argumentandi, cuius in doctrina Ariſto. quinque ſunt ſpẽs, Syllogiſmus, Conſequentia, Enthimema,Inductio,Exẽplum Syllogiſmus autem diuiditur in formalem,ideſt abſolute ſumptum nõ cõtractum ad aliquam materiam: in demonſtratiuum, ideſt ſcientificum: in topicum, ideſt probabilem:in ſophiſticũ,ideſt fallacẽ & deceptorium. De formali pertractat Ariſto. in libro Priorũ, cui correſpondet præſens tractatus. De demonſtratiuo pertractat in lib.Poſteriorum. Nam ſcd'm quod innuit Ariſto.in 1.Priorum conſideratio & doctrina de Syllogiſmo formali,immediate & principali intentione ordinatur ad demonſtrationem. Vnde inquit {.Poſtea vero,i.poſtquam de ſyllogiſmo formaliter & vniuerſaliter ſumpto tractatũ fuerit,dicemus de demonſtratione} prius enim dicendum eſt de ſyllogiſmo quam de demõſtratione,eo ꝙ vniuerſalior eſt ſyllogiſmus. Nã demonſtratio ſyllogiſmus quidem eſt, non oĩs aũt ſyllogiſmus demõſtratio. Quoniam igiť ſyllogiſmi demon-

ſtratiui doctrina ſequitur immediate librum Priorũ, ideo poſt præſentem tractatum diſponemus tractatũ de ſyllogiſmo demonſtratiuo, cui correſpõdebit li. Poſteriorum Ariſto. licet aliter propoſuerimus in principio huius compendi Deinde ſi Deus Optimus auxiliatus nobis fuerit formabimus tract. de ſyllogiſmo topico, poſtremo de ſyllogiſmo Sophiſtico.

In præſenti igitur tract. acturi de ſyllo. formaliter, & non contracto ad aliquã materiam diuidemus ipſum in ſex capita principalia.

In primo agendũ eſt de præcognoſcendis, ſine quorum præcognitione impoſſe foret tradi veram et completam doctrinam de arte ſyllogizandi.

In ſecundo agendum eſt de prima figura, & ſingulis eius modis.

In. 3. agendũ eſt de ſcd'a fig. & ſingulis eius modis.

In quarto agendum eſt de tertia figura, & ſingulis eius modis.

In quinto agendum eſt de coniugationibus inutilibus ad mentem Ariſto.

In ſexto trademus regulas generales defenſiuas modorum recte & vtiliter concludentium, & pręcipue in prima & ſcd'a figura.

De præcognoſcendis. Cap. 1.

IN cap. 1. agẽdũ eſt de his, q̃rũ pcognitio neceſſario reqrit̃ ad cõſequẽdã verã & cõpletã artẽ ſyllogizãdi. Sunt aũt qnq;: Primo cũ ſyll'os ſit quoddã totũ cõſtãs ex ꝓpõnibus & terminis, agẽdũ eſt de ptibus eius propinquis & remotis inueſtigando quid ſint & quot reqrant̃, ſcd'o agendũ eſt de principijs regulatiuis ſylli, p q̃ ſciemus ſyllm vtilẽ, & inutilẽ, tertio diffiniendus eſt ſylls vt ſyllogiſmus eſt et ſingulæ diffi. partes declarandæ, quarto agẽdũ eſt de forma ſylli, quinto agẽdũ eſt de ſufficientia triũ figurarũ ſylli, ita ꝙ nõ ſunt niſi tres ordinariæ, & nõ pñt eſſe plures efficaciter & vniuerſaliter concludentes.

Quantum ad primum aduerte, qđ in oĩ toto mãli cõſiderando procedere poſſumus via cõſtructiua, & via reſolutiua: in conſtructiua quidẽ incipimus a partibus remotis & ſimplicioribus, & deuenimus ad partes propinquas cõpoſitas ex remotis, & ex propinqs debit diſpoſitis conſtituiť totum, vt patet in arte ædificandi: nã artifex intendens cõſtruere domũ, primo parat lapides idoneos, ſecundo ex eis ſic vel ſic ordinatis cõſtruit fundamentum & parietes, tertio ex his debite approximatis & figuratis facit conſtare domũ In via aũt reſolutiua, procedimus mõ oppoſito. ſ. a cõpoſito ad ſimplicia. Nã qui deſtruit domũ, reſoluit domum in tectum & parietem & fundamẽtum, deſtructiue. i. redigit tectum in tegulas ſeparatim, & in ligna & in tabulas, & in clauos. Paries aũt & fundamentum redigit in lapides ſparſim & ſeparatim. His præmiſsis aduerte, ꝙ ſyll's eſt quoddã totũ cõſtãs ex terminis et ꝓpoſitionibus, vt tibi declarabiť infra: ğ in cõſideratione eius ꝓcedere poſſumus a ptibus ad totũ via cõſtructiua, & ecõuerſo via reſolutiua. Primo mõ ꝓceſsimꝰ in. 2. & . 3. trac. vbi actũ eſt de terminis cõſtitutiuis orõnis & ꝓpõnis, & de ꝓpõne vt ordinať ad cõſtitutionẽ ſyllĩ, ſicut lateres ordinanť ad parietẽ cõponendũ, & paries ad domũ, vtpote ptes domus remotæ & ꝓpinquæ, ſecundo autẽ modo proceſſuri ſumus hic ad mentem Ariſt. Vnde ſicut in via cõpoſitiua, incipimus a ptibus ſimplicibus & remotis et deuenimus ad ptes ꝓpinquas, & a ptibꝰ ꝓpinqs ad ipm totũ, ita oppoſito mõ ꝓcedimus in via reſolutiua. Cũ igiť ps ꝓpinqua et immediata ſit ꝓpõ, remota aũt ſit terminꝰ, incipiemus ꝑ a ꝓpoſitione aſsignãdo quid ſit, et quot requirãtur ad ſyllm, deinde dicemus de termino quid ſit, & quot requirantur ad conſtitutionẽ veri ſyllogiſmi. Hoc. n. ordine proceſsit Ariſto. in. 1. Priorum. *Partes ſyllogiſmi.*

Quãtũ ad ꝓpoſitionẽ aduerte, ꝙ Ariſt. in primo priorũ ſic diffinit eã, propoſitio eſt orõ affir. vel nega. *Propõ quid ſit.*

alicuius de aliquo. Et ſic debet intelligi, Propoſitio eſt oro.ſ.perfecta indicatiua, in qua prædicaſ aliqď prædicatum de aliquo ſubiecto affirmatiue, vt hō eſt aīal, vel negatiue, vt hō non eſt aſinus. Et aduerte, qď Petrus hiſpa. addidit, vel alicuius de aliq̄, vel alicuius ab aliq̄, vt ſit ſenſus clarior: nā in affirmatiua p̄dicaſ p̄dicatum de ſubō attributiue, in negatiua aūt p̄tur remotiue. Et ly de ſignat attributiue, et ly ab ſignat remotiue.

Sed dices. Cum vnius rei ſit tm̄ vna vera & ſufficiēs diffō, quare Ariſtote. dat de propoſitione duas diffinitiones? Vnam.n.dedit in lib. Peri hermenias, dicēs ꝙ eſt oratio verum vel falſum ſignificans: alteram autē in primo Priorum, quam hic aſsignauimus.

Reſpondetur quod vnius rei eſt tm̄ vna diffinitio cōſideratæ ſub vna & eadem ratione, ſi aūt conſideretur ſecundum diuerſam rōnem non inconuenit eā diuerſimode diffiniri. Vnde in propoſito Ariſto. dupľr cōſiderauit propoſitionem, primo inquantum enunciam rem ſicut eſt, vel aliter quam ſit, et ſic diffiniuit eā in lib. Peri her per ſignificare verum vel falſum, ſecundo inquantum componit ſyllogiſmum & poniſ pro cōľone ꝓbāda, vnde dicitur propō, quia pro ꝯcľone poniſ, & dicitur præmiſſa, quia præmittitur cōcluſioni, & ſic diffinitur in. 1. Priorum per affirmatiuam aut negatiuam orationem de aliquo.

Sed dices. Quare in. 1. Priorum non diffinit eā per verum & falſum, ſicut in lib. Peri her.

Rn̄deſ. Quia in lib. Priorū tractaſ de ſylľo formali, qui abſtrahit a veritate & falſitate propoſitionū & cōcluſionis: nā dūmodo fiat ſylľs ſcd'm debitū modum & figuram eſt validus de forma, ēt ꝙ p̄miſſæ & cōcľo ſint falſæ, vt patet hic, oīs hō eſt aſinus: Oīs æquus eſt hō: ergo oīs æquus eſt aſinus. Argumētum eſt in barbara, & eſt verus de forma, licet nō de mā. Nō aūt abſtrahit ab affirmatione & negatione, qm̄, vt dicemus infra, neceſſe ē vtrāq; p̄miſſarū aut ſaltē alterā eē affir.

& ſi altera p̄miſſarū fuerit nega. neceſſe eſt cōclōnem fore negatiuā. Et iō rōnabiliter Ariſ. cōſiderās hic pro pōnē inq̄tū eſt pars ꝓpinqua ſylli diffiniti, diffinit eā p orōnē affirma. aut negat. & nō p verū aut falſum.

Viſo qd ſit ꝓpō vt componit ſylm, declarandum eſt ex quot ꝓpoſitionibus de neceſsitate cōponitur. Tu igitur aduerte, ꝙ ſi cōclō eſſet intrinſeca ſyllō et de eſſentia eius tres eſſent neceſſariæ. ſ. duæ pręmiſſe et cō cluſio. Siʾr ſi ſylls non diſtingueref a cōſequentia duæ ſolæ ſufficerent, quæ vocantur antecedēs & cōſequēs: verum quia vt dicemus infra declarantes diffōnē ſyllo giſmi, conclō ſcd'm vnam opinionem eſt extrinſeca a ſyllogiſmo, & ab eo diſtinguitur ſpē cōſequētia, ideo duæ ſufficiunt, quarum prima dr̄ maior, & ſcd'a minor, vt tibi manifeſtum erit infra, & q̄ño tres termini duas propoſitiones conſtituunt. Tenentes aūt cōclu ſionem eſſe de eſſentia ſyllogiſmi ponunt ipſum conſtare ex tribus propoſitionibus. *Quot propoſitiones ad ſyllogiſmum.*

Quātū ad terminū aduerte, ꝙ Ariſ cōſiderās ipſum non inquātū cōſtituit ꝓpōnē, ſed inquātū in ipſum vl timate reſoluiť ſic diffinit ipſum in lib. 1. Priorū. Termi nus eſt in quē reſoluitur, propō, vt p̄tū & de q̄ p̄tur, i. ſubm. Nā ſicut domus reſoluitur immediate in funda mentum & parietem &c. fundamētū aūt & paries im mediate ac vltimate in lateres, ſic ſylls immediate reſol uitur in propōnes, & illæ vltimate in terminos, ideo conuenienter dr̄, ꝙ terminus eſt in quē &c. Sed aduer te, ꝙ hic non ſumit terminum in illa vliitate, ſm q̄ de eo locuti ſumus in. 2. tract. vbi famoſiores eius diuiſio nes aſsignauimus, ſed hic ſe reſtringit ad terminū cate gorematicū, & tādem ad nomē et verbum prout pñt cōponere ꝓpōnē vt ſubm & p̄tū & in ipſa reſolui. Et ſic ab hac diffōne termini excluduntur termini conſi gnificatiui, & ſigna vl'ia & ꝑticularia, & breuiter oēs termini, qui per ſe ſumpti nō pñt eſſe ſubm, aut p̄tum in propōne cōponente ſylm. Quot aūt modis ſumaf

terminus in via Ariſto. iam diximus in tract.ſecundo vide tu ille nec eſt ratio repetendi.

Syllogiſmus ex quot terminis.

Viſo qd ſit terminus, vt ingredif ꝓpōnē cōponentē ſyllm, & in quē ipſa ꝓpō reſoluif, declarādū eſt ex quot terminis cōſtat ſylls formalis. Tu igif aduerte, ꝙ ſicut duæ propōnes requirunf, ſ. maior & minor, ſic & tres termini, in q̄s duæ ꝓpōnes reſoluunf: q̊rū primus dr̄ medius terminus, ſcd's dr̄ maior extremitas, tertius minor extremitas, q̄re aūt ſic vocanf, & q̄uo diuerſimode ſituati cōſtituūt tres ſyllorum figuras, dicemus infra. Pro nūc ſupponēdū eſt tres terminos ſufficere, q tñ duas ꝓpōnes nō cōſtituerēt, niſi vnus eorū, & eſt ille q vocaf mediū, bis ſumeref, ita ꝙ aſſumitur in maiori & minori ꝓpōne p replicationē. Nā cum duæ ſint propōnes cōponētes ſyllm, & quælibet earū habeat proprium p̄tū et ſubm, neceſſe eſt duas ꝓpoſitiones cōſtare ex q̄tuor terminis, aut ex tribus, ex qbꝰ vnus gerat vicē duorū & hic ē medius terminus, vt ſic arguaf, Oīs hō eſt aīal, ſortes eſt hō, ğ ſortes eſt aīal. Cōſtat ꝙ ly hō gerit vicē duorū eſt n. ſubm in maiori, & p̄tū in minori. Quare aūt tres termini reqranf & nō plures nec pauciores, & q̄re vocētur maior & minor extremitas & mediū dicemus infra, p nūc tibi ſufficiat ſcire, qd ſit pars mālis cōpoſitiua ſylli formalis tā propinqua quā remota, & quot ſint ex neceſsitate.

De oī, & de nullo dici.

Quātū ad ſcd'm, ſ. principia regulatiua ſylli, aduerte ꝙ Ariſt. in. 1. Priorum, duo aſsignat. ſ. dici de oī & dici de nullo, & per dici de omni regulanf ſyllogiſmi affirmatiui, & p dici de nullo, regulantur negatiui. Et aduerte ꝙ Ariſt. in. 1. Priorū declarās qd ſit dici de oī inquit. { Dicimus aūt de oī p̄dicari, qñ nihil eſt ſumere ſubiecti, de q̄ non dicatur alterum. } Et intendit, ꝙ dici de omni eſt qñ nihil eſt ſumere ſub ſubō, de q̄ non dicatur prædicatum. Et hic ſeruatur in oī propōne vli affirmatiua, ſub cuius ſubiecto licet deſcēdere diſtributiue. Et hoc principium æquipollet huic maximæ, qc.

quid dr̄ de ſubiecto diſtributo, dr̄ de quolibet ſumpto ſub ſubiecto, pro quo facta fuit diſtributio: vt in iſta, Oīs hō eſt riſibilis, & iſti ſunt oēs hoīes, ergo iſte & iſte & iſte & ſic de ſingulis eſt riſibilis. Declarās aūt Ariſt. qd ſit dici de nullo inquit. { Et de nullo ſilr. } Et intendit, ꝙ dici de nullo eſt qn̄ nihil eſt ſumere ſub ſubiecto, a quo nō remoueaẽ prędicatū. Et hoc principiū æquipollet huic maxime, Quicqd remoueẽ ſiue negatur a ſubō diſtributo, negaẽ ab oī cōtento ſub tali ſubiecto. Et id ſeruaẽ in oī vlī negatiua, vt in iſta, nullus hō eſt lapis, & iſti ſunt oēs hoīes ergo nec iſte, nec iſte &c. eſt lapis. Et iſti deſcēſus diſtributiui affirmatiui & nega. manifeſti tibi fient in tracta. de ſuppōnibus. Cōſtat igiẽ tibi quid ſit dici de omni, & dici de nullo. Sed aduerte, vt ſcias quō hæc duo principia ſufficiēter regulant ſyllōs, ꝙ indigent tribus limitationibus. Primo non regulās per ſe & immediate niſi ſyllōs perfectos, qui fiunt ꝑ quatuor modos primę figuræ, eo ꝙ non reducunẽ ad alios, ſyllōs aūt concludentes indirecte & ſecundæ & tertiæ figuræ nō regulāt niſi prius reducanẽ ad quatuor primos primæ fig. Vnde Ariſt. in Primo Priorum, anteꝙ̄ traderet duo principia regulatiua, diſtinxit ſyllm̄ in perfectū & imperfectum, deinde dedit p̄dicta duo pricipia regulatiua pſectorū, poſtea ſubiunxit vnū principiū regulatiuum imperfectorum. ſ. conuerſionē ꝓpōnum. Nā, vt tibi manifeſtabitur infra, modi cōcludētes indirecte, & modi ſecūdæ ac tertiæ figuræ reducunẽ ad quatuor primos ꝑ conuerſionē ſimplicē, aut ꝑ accn̄s, q reducti regulātur per dici de omni & de nullo, ſicut & quatuor primi.

Scd̄o nō regulāt niſi ſyllōs factos ad itellectū & nō ad ſenſū: & voco ſyllm̄ ad itellectū, in q̄ mediū ē vl̄e, ad ſenſum aut in quo mediū eſt ſingulare tm̄ ſingulr, vt eſt ſylls̄ expoſitorius cuius p̄miſſę ſunt duę ſingulares, & iō ibi nō eſt dici de oī, nec de nullo. In ſyllō aūt facto ad intellectū, neceſſę eſt aut vtrāq; p̄miſſarū, aut

alteram eē vlēm affirmatiuā, aut negatiuam, qm̄, vt ti bi manifeſtabitur ex puris particularibus indefinitis, aut ſingularibus, non fit ſylls validus ad intellm, ex cō ſequenti ergo neceſſe eſt in omni ſyllō ad intellm ſeruari dici de omni, aut de nullo. Tertio alio mō ſeruatr dici de omni & de nullo in ſyllo concludente in materia neceſſaria & remota, & alio mō cōcludente in materia contingenti. Nam primo modo ſeruatur de omni et de nullo abſolute, ſ. pro omni dr̄ia tēporis. In materia n. neceſſaria prædicatum ſemper conuenit ſubiecto etiam remoto eſſe exiſtētiæ ſubiecti: vnde hæc eſt vera, Adā eſt hō, eſt animal, eſt ſub̄a &c. ſecundo autē modo non ſeruatr de omni & de nullo, niſi pro exigentia tp̄is, puta pro tp̄e præſenti, in quo ſub̄m exiſtit, qm̄ prædicata contingentia non verificantr de ſubiecto, niſi cum conſiſtentia ſubiecti. Vnde hęc nō eſt vera niſi pro hoībus exiſtentibus, oīs hō currit. Hæc aūt eſt ſemper vera, omnis homo eſt aīal, vt tibi alias declarabitur. Ex his ergo ſequitur, quod ſi quid arguat ſic, oīs hō currit, Adā eſt hō, ergo adā currit. Nō valet, qm̄ in maiori non verificatur de omni, niſi pro hoībus exiſtentibus, in minori aūt ſub hoīe ſumitur Adam, prout hō ſumitur abſolute, & non ſolū pro tēpore præſenti. Vnde magis ample ſumitur hō in minori quā in maiori, ideo non ſequitur argumētū. Nā dicemus in regulis generalibus defenſiuis ſyllorū, qđ oportet terminos teneri æque ample, & æque ſtricte in prēmiſsis & in cōclōne, aliter ſequitur multiplex error. His igitur limitationibus obſeruatis, inuenies qđ prædicta duo principia ſufficienter regulant ſylls.

Syllogiſmus quid ſit. Quantum ad tertium, ſ. quid ſit ſyllos formaliter ſumptus aduerte, ꝙ Ariſt in. 1. Priorū ſic diffinit, Syllogiſmus eſt orō, in q̄ poſitis q̄buſdā aliud qdā ex neceſsitate cōtingit: q̄ diffōnē Petrus hiſ. magis explicās inqt. Sylls eſt orō. in q̄ q̄buſdā poſitis & cōceſsis, neceſſe eſt aliud accidere, p̱ ea q̄ poſita ſunt & conceſſa.

Primo dr̃ oratio,& ponif loco gñis,qm̃ magis cõis eſt. Nã oĩs ſylls eſt oratio, ſed nõ ecõuerſo. Sed aduerte,qđ nõ eſt oratio vna categorica. Cõſtat.n.ex duab⁹ p̃miſsis,quarum vtraq; vt in pluribus eſt categorica. Vnde reſpectu categoricæ, verius diceretur qđ eſt oratione..ſ.maior ordinate in modo & in figura,quã qđ ſit oratio. Vt igit r ſcias quõ eſt oratio aduerte, quod hic eſt duplex opĩo. Quidã dicũt,quod eſt oratio non ſimplr dicta,ſed eſt orõ argumẽtatiua,q̃ complectitur duas categoricas debite diſpoſitas in modo & in figura,& ſic ſylls eſt vna oratio cõplexiue,ſed eſt duę orõnes ſeparatim accepte. Quidã aũt dicũt,quod eſt vna oratio categorica vt patet,ſed hypothetica cõplectẽs plures categoricas cõiũctas,vt principales partes ſui. Quę autẽ hypothetica ſit,an copulatiua, an conditionalis eſt duplex ſententia. Quidam dicũt qđ eſt copulatiua,qm̃.Ma & minor debẽt cõiũgi p cõiũctionẽ copulatiuam,vt ſic arguẽdo in barbara,Oẽ aĩal eſt ſubã, & oĩs homo eſt animal,ergo omnis homo eſt ſubſtantia. Quidam vero dicũt quod eſt hypothetica rõnalis, qm̃ maior & minor cõiunguntur cum concluſione p hanc cõiunctionem ergo. Rõnalis autem reducitur ad conditionalem ut docuimus in trac.3. Siue autẽ teneas prmiã ſententiam ſiue ſecundam conſtat quomodo ſyllogiſmus eſt oratio & non orationes. Secundo dicitur in qua quibuſdam poſitis,ideſt duabus præmiſsis, ſcilicet maiore & minore,bene ac debite ordinatis in modo & in figura, vt declarabitur infra.

Tertio dr & conceſsis. Aduerte , quod Ariſtoteles non ponit hanc particulam,ſed Boetius eam addidit, & Petrus Hiſpa.imitatus eſt Boetium. Rõ autem propter quam Ariſtoteles non poſuit,ſed Boetius eſt hæc, qm̃ Ariſtoteles diffinit ſyllm̃ ſimplr ꝓut ordinatur ad ſyllm̃ demonſtratiuum. Boetius autem ipſum diffinit vt ordinatur ad ſyllm̃ dialecticum ſiue ꝓbabilem. Diſtinguitur autem demonſtrator a dialectico in hoc,qđ

demõſtrator nõ petit ab eo cõtra quem arguit, an concedat p̃miſſas antequam cõcluſionem inferat, ſed ſimpliciter eas ponit, qm̃ ꝓcedit ex neceſſarĳs, & de neceſſitate concludit. Dialecticus autem qm̃ non ex neceſſarĳs, ſed ex ꝓbabilibus ꝓcedit, quæ poſſunt negari antequam concludat p̃miſſas poſitas in modo & in figura, petit ab eo, cõtra quem arguit an concedat eas, qm̃ ſi non concedit concludere non poterit. Reſpectu ergo ſyllogiſmi dialectici efficacis dicitur in diffinitione, in qua quibuſdam poſitis & conceſsis. Quarto dr̃ neceſſe eſt. Aduerte quod per hoc diſtinguitur ſylls ab exemplo, quod ſolam habet ꝓbabilitatem vt dicit Ariſto. in. 1. poſteriorum, eo quod ſit argumentum rhetoricum, ideſt ſuaſiuum & non vltra, & ideo ex eo non ex neceſsitate infertur intentum.

Quinto dr̃ aliud accidere. Aduerte qđ ly aliud ſtat ꝑ cõcluſione, ac ſi dicat, ſylls eſt oratio hypothetica ſiue argumentatiua, in qua p̃miſsis debite poſitis & cõceſsis de neceſsitate concluſio ſequitur, quæ eſt diſtincta a duabus p̃miſsis. Sed hic ſunt duo dubia primum eſt circa ly aliud, ſecũdum eſt circa ly neceſſe. Circa ly aliud dubitatur qũo concluſio ſit aliud a præmiſsis, cũ componatur ex eiſdem terminis, ex quibus præmiſſę, excepto medio, vt tibi manifeſtabitur infra. Item ſi ita eſt aliud quod non ſit de eſſentia ſyllogiſmi.

Reſpondetur, ſi concluſio conſideretur quo ad materiam. q ſunt termini componẽtes, non eſt aliud a p̃miſsis, vt argumentum ꝓbat, ſi aũt quo ad formã, ſic eſt aliud. nã maior & minor extremitas nõ componũt p̃miſſas niſi aſſumãtur cũ medio, & diſponãtur in debito mõ & figura. Cõponũt aũt cõcl'onem relicto medio & ideo cõcl'o eſt tertia, ꝓpõ real'r & eſſential'r diſtincta a duabus p̃miſsis & qm̃ Ariſt. cõſiderauit concl'onem quo ad formam, ideo dixit eam eſſe aliud.

Quantum ad illud, vtrum, ita ſit aliud quod non ſit de eſſentia ſylli aduerte, quod ibi ſunt duæ ſniẽ. Vna te

net partem negatiuam, cuius rō eſt, quia remota concluſione, adhuc remanet ſylls pfectus in ſpē ſua, remanet n. in debito modo, & debita figura, cum ibi ſit debita diſpō trium terminorum & duarum ꝓponum vt diſponuntur in barbara & celarent &c. ergo cōcluſio non eſt de eſſentia ſylli, ſed potius ſequēs neceſſario ad illum. Altera autem tenet partēm affirmatiuam, cuius rō eſt, qa ſylls eſt ꝯña formalis, eſt enī oratio hypothetica rōnalis, in qua coniunguntur tres categoricæ per notam illationis. ſ. per ergo, aut igitur: in oi aūt ꝯña formali requiruntur eſſentialr aňs & ꝯňs: antecedens autē ſunt duæ pmiſſe & conſequens eſt cōcluſio illata p notam illatiuam, ergo conclō eſt de eſſentia ſyllogiſmi: & qm̄ hæc ſententia eſt ꝓbabilior, ideo tenenda eſt. Nec obſtat quod dicit Ariſ. neceſſe eſt aliud, i. concluſionē ſequi, non enim intēdit cōcluſionem eſſe aliud a ſyllo, ſed aliud a pmiſsis, modo pexpoſito. Ad argumentū autem alterius opinionis negatur antecedens, ad ꝓbationem dico quod ꝓbat ſeruari oīa, quæ requirūtur, ad verum antecedens requiſitum in ſyllo inquantum eſt conſequentia formalis, ſed non ſeruantur oīa quæ ad totum ſyllogiſmum requiruntur, niſi ex præmiſsis vt ex antecedente, inferatur concluſio, vt conſequens requiſitum ad perfectam conſequentiam.

Circa ly neceſſe dubitatur, quia aliquando concluditur conclo cōtingens ut hic, Omnis homo currit, Sortes eſt homo, ergo ſortes currit: aliqn̄ concluſio impoſſibilis, vt hic, Omnis homo eſt aſinus, Sortes eſt hō: ergo ſortes eſt aſinus. Sed contingens & impoſsibile nō neceſſario ſequitur. Quod enim neceſſario ſequitur, neceſſarium eſt, ſed nec contingens nec impoſsibile eſt neceſſarium, ergo non eſt verum quod ſemper ſit neceſſe concluſionem ſequi, niſi quando concluſio eſt neceſſaria, & ſyllogizatur ex præmiſsis neceſſarijs.

Rñdetur. Hoc dubium ſoluit p diſtinctionem de neceſsitate ꝯñtiæ & ꝯñtis: cōcludit qdem argumētum de

neceſsitate ꝯn̄tis,ſed non ꝯn̄tiæ,& de hac intēdimus in diſſōne ſylli.Quid autem ſit vtraq; neceſsitas, & quo modo differant,tetigimus in trac.5. loquentes de conditionali,de qua diximus in quo ſenſu omnis conditionalis ſit neceſſaria,& omnis falſa impoſis. Conſtat igitur tibi quid ſylls formaliter ſumptus.et aduerte quod oēs particulæ diffōnis præter primam ponuntur loco differentiæ,vt.ſ.diſtinguatur ſylls ab aliis argumentationis ſpēbus,vt a conſequentia,enthimemate, inductione,exemplo,& conuerſione.Quid ſit cōſequētia, manifeſtabitur tibi in trac.de cōſequentiis.Enthimema autem eſt ſylls truncatus,in quo tacita altera p̄miſſarū & p̄cipue minore,infertur ſtatim concluſio vt hic,Oīs homo eſt animal,ergo ſortes eſt animal,tacetur autem minor.i.ſortes eſt homo.Inductio vero eſt ꝓgreſſus a particularibus ſufficienter numeratis, ad vle concludēdum,vt hic,Iſte homo & iſte & iſte, & ſic de ſingulis eſt bipes,ergo oīs homo eſt bipes. Exemplum vero ē quod ſingulariter ꝓpoſitum, aliud ſingulare oſtēdere cōtēdit per aliquod ſile in vtroq; reptum.vt hic,Decet Carolum Imperatorem obliuiſci iniuriarū,ſicut & Cęſarem decuit.Oēs aūt hmōi argumētationes differunt a ſyllo,qm̄ aut in eis non ponuntur plures p̄miſſę, aut ſi ponuntur non diſponuntur in modo & in figura.

De Modo et figura. Quātum ad quartū aduerte quod ſicut eſt duplex mā ſyllogiſmi,ſ.ꝓpinqua,vt ꝓpō,& remota, vt terminus,ſicut declarauimus,ſic duplex eſt eius forma,ſ. ꝓpinqua & remota:ꝓpinqua quidem eſt modus, vt barbara,celarēt.Remota aūt eſt figura,vt prima figura vel ſecūda &c.Modus autem eſt ordinatio duarum p̄miſſarum.ſ.maioris,& minoris ſm debitam qualitatem & q̄titatem.Debita autem qualitas eſt, qd̄ vtraq; ſit affirmatiua,vel ſaltem altera,qm̄ ex puris negatiuis, non ſit validus ſylls Nam qn̄ ex p̄miſsis veris cōcluditur cōclo falſa,nō eſt validus ſylls Contingit autem ex p̄miſsis negatiuis veris concludi falſum,vt hic,Nullus

homo eſt lapis: nullus iaſpis eſt homo, ergo nullus iaſpis eſt lapis. Cõſtat p̃miſſas eſſe ueras, conclõnem aũt falſam, ergo ex puris negatiuis eſt inualidus ſylls. Debita uero quantitas eſt quod utraq; p̃miſſarum ſit vlis, uel ſaltem una: qm̃ ex puris particularibus indefinitis, & ſingularibus nihil ſequitur. Contingit enim ex puris particularibus ueris concludi falſum, ut hic, aial eſt aſinus, homo eſt aĩal, ergo homo eſt aſinus, ergo &c. Præterea ad debitam quantitatem ſpectat quod ſi aliquam p̃miſſarum fuerit particularis, cõclo ſit particularis, nõ tamẽ oportet eſſe ecõuerſo. Nam cõtingit cõclusionem eſſe particularem, & tamẽ utraq; p̃miſſarũ eſt ulis, ut patet in baralip. & in darapti, et in felapton. Rõ autem huius regulæ eſt, quia talis debet eſſe unio maioris & minoris extremitatis in concluſione, qualis fuit in medio. Sed, qñ altera p̃miſſarum eſt particularis, unio cum medio eſt particularis, ut patet in darii & ferio ex parte minoris, ergo & in concluſione unio extremitatum debet eſſe particu laris. Prçterea, ad debitam qualitatem ſpectat, quod ſi altera p̃miſſarum fuerit negatiua, concluſio ſit negatiua & econuerſo. cuius regulæ rõ eſt, q unio uel ſeparatio extremitatum in cõclusione ſeqtur unionem cum medio, uel ſeparationẽ a medio in p̃miſsis. Sed, qñ una p̃miſſarum eſt affirmatiua, & altera negatiua, duæ p̃miſſæ ſeparantur in medio, ex eo quod una cõiũgitur medio, a quo alia ſeparatur: ergo oportet illas extremitates ſeparari ab inuicem in conclõne, & ſic concluſionem eſſe negatiuam. *Figura.*

Figura aũt eſt debita ordinatio trium terminorum .ſ. maioris extremitatis, & minoris, & medii ſm ſubiectionem & p̃dicationem. Quæ quidem ordinatio conſiſtit in hoc, quod medium ſumatur cum maiori extremitate in p̃miſſa prima, q̃ dr̃ ꝓpõ maior, deinde ſumatur cum minori extremitate in p̃miſſa ſecũda, quæ dicitur ꝓpõ minor, deinde excludatur a concluſione. Neque enim medium põt intrare concluſionem, aliter cõclu-

ſio non differret ab altera pmiſſarum. Nam, ſi mediũ, in cõcluſione cõiũgeret cum maiore extremitate, non differret cõcluſio a ꝓpõne maiori, & ſi coniũgeret cũ minori extremitate, non differret a ꝓpõne minori, vt ergo ſeruetur dña inter pmiſſas & concluſionem medium excludendum eſt a concluſione. Conſtat igitur q̃ ſit forma ſyllogiſmi propinqua & remota.

Quãtum ad quintum aduerte antequã deſcẽdamus ad ſpecificam cõſiderationem figurarum & modorũ cuiuslibet figurę inueſtigãdum eſt quod ſint valide ſyllogiſmorũ figurę. Et hic inuenio duas ſnias, quarũ vna eſt Ariſ. in. 1. priorum. Secũda attribuitur Galeno.

Figurare manerus. Secũdum Ariſt. ſunt tm̃ tres, qm̃ cum figura ſit ordinatio ſiue diſpõ trium terminorum ſm debitam ſubiectionem et pdicationem, quorum principale eſt mediũ, tot erunt validæ ſyllogiſmorũ figuræ, quot modis cõtingit debite variari medium ſm ſubiectionem & pdicationem in vtraqꝫ pmiſſarum. Hęc aũt variatio cõtingit fieri vtiliter tribus modis primo cõtingit medium ſubiici in ꝓpõne maiori, & pdicari in ꝓpõne minori. & ſic conſtituitur prima figura ſic arguendo, Omnis homo eſt aïal. ſor. eſt homo: ergo ſor. eſt aïal. Secundo contingit medium pdicari in vtraqꝫ pmiſſarum, & extremitates ſubiici, & ſic conſtituitur ſecunda figura ſic arguendo, Nullus lapis eſt aïal: omnis homo eſt animal: ergo nullus homo eſt lapis. Tertio contingit mediũ ſubijci in vtraque pmiſſarum, & extremitates pdicari, & ſic conſtituitur tertia figura ſic arguẽdo, Quoddam aïal nõ eſt homo: oẽ aïal eſt ſubſtantia: ergo quædam ſubſtantia non eſt homo. & cum ſm Ariſto. nõ poſſit pluribus modis variari medium vtiliter & vniuerſaliter, ita ꝙ ſyllogiſmus valeat in omnibus conſimili forma arguendi retenta, vt declarabitur, ſequitur quod tantum tres ſunt ſyllogiſmorum figuræ.

Secũdum Gal. autem tribus pdictis additur quarta, in qua medium pdicatur in maiori, & ſubijcitur in minori

ſic arguendo, oĩs homo eſt aĩal, oẽ aĩal eſt ſubſa, ergo oĩs homo eſt ſubſa. Sed hæc regula non eſt neceſſaria, qm̃ æquipollet regulæ antepñtali, in qua dictum ẽ ad mentem Ariſtotelis. { Quando alterum de altero prędicatur, quicquid p̃tur de p̃to, p̃tur de ſubiecto } ,& in ,, antepñtis aſsignauimus limitationes eius, ne cõtingat ,, error. vide tu illic, & ideo non eſt opus addere quartã, ,, tres ergo cum p̃dicta regula antepñtali ſufficiunt. Hæc de præcognoſcendis ꝑ acquirenda doctrina ſyllogiſmi forma. dicta ſint, & hic terminatur caput primum.

De Prima figura & ſingulis eius modis. Cap. 2.

IN ſecundo cap. agendũ eſt de prima figura, de qua tria uidenda ſunt. primo an ſit perfectior uel imperfectior ſecunda & tertia, ſecundo aſsignãdę ſunt regulæ obſeruandæ in prima figura, ne circa eam cõtingat error in arguẽdo. tertio agẽdum eſt de ſingulis eius modis tam directe quam indirecte concludentibus. *Prima figura perfectiſsima*

Quãtum ad primum aduerte, quod vt diximus in cap. p̃cedenti prima figura eſt, in qua medium ſubiicitur in ma. & p̃tur in minori. Cuius perfectio ſuper ſecũdam & tertiam & p̃cipue quoad quatuor primos modos directe concludentes oſtẽditur ex tribus. primo ex eo ꝙ p eam cõcluduntur oĩa concluſionum genera, ſ. affirmati. & uniuerſali: ut in barbara, & negati. uniuerſalis, ut in celarent, & parti. affir. ut in darij, & parti nega. ut inferio. In ſecunda autem figura non concludun tur niſi uniuerſalis negatiua & particularis negatiua, ut tibi manifeſtabitur. In tertia aũt non concluditur uniuerſalis, ſed tantum particularis affirma. & nega. Qm̃ igitur in prima cõcluduntur oĩum cõcluſionum genera, merito perfectior eſt. Vnde vt oſtendemus in trac. de ſyllo. demonſtratiuo, eſt magis ſcientifica, & p̃cipue q̃a p illam tãtum cõcludimus concluſionem ulẽm affirmatiuam, de qua ꝓprie eſt ſcientia, quæ de ulibus. Secũdo eſt pfectior ex parte medij. Nam ſolũ in prima figura medius terminus mediat inter maiorẽ & minorẽ

extremitatem & cõiungit eas, ita qđ & põne ſiue ſitu & cõiũctione eſt vere medium. In ſecũda aũt figura & tertia nõ eſt medium põne inter extremitates cum in ſecũda p̃dicetur in vtraq; p̃miſſarum, & in tertia ſubiicia tur. Eſt aũt medium ſolum quo ad cõiũctionem. Nam maior & minor extremitas in ſecũda figura cõiũgunť in vno p̃to, quod eſt medium, & in tertia cõiũgũtur in vno ſubiecto, quod ſilr̃ eſt medium, ex parte, ergo medij termini prima figura eſt pfectior. Tertio ẽ pfectior ex eo qđ quatuor primi modi nõ reducũtur ad priores, ſed oẽs alij ſecundæ & tertiæ figuræ & quinq; indi recte cõcludẽtes reducũtur ad quatuor primos primæ figuræ, vt tibi manifeſtabiť. Cõſtat ergo qũo ex tribus cauſis eſt pfectior, & ideo merito ponitur primo loco.

Quantum ad ſecundum aduerte quod duæ generales regulæ obſeruãdę ſunt in prima figura quo ad quatuor primos modos directe concludentes.

Regula prima. Prima eſt. In prima figura minore exiſtente negatiua, nihil ſequitur, i. non fit validus ſylľs formalis, qui teneat in oĩbus ſeruato tali modo arguẽdi. Cuius rõ eſt, quia cõtingeret ex p̃miſsis veris cõcludi falſum, vt hic, omnis aſinus eſt animal. Nullus homo eſt aſinus: ergo nullus homo eſt aĩal. Conſtat p̃miſſas eſſe veras, & cõcluſionem falſam. Diximus autem ſupra quotiẽs ex veris concluditur falſum, eſſe inualidum modum arguendi, eadem regula ſeruanda eſt in omnibus modis tertię figuræ, vt tibi declarabitur.

Secunda. Secũda eſt. Maiori exiſtenti particulari indefinita vel ſingulari in prima figura, nihil ſequitur, i. inualidus eſt ſylľs, rõne ſupradicta, vt hic, Quoddam aĩal eſt hõ: oĩs aſinus eſt animal: ergo omnis aſinus eſt homo. Cõſtat p̃m ſſãs eſſe veras, & concluſionem falſam, ergo eſt inualidus ſylľs, eadem regula obſeruanda eſt in ſecũda figura, vt tibi declarabitur quo ad oẽs modos. Dixi notanter quo ad primos quatuor modos concludentes directe, quoniam iſtæ regulæ non ſunt neceſſariæ in

modis

modis indirecte. Nã in ſapeſmo, minor eſt negatiua, in friſeſomorum maior eſt particularis. Quid aũt ſit directe, & indirecte cõcludere, dicemus in ſequentibus.

Quãtum ad tertium aduerte, quod modi expreſsi ab Ariſto. in. 1. Priorum & ut principales ac naturaliter concludentes ſunt quatuor: ſcilicet.

Barbara. Coelarent. Darij. Ferio.

Quibus Boetius in lib. de ſyll'o categorico ex autoritate Theophraſti et Eudemi, & aſſenſu Porphy. addidit quinq; modos concludẽtes indirecte, vñ Boetius in pdicto ſub lib. inquit. Quatuor primos modos ĩ analyticis ſuis, i. in lib. 1. Priorũ poſuit Ariſt. Cæteros vero quinque Theophraſtus, & Eudemus addiderunt, qbus Porphy. vir grauiſsimæ authoritati viſus eſt cõſenſiſſe. Sũt aũt iſti qnque modi.

Baralipton. Coelantes. Debitis. Fapeſmo. Friſeſomorum.

Tu tñ aduerte, qđ Theophraſtus, & Eudemus nõ fuerũt primi inuẽtores modorũ oĩum cõcludentium indirecte. Nam Ariſtote. in. 1. Priorum, manifeſte ponit quartũ, & quintum: ſcilicet fapeſmo, & friſeſomorum Sic enim inquit. {Cũ aũt prædicatiuus, & priuatiuus, & vl'r ſumptus priuatiuus, ſemper ſyll's fit minoris extremitatis ad maiorẽ, vt ſi a quidẽ oĩ. b vel alicui, b aũt nulli c, cõuerſis propoſitionibus neceſſe eſt c alicui a nõ ineſſe. Sil'r aũt & in alijs figuris. Semper. n per conuerſionẽ fit ſyll's} & intẽdit Ariſt. quod, qñ vna propoſitio, ſ. maior eſt vl'is affirmatiua, altera vero, ideſt minor vl'is negatiua, erit ſyllogiſmus cõcludens minorẽ extremitatẽ de maiore in prima figura, & hoc eſt indirecte cõcludere. Nã ſicut directe cõcludere, eſt maiorẽ extremitatem prædicari de minore in cõcluſione, ſic indirecte cõcludere eſt minorẽ extremitatẽ p̃ri de maiori in cõcl'one. Hoc aũt quod dixit Ariſt. fit in fapeſmo. Sic. n arguitur, oĩs hõ eſt aĩal, nullus aſinus eſt hõ, ğ quoddã aĩal non eſt aſinus. Conſtat qđ maior eſt vl'is affir. & mi.

vlis neg.& cõcluſio particularis neg indirecta:ğ Ariſ. poſuit ſapeſmo. Item dicit, qđ qñ vna præmiſſarum, ideſt ma. eſt particularis affir.& altera, i.mi. vlis nega. erit ſylls cõcludens minorem extremitatem de maiori in prima figura, ex cõſequẽti cõcludet indirecto, & hoc fit in friſeſomorũ: ſic.n.arguiť, Aliqua virtus eſt bona, nullũ vitium eſt virtus, ğ aliquod bonũ non eſt vitium: ergo Ariſto. poſuit friſeſomorũ, ex quinque ergo modis primæ figuræ concludentibus indirecte, duos habemus ab Ariſto. alios aũt tres aduertere potuerũt Theophraſtus et Eudemus, qđ innuit Boetius vbi ſupra. Sic.n.inquit. Hoc qđ nup diximus in ſecũdo priorũ analyticorũ lib. ab Ariſto. monſtrať. Qđ ſoli Theophraſtus, & Eudemus principium capiẽtes, ad alios in prima figura ſyllos adijciendos aĩum adiecere. Licet ğ Ariſto. oẽs modos indirecte cõcludentes nõ expreſſerit virtualiter tamẽ ab eo proceſſerunt.

Deſcẽdentes igiť ad ſingulos modos aduerte prius pro vlĩ intelligẽtia omnium modorũ primæ, & ſecundæ, & tertiæ figuræ, quod continentur his verſibus.

Barbara, Cœlarent, Darij, Ferio, Baralipton.
Cœlantes, Dabitis, Fapeſmo, Friſeſomorum,
Cæſare, Cameſtres, Feſtino, Baroco, Darapti,
Felapton, Diſamis, Datiſi, Brocardo, Feriſon.

In oĩbus his modis cõtinetur aliqua ex his quatuor vocalibus a e i o. A ſignat vlem affir. E vniuerſalem neg. I particularem affir. O particularem neg.

Oẽs iſti modi continent tres ſyllabas, prima ſignat propoſitionẽ maiorẽ, ſecunda minorẽ, tertia cõclõnẽ: ſi quis aũt modus continet quatuor ſyllabas, vt Baralipton, vel quinque, vt friſeſomorũ, tm̃ tres primæ deſeruiunt, aliæ aũt ſunt pp cõplementum verſus.

Quatuor primi primæ figuræ incipiunt ab his literis b c d f, & oẽs ſequentes tã primæ, ğ ſecũdæ tertiæ figuræ incipiunt ab eiſdem, & denotať quod incipientes a b, reducũtur ab Barbara, & incipiẽtes a c ad cœ-

larẽt, et incipiẽtes a d ad Darij, et ĩcipiẽtes ab f ad ferio.

In oĩbus modis exceptis quatuor primis ponit̃ aliqua ex his quatuor literis, ſ. p. m. c: ſ ſignat qđ ille modus reducitur per conuerſionem ſimplicem, p ſignat quod ille modus reducit̃ per cõuerſionẽ per accñs, m ſignat quod ille modus debet reduci p̃ trãſpoſitionẽ p̃miſſarũ, vt. ſ. maior fiat minor & econuerſo, c ſignat qđ ille modus reducitur p̃ impoſſ. Vnde verſus.

Simpliciter verti vult ſ, p vero per acci.

M vult tranſponi, c per impoſsibile duci.

His prænotatis deſcendamus ad quatuor primos primæ figuræ, p̃ quos ſcđm Ariſ. in. 1. Priorum fiũt ſyllogiſmi perfecti, per oẽs aũt alios ſequentes & ſecũdæ & tertiæ figuræ fiunt imperfecti. Non. n. quatuor indigent firmari, neq; reduci ad alios, oẽs aũt alij reducendi ſunt ad quatuor primos, vt firmentur per illos, ſicut tibi declarabitur, quatuor ergo primi ſunt perfecti, reliqui vero per quatuor primos perficiuntur.

Primus & perfectior eſt Barbara, eo quod in eo ſolo concluditur vniuerſalis affir. & facit magis ſcire, vt tibi declarabitur in tract. ſequenti. Conſtat aũt Barbara ex tribus a, ſignantibus ma. & mi. et concluſionem vniuerſales affir. & ſic arguitur. *Primus modus.*

Bar Omne animal eſt mortale,

ba Omnis homo eſt animal,

ra. Ergo omnis homo eſt mortalis.

Regulæ obſeruandæ vt defendatur modus arguendi in Barbara ponẽtur in vltimo cap. huius tractatus.

Scđs modus primæ figuræ, p̃ quẽ cõcludit vl'is ne. eſt.

Cœ Nullum animal eſt lapis,

la Omnis homo eſt animal,

rent. Ergo nullus homo eſt lapis.

Regulæ defenſiuæ modi arguẽdi in cœlarent ponent̃ in vltimo capite.

Tertius modus primæ figuræ, per quem concluditur particularis affir. eſt.

Da Omnis homo eſt rationalis,
ri Sortes eſt homo,
i Ergo ſortes eſt rationalis.

Regulæ defenſiuæ modi arguendi in Darij ponetur in cap. vltimo.

Quartus modus primæ figuræ, per quem cõcluditur particularis neg. eſt.

Fe nullum bonum eſt malum,
ri Viuere eſt bonum,
o. Ergo viuere non eſt malum.

Regulæ defenſiuæ modi arguendi in ferio, ponentur in cap. vltimo.

Primus modus primæ figuræ concludens particu. affirma. indirecte eſt.

Ba Omne animal eſt viuens,
ra Omnis homo eſt animal,
lip. Ergo quoddam viuens eſt homo.

Aduerte quod reducitur ad barbara per cõuerſionẽ cõcluſionis ꝑ accñs, nã tertiæ ſyllabæ apponiť. P. Sic aũt reduciť, oẽ aĩal eſt viuẽs, oĩs hõ eſt animal, ergo omnis homo eſt viuens. Nam vniuerſalis affirma. conuertitur in particularem affirma. per accñs, vt docuimus in trac. tertio agentes de ſpẽbus conuerſionis.

Sed aduerte qñ dicitur, quod Baralipton reduciť ad barbara per cõuerſionẽ concluſionis per accñs, id põt habere duplicem ſenſum, primus eſt quod cõcluſio de Baralipton conuertatur ꝑ accñs in vniuerſalem affir. & hic ſenſus eſt falſus: qm̃ cum ſit ꝓpoſitio particularis affirma. non cõuertitur niſi ꝑ conuerſionẽ ſimplicẽ in particularẽ affirma. ſecũdus eſt qđ cõcluſio de Baralipton conuertat vniuerſalem affir. per accñs, & hic ſenſus eſt verus: qm̃ vniuerſalis affir. conuertitur ꝑ accñs in particu. affir. ita quod vniuerſalis eſt cõuerſa & ꝑticularis eſt cõuertens, eſt ergo ſenſus qđ Baralipton reduciť ad Barbara ꝑ cõuerſionẽ cõcluſionis actiuam per accñs, & non paſſiuã, quia & ſi nõ conuertatur in

vlem affir conuertit tn vlem affir.p accns, & hic eſt ſenſus Boetij in lib ſuo de ſyllo categorico. Vbi poſitis quatuor primis modis primæ figuræ agēs de quinto; q hic noiat Baralipton ingt, quintus modus ex duabus vlibus affirmationibus eſt, pticularē colligēs hoc mō: Si a fuerit in oī b, & b fuerit in oī c, poſſet æqdē cōcludit qđ a eſſet in omni c. Sed qm̄ iſta vlis ꝓpoſitio vt dictū eſt particulariter, ideſt in particularē couertitur, prætermiſſo eo qđ a terminus de oī c termino ꝑtur, cōcluſio eſſe dicit qđ c terminus de quoddam a termino prædicat. Qđ hoc exēplo mōſtrandum eſt. Si.n.ſint propōnes ſic, oē iuſtū bonū eſt, oīs virtus iuſtū eſt, poſſet etiā concludi qđ oīs virtus bonum eſt. Sed qm̄ iſta ꝓpō ſibi pticulariter cōuertit, i.conuertit in particularē, fit vt quoddā bonū ſit virtus, & ſic cō/cluſio pticularis ſyllogiſmi colligit ex duabus vlibus affirmatiuis. Hæc Boe. ex qb⁹ ꝯſtat, ꝙ pticularis affir. q eſt cōclo in Baralip. nō eſt cōuerſa in vlem affir. vt reducat ad Barbara, ſed qm̄ eſt cōuertēs vlem affir. vñ pōt cōcludi vlis affir. q eſt cōuerſa, & tunc ſylls eſt in Barbara, & pōt concludi particu. affir. q eſt cōuertēs vlem affir. & tunc argumentum eſt in Baralipton.

Scd's primæ fig. cōcludēs indirecte vlem negatiuā eſt.

Cœ Nullum animal eſt lapis
lan Omnis homo eſt animal
tes Ergo nullus lapis eſt homo.

Reducitur ad cœlarent. ſi conuertatur cōcluſio ſimpliciter, i. vlem neg ſic, nullum aīal eſt lapis, oīs homo eſt animal, ergo nullus hō eſt lapis.

Regula defenſiua modi arguendi in cœlantes, ponet in capite vltimo.

Tertius modus primæ figuræ concludens indirecte particu. affir.

Da Omne animal eſt viuens
bi Homo eſt animal
tis Ergo quoddam viuens eſt homo.

Reducitur ad darij cõuerſa cõcluſione ſimplr,ideſt in particularem affir. ſiue indiffinitam ſic,oē aīal eſt viuens,homo eſt animal,ergo homo eſt viuens.

Regula defenſiua modi arguendi in dabitis, ponetur in cap.vltimo.

Quartus modus primæ figuræ concludens indirecte particu. negatiuam.

Fa Omne animal eſt ſubſtantia,
peſ Nullus lapis eſt animal.
mo. Ergo quædam ſubſtantia non eſt lapis.

Reducitur ad ferio maiore cõuerſa per accñs,i.particu affir.vt omne aīal eſt ſuba, quædam ſuba eſt animal,& minore conuerſa ſimplr, ideſt in vniuerſalem neg. vt nullus lapis eſt aīal,nullum animal eſt lapis,& per tranſpoſitionē præmiſſarum ſic cõuerſarum, vt.ſ. minor cõuerſa fiat maior, & maior ꝯuerſa fiat minor. Tunc n.ſylls erit in ferio ſic arguendo,nullum animal eſt lapis,quædam ſubſtantia eſt animal, ergo quædã ſubſtantia non eſt lapis.

Regula defenſiua modi arguēdi in ſapeſmo ponet̃ in cap. vltimo.

Quintus modus primæ figuræ concludens indirecte particu. nega.

Friſ Quidam homo eſt animal.
eſ Nullus aſinus eſt homo.
mo. Ergo quoddam animal non eſt aſinus.

Reducitur ad ferio,maiore cõuerſa ſimplr,i.in particu. affir.vt quidam homo eſt animal,quoddam aīal eſt hõ,& minore cõuerſa ſimplr,i.in vlem neg. vt nullus aſinus eſt hõ,nullus hõ eſt aſinus, & per tranſpoſitionē præmiſſarum conuerſarum, vt.ſ.minor conuerſa fiat maior,& maior conuerſa fiat minor, & tunc argumentum erit in ferio. Sic arguēdo,nullus homo eſt aſinus,quoddam animal eſt hõ, ergo quoddam aīal non eſt aſinus. Hęc de modis primæ figuræ tam directe q̃ indirecte concludentibus dicta ſint.

IN tertio cap. agendum eſt de ſecũda figura, in qua tria agẽda ſunt: primo quõ ſe hẽt ſecũda ad primã, & ad tertiam, quoad perfectionẽ. ſecundo ponẽdæ ſunt regulæ gñales obſeruãdæ, ne fiat error in arguendo in ſcda fig. tertio agẽdũ eſt de ſingulis eius modis.

Quantum ad primũ aduerte qđ eſt media ſcđm pfectionẽ inter primã & tertiã, nã eſt imperfectior prima quoad quatuor modos directe concludentes, qm̃ in prima cõcludiť vlis affir. in ſecunda aũt nõ. Præterea mediũ ĩ prima vere mediat inter extrema põne & cõiunctione, in ſcda aũt tm̃ coniunctione, qm̃ p̃tur in vtraq; p̃miſſarum. Præterea, modi ſecundæ reducuntur ad modos primæ, vt tibi manifeſtabiť tanquã imperfecti ad pfectos, & nõ econuerſo: ergo cõſtat ſecũdã eſſe impfectiorẽ prima: eſt aũt pfectior tertia, qm̃ in ſcda cõcludiť vlis neg. & pti. neg. in tertia aũt ſolũ pticularis affir. & neg. ergo facit minus ſcire q̃ ſecũda: p̃terea ĩ ſcda mediũ p̃tur ĩ vtraq;, in tertia vero ſubijciť, nobilius eſt aũt p̃ri q̃ ſubijci, qm̃ p̃tũ hẽt rõnẽ formæ, ſubm̃ vero rationem materiæ. Conſtat ergo ꝙ eſt media quoad perfectionem inter primã & tertiam.

Quantũ ad ſcđm aduerte, qđ tres regulæ obſeruãdæ ſunt, ne contingat error in arguendo in ſcda fig.

Prima eſt, in ſecũda fig. nunquã maior ſit particularis:

Secunda eſt, non ſit vtraq; præmiſſa affir. ſed vna affir. & altera negatiua.

Tertia eſt, ſemper conclusio ſit negatiua.

Ratio primę regulæ & ſecundæ, & tertiæ eſt, quia cõtingeret præmiſſas eſſe veras & concluſionẽ falſam, ergo eſſet inutilis modus arguendi. Diximus .n. ſupra, ꝙ in vero & formali modo arguendi, ex veris nõ cõcluditur niſi verũ. Qđ aũt maiori exiſtente particulari, cõtingat ex veris concludi falſum, patet hic,

Homo eſt albus,

Nullus æthiops eſt albus,

Ergo nullus æthiops eſt homo.
Cõſtat me.eſſe verã cũ ſit indefinita,& mi.eſſe verã ad ſenſum,& tñ concluſio eſt manifeſte falſa.
Quod vero exiſtente vtraq; pmiſſarum affirma. contingat ex veris concludi falſum, patet hic.
Omnis homo eſt animal
Omnis aſinus eſt animal
Ergo omnis aſinus eſt homo
Conſtat vtranque præmiſſarum eſſe verã,qm̃ animal prędicatur eſſentialiter de omnibus ſpeciebus ſuis, vt declaratum eſt in tract.4.concluſionem autẽ eſſe falſam nemo dubitat.
Qđ etiã ſi cõcl'o fiat affir. cõtingat ex veris cõcludi falſum patet in argumẽto pcedẽti.Præterea,regula tertia ſeqr ex neceſsitate a ſcđa , nã ſi ẽ neceſſe in ſcđa fig. alterã pmiſſarũ eſſe negatiuã,oportet cõcl'onẽ neg. & concluſionem fieri affirma.vt patet diſcurrẽti. Cõſtat igitur prædictas tres regulas obſeruandas eſſe in ſecunda figura.
Quãtũ ad tertiũ aduerte,q; ſcđa fig. continet quatuor modos directe cõcludẽtes,ex qb' duo primi cõcludũt vl'em neg.et duo ſeqũtes particularẽ negatiuã.
Primus eſt
Cæ Nullum vitium eſt virtus.
ſa Omnis iuſtitia eſt virtus.
re. Ergo nulla iuſtitia eſt vitium.
Reducit ad cœlarent ma.conuerſa ſimpliciter,i.in vniuerſalem negatiuam ſic,nulla virtus eſt vitium, ois iuſtitia eſt virtus,ergo nulla iuſtitia eſt uitium.
Regula defenſiua modi arguẽdi i cęſare, ponet i vl.c.
Secundus modus eſt.
Ca Omne animal eſt viuens.
meſ Nullus lapis eſt viuens.
tres, Ergo nullus lapis eſt animal.
Reducitur ad cœlarẽt, cõuertẽdo minorẽ ſimpliciter, id eſt ĩ vl'em neg.et cõcl'onẽ ſimpliciter,i.in vniuer-

ſalem neg. & trāſponēdo minorem in maiorem, & maiorem in minorē ſic arguēdo. Nullū viuēs eſt lapis, oē aīal eſt viuēs, ergo nullum animal eſt lapis
Regula defenſiua modi arguendi in cameſtres, ponetur vltimo capitulo.
Tertius modus eſt
Fe Nullus aſinus eſt homo
ſti Sortes eſt homo
no. Ergo ſortes non eſt aſinus.
Reducitur ad ferio maiore cōuerſa ſimpliciter, i. in vniuerſalem negatiuam ſic, nullus homo eſt aſinus, ſortes eſt homo, ergo ſortes non eſt aſinus.
Regula defenſiua modi arguendi in feſtino, ponetur in cap. vltimo.
Quartus modus eſt.
Ba Omnis virtus eſt laudabilis
ro Auaritia non eſt laudabilis
co. Ergo auaritia non eſt virtus.
Reducit̃ ad Barbara ꝑ ipoſ̃e. Eſt aūt reducere ꝑ impoſ̃e ſumere oppoſitū cōcl̃onis & alteram p̄miſſarum & inferre oppoſitū alterius p̄miſſæ. Ver. gra. in argumēto ꝓpoſito cōcl̃o eſt hæc, Auaritia nō eſt virtus, ſumatur oppoſitū ɔ̄dictoriū. i. oīs auaritia eſt virtꝰ: maior ē hęc, oīs virtus eſt laudabilis, minor eſt hęc, auaritia non eſt laudabilis, oppoſitum contradictorium eſt hoc, omnis auaritia eſt laudabilis. Arguatur ergo ſic, omnis virtus eſt laudabilis, omnis auaritia eſt virtus, ergo omnis auaritia eſt laudabilis, quod eſt oppoſitū minoris. Regula defenſiua modi arguendi in Baroco, ponetur in cap. vltimo hæc de modis ſecundæ figuræ dicta ſint.

De Tertia figura, & ſingulis eius modis *Cap. 4.*

IN cap. quarto agēdum eſt de tertia figura, q̃ eſt imperfectior ſecūda, qm̄ p eam cōcluditur ſolum particu. affir. & neg. & de ſingulis eius modis. De ea igit̃ duo agenda ſunt, primo ponentur duæ regulæ generales obſeruandæ, ne fiat in tertia figura ſyllogiſmus inuti-

lis, ſecundo agendum eſt de ſingulis eius modis.
Regulæ. Quãtum ad primũ aduerte duas regulas obſeruandas ne fiat error. Prima eſt, q̃d minor non ſit negatiua, aliter ex veris cõcluderetur falſum. vt hic, oĩs homo eſt aĩal, nullus homo eſt aſinus, ergo aſinus non eſt aĩal. Cõſtat p̃miſſas eſſe veras, & cõcl'onem falſam, ergo iſte modus arguendi eſt inutilis in tertia figura.

Scđa eſt hęc, nũq̃ cõcl'o ſit vl'is, al'r ex veris cõcluderetur falſum. vt hic, oĩs hõ eſt aĩal, oĩs homo eſt ſub̃a, ergo oĩs ſub̃a eſt aĩal. Cõſtat p̃miſſas eſſe veras, & cõcl'onem falſam, ergo eſſet inutilis modus arguẽdi. Neceſſe eſt ergo in tertia figura minorẽ eſſe affirmatiuã, & concluſionẽ eſſe particularẽ ſiue affirmatiuã, & negatiuã.

Quantum ad ſecundum aduerte, quod primus modus tertiæ figuræ, dicitur.

Da Omnis homo eſt ſubſtantia,
ra Omnis homo eſt animal.
pti Ergo quoddam animal eſt ſubſtantia.

Reducitur ad darii minore conuerſa p̃ accidens: i. in particu. affir. vt hic, oĩs homo eſt ſub̃a, quoddam aĩal eſt homo, ergo quoddam animal eſt ſubſtantia.
Regula defenſiua modi arguẽdi ĩ darapti, ponet̃ ĩ. c. vl.
Secundus modus dicitur,

Fœ Nullum animal eſt mortuum,
lap Omne animal eſt viuum,
ton. Ergo viuum non eſt mortuum.

Reducitur ad ferio minore cõuerſa per accidẽs, i. in parti. affir. vt hic. Nullum aĩal eſt mortuum. Quoddã viuũ eſt aĩal, ergo quoddam viuum nõ eſt mortuum.
Regula defenſiua modi arguẽdi in fœlapton, ponetur in capi. vltimo.
Tertius modus dicitur,

Di Quidam homo eſt iuſtus,
ſa Omnis homo eſt animal,
mis. Ergo quoddam animal eſt iuſtum.

Reducitur ad darii conuerſa maiore ſimpl'r, i. in parti.

affir.& cõuerſa cõcľone ſimplr.i in partic.affir. & tranſponẽdo p̃miſſas ita quod minor fiat maior,& maior conuerſa ſimplr fiat minor,& concludatur cõcľo conuerſa ſimpľr, vt hic,omnis homo eſt animal, q̃dđam iuſtum eſt homo,ergo quoddã iuſtum eſt animal.

Regula defenſiua modi arguendi in diſamis ponetur in vltimo capi.

Quartus modus dicitur,

Da Omnis homo eſt ſubſtantia,
ti Quidam homo eſt animal,
ſi. Ergo quoddam animal eſt ſubſtantia.

Reducitur ad Darii,cõuerſa minore ſimplr in.i. particu.affirma.vt hic,omnis homo eſt ſubſtantia,quoddam animal eſt homo,ergo q̃ddam animal eſt ſub̃a.

Regula defenſiua modi arguendi in Datiſi,ponetur in capi.vltimo.

Quintus modus dicitur,

Bro Quidam homo non eſt iuſtus,
car Omnis homo eſt rationalis,
do. Ergo quoddam rationale non eſt iuſtum.

Reducit̃ ad Barbara p̱ impoſſe.Sic aũt reducetur, ſumatur oppoſitum cõcľonis,q̃đ eſt hoc,oẽ rõnale eſt iuſtum.Sumatur minor vt ſtat,ſ.omnis homo eſt rõnalis,& ꝯcludatur oppoſitum maioris,quod eſt hoc,omnis homo eſt iuſtus,tũc patet quod argumentũ erit in Barbara,ſic ſyllogizãdo,oẽ rõnale eſt iuſtum, omnis homo eſt rõnalis,ergo omnis homo eſt iuſtus.

Regula defenſiua modi arguendi in Brocardo, ponetur in cap.vltimo.

Sextus modus dicitur,

Fe Nullum vitium eſt virtus,
ril Quoddam vitium eſt peſsimum,
on. Ergo quoddam peſsimum non eſt virtus.

Reducitur ad ferio conuerſa minore ſimplr,i.in particu affir.vt patet hic.Nullum vitium eſt virtus, quoddam peſsimum eſt vitium,ergo quoddam peſsimum

non eſt virtus.
Regula defenſiua modi arguẽdi ĩ feriſon ponẽ̄ i ca.vi.
Hæc de tertia figura,& ſingulis eius modis dicta ſint.

De coniugationibus inutilibus ad mentem Ariſtotelis. Cap. 5.

IN cap.quinto tãgẽdum eſt ſummarie de cõbinatio nibus inutilibus,de qbus ptractat Ariſt.in lib.prio. ſatis diffuſe.Tu igitur aduerte, quod cõiugatio ſiue cõbinatio ſumitur hic ꝓ diſpõne trium terminorum .ſ.maioris & minoris extremitatis & medij, & duarũ p̃miſſarum ad inferẽdam concl'onem.Talis igitur com binatio duplex eſt,ſ.vtilis,& inutilis.vtilis eſt, qñ ex tribus terminis,& duabus p̃miſsis veris recte diſpoſi- tis ſemꝑ ſequitur cõcl'o vera ſeruata eadem forma ar- guẽdi,ita quod impoſe eſt ex eadem arguẽdi forma ſtã tibus p̃miſsis veris ſequi cõcl'onem falſam.Quod ſi cõ cludetur falſa aliqua p̃miſſarum erit falſa,vel oẽs vt ſic arguendo in darij.Ois homo eſt aſinus,Sortes eſt ho- mo,ergo ſortes eſt aſinus.Cõbinatio qdem eſt vtilis ꝗ ad formam,ſed peccat in materia,& ideo non eſt mi- rum ſi ex maiori falſa concluditur concl'o falſa.& qm̃ in oĩbus modis trium figurarum ex veris nũq̃ conclu ditur falſum,ſed verum ex veris, & falſum ex falſis,ſer uatis regulis generalibus,de qbus actum eſt ſupra, iõ ſunt cõbinationes vtiles.Cõbinatio autem inutilis co- gnoſcitur,qñ cõſimili forma arguẽdi ſeruata ex p̃miſ ſis veris cõcluditur cõcl'o aliqñ vera,aliqñ falſa.Verbi gra.Si in prima figura ſumatur minor negatiua,ex ue ris concludetur verum & falſum. Verum quidem, ſi ſumatur ſpẽs & genus cum termino extraneo,i.qui eſt alterius generis,vt homo animal lapis & arguatur ſic, oĩs homo eſt animal,nullus lapis eſt homo,ergo nul- lus lapis eſt animal.falſum aũt,Si ſumantur duę ſpẽs cũ genere,vt homo aſinus,& aĩal,& arguatur ſic, oĩs ho mo eſt animal,nullus aſinus eſt homo,ergo nullus aſi nus eſt animal.Præterea. Cognoſcitur combinatio in- utilis,ex eo quod in ea dantur termini in quibus oĩ &

in qbus nulli. Dari terminos in qbus nulli, eſt dari tres terminos, ex qbus fiũt duæ præmiſſe veræ ſm aliquã cõbinationem cũ qbus ſtat vlis negatiua vera. V. G. ſi quis dicat qđ arguere ex puris particularibus, eſt cõbinatio vtilis, ſumat aĩal & hoiem & aſinũ, et arguat ſic. Quoddã aĩal eſt aſinus, qdã hõ eſt aĩal, ergo qdã hõ ẽ aſinus. Certũ eſt qđ cũ his duabus præmiſsis veris ſtat vlis negatiua vera ſ. nullus hõ eſt aſin⁹, ex q̃ ſeqtur hãc cõbinationẽ eſſe manifeſte inutilẽ: qm̃ tu cõcedis pp illã duo ꝯdictoria eſſe ſimul vera, nã cõſtat hãc eſſe verã, nullus hõ eſt aſinus, & tu cõcedis hãc eſſe verã qdã hõ eſt aſinus, qm̃ eſt cõcluſa ex duabus præmiſsis particularibus veris, quã cõbinationẽ tenes eſſe vtilẽ. Sed iſtæ ſunt ꝯdictoriæ, nullus hõ eſt aſinus, qdã hõ eſt aſinus, ergo tu cõcedis duo ꝯdictoria eſſe ſimul vera. Dari terminos in qbus oĩ, eſt dari terminos, ex qbus fiant duę pmiſſæ veræ ſm aliq̃ cõbinationẽ, cũ qbus ſtat vlis affir. vera. V. G ſi tu dicis, qđ arguere in prima figura ex maiori particulari eſt cõbinatio vtilis, ſumas ſpẽm & genus ſuũ & terminũ extraneũ a gñe, puta hoiem aĩal lapidẽ, & arguas ſic. Lapis nõ eſt aĩal, nullus hõ eſt lapis, ergo nullus hõ eſt aĩal, certũ eſt ꝙ cũ his duabus p̃miſsis veris, ſtat vlis affir. vera. ſ. oĩs hõ eſt aĩal, ex q̃ ſequtur p̃dictã cõbinationẽ eſſe inutilẽ, qm̃ tu cõced is duas ꝓpõnes ꝯrias in mã nãli eſſe ſimul ueras. Cõſtat n. hãc eſſe verã, oĩs hõ eſt aĩal, & tu cõcedis p p̃dictam combinationem, quã reputas eſſe vtilem, hãc eſſe veram, nullus homo eſt aĩal, & iſtæ ſunt duæ ꝯriæ in mã nãli, ergo &c. Vlterius concedis duas con tradictorias eſſe ſimul veras, nam ad iſtam nullus homo eſt animal ſequitur qꝺ aliquis hõ nõ ſit aĩal, ſed oĩs hõ eſt aĩal, & aliquis hõ nõ eſt aĩal, cõtradicũt, ergo concedis ꝯdictoria ſimul eſſe uera, quod cum ſit impoſsibile, ſequitur prędictam combinationem eſſe inutilem. Conſtat igitur tibi quid ſit combinatio vtilis & inutilis, & ex quibus depræhenditur. Hæc de quinto cap. dicta ſint.

Termini in quibus omni & nulli.

De regulis defenſiuis ſyllogiſmorum. *Cap. 6.*

IN ſexto cap. ponẽdæ ſunt regulæ defenſiuæ modorum trium figurarum, q̃bus obſeruatis nõ fiet error in aliquo p̃dictorum modorum, ita q̃d ſemp̃ cõcludetur verum ex veris, aut falſum ex falſis. & nũquam falſum ex veris. Sed anteq̃ deſcẽdamus ad modos ſpeciales, ponendæ ſunt regulæ generales deſeruiẽtes omni figuræ & omni modo, ſunt nouem.

Regula prima. Prima eſt, nũquam medium ſit terminus æquocus, nec analogus analogia plurium rõnum et p̃pterea hic ſylls non valet, Omnis canis latrat, Stella eſt canis, ergo ſtella latrat. neq̃ iſte valet, oẽ ſanum eſt animal, vrina eſt ſana, ergo vrina eſt animal. Dixi analogus, analogia plurium rõnum: q̃m ſi analogum dicat tantum vnam rõnem, ſed inæqualiter participatam, quale eſt ens in via thomiſtica, non impedit quin ſit verum medium, & verus ſylls. vt hic, cuilibet enti debetur eẽ, Subſtantia eſt ens, ergo ſubſtantiæ debetur eſſe. idem concluditur de accidente. neceſſe eſt ergo medium eſſe vniuocum, vel analogum analogia vnius rationis inæqualiter participatæ.

Secunda. Secũda eſt, q̃d neutra p̃miſſarum ſit hypothetica, ſed vtraq̃ categorica: q̃m modi, & figuræ, de quibus locuti ſumus, dãtur ab Ariſ. de ſyllo categorico & nõ hypothetico, ſylls autem categoricus conſtare debet ex categoricis & nõ ex hypotheticis. & p̃pea hic ſylls nõ valet in barbara, omne animal ſi eſt rudibile eſt aſinus, omnis homo eſt animal ſi eſt rudibile, ergo omnis homo eſt aſinus. Non valet, q̃m præmiſſæ ſunt hypotheticæ, & concluſio eſt categorica.

Tertia. Tertia eſt, maior. & minor extremitas, teneãtur impermixtæ in p̃miſsis, ita quod maior extremitas, neq̃ ſecũdũ partẽ, neq̃ ſcd̃m totũ replicetur in minori, & p̃pterea non ſeq̃tur in Barbara, Oẽ ſecũdum immediate ſeq̃tur primum, oẽ tertium immediate ſequitur ſecundum, ergo oẽ tertium immediate ſequitur primũ, non

ualet, quoniam maior extremitas, quę eſt hoc totum, immediate ſequitur primum, replicatur ſecundum partem in minori, ſed debet ſic formari minor, oē tertium eſt ſecundum, & tunc argumentum valet in Barbara, ſed minor eſt falſa,

Quarta. Quarta teneātur termini in præmiſsis & in cōcl'one æque ample, & æque ſtricte. nā ſi in præmiſsis teneantur ampliatiue, & in concluſione reſtrictiue, ſiue econuerſo, nunquam argumentum valet, & hoc tibi manifeſtabitur infra in multis.

Quinta. Quīta ē nō fiat argm̄ ex q̄tuor terminis neq; expreſſe, neq; iplicite, alr argm̄ nō tenet, vt tibi manifeſtabit.

Sexta. Sexta eſt, nūquā ponatur medium, neq; pars medii in concl'one. vnde non ſequitur in Baroco, omnis homo differt ab aſino, Brunellus non differt ab aſino cū ſit aſinus, ergo Brunellus non differt ab hoīe. non ualet, qm̄ mediū eſt hoc, differt ab aſino, cuius pars ponitur in concl'one: ſ. differt, vnde debet ſic concludi, ergo Brunellus non eſt homo, quod eſt verum.

Septima. Septima non fiat trāſitus a ſuppoſitione ad ſuppoſitionem ſibi repugnantem. Repugnat autem materialis formalis, ſimplex perſonali. Determinata ſiue confuſa tantum, diſtributiuæ, diſtributiua collectiuæ. Diſtributiua abſoluta diſtributiuæ accommodæ.

Octaua. Octaua eſt, ſyncategoremata recte diſponantur in præmiſsis, & concl'one, & defectu huius regulæ, multi committūtur errores in modis arguendi, vt tibi manifeſtabitur in ſequentibus.

Nona. Nona eſt, concludatur concluſio, vt præciſe ſequatur ex præmiſsis, & non aliter defectu cuius multi tibi manifeſtantur errores in prædictis modis arguendi.

Poſitis regulis generalibus obſeruandis, deſcendendum eſt ad modos particulares, in quibus committitur error ꝓpter defectū alicuius regulæ ex prædictis.

In barbara hoc argumētum nōn ualet, pp defectū ſecundæ regulæ. Omne rationale, vel irrationale eſt

homo. Hæc eſt uera: qm̄ cum ſit diſiunctiua, una pars eſt uera, & ſufficit. oīs aſinus eſt rōnalis uel irrōnalis, & hæc eſt uera eadem rōne. qm̄ una pars eſt uera, et tamē concluſio eſt falſa: ſ. omnis homo eſt aſinus.

Hoc argumētum nō ualet: qm̄ cum cōclō ſit categorica debet cōcludi ex categoricis & nō ex hypotheticis, cōſtat aūt ma. & mi. eſſe hypotheticas diſiūctiuas. Vnde deberet ſic argui, oē rōnale eſt homo, oīs aſinus eſt rōnalis, ergo omnis aſinus eſt homo, & tunc argumētum uere eſt in barbara, ſed minor eſt falſa.

Item in barbara hoc argumētum nō ualet pp defectum quintæ regulæ, quicūq; dicit ſortem eſſe animal, dicit uerum; quicūq; dicit ſortem eſſe aſinum, dicit ſortem eſſe animal: qm̄ aſinus eſt animal, ergo quicunque dicit ſortem eſſe aſinum dicit uerum.

Hoc argumētum nō ualet, qm̄ conſtat ex quatuor terminis uirtualiter, ſtat enim animal in ma. p̱ animali rōnali tantum, & in mi. p̱ animali irrōnali tantum. Cōſtat autem quod non eſt idem animal rōnale & irrōnale ex ſignificato. Quod ſi ſumatur animal in utraq; p̃miſſarum p̱ eodem ſignificato, conſtat minorem eſſe falſam, & ideo argumentum non ualet de forma, qđ ſi de forma ualet minor eſt falſa.

In cœlarent hoc argumentum non ualet p̱pter defectum tertiæ regulæ nullum aīal dum dormit uigilat, omnis homo eſt aīal aīal dum dormit, ergo nullus homo uigilat: non ualet, qm̄ replicatur pars maioris extremitatis in minori propōne, ſ. ly dum dormit, ſed ſic formari debet minor, Omnis homo eſt animal, ergo nullus homo dum dormit uigilat

In darij hoc argumētum nō ualet pp defectum ſeptimæ regulæ, oē indiuiduum alicuius ſpēi eſt aſinus. Nā demōſtrata hac ſpē, puta aſinina. Oē indiuiduum illius ſpēi aſininæ ē aſinus. Sortes eſt indiuiduū alicuiꝰ ſpēi, ut patet, ergo ſor ē aſinꝰ. Nō ſeqtur, qm̄ ſubſumit minor, ac ſi ly alicuiꝰ ſpēi ſtaret diſtributiue in maiori, qđ non

eſt

eſt verũ,ſed ſtat & ſupponit determinatę, aut diſcrete, Vnde arguitur a non diſtributo ad diſtributũ. Si aũt deberet valere, oporteret ſic arguere, Oẽ indiuiduum omnis ſpeciei eſt aſinus: Sortes eſt indiuiduũ huius ſpeciei puta humanæ, ergo ſortes eſt aſinus, Argumẽtum valet de forma, ſed maior eſt falſa.

Itẽ in Darij, hoc argumentũ non valet propter defectum eiuſdem regulæ, oẽs apoſtoli ſunt duodecim, Petrus & Paulus ſunt apoſt. ergo Pet. & Pau. ſunt duodecim. Non ſequiṫ qm̃ ſit tranſitus a ſuppõne collectiua ad diſtributiuam: nã ly apoſtoli ſtat collectiue in maiori, & tñ ſubſumiṫ Pet. & Pau. ac ſi ſtaret diſtributiue.

Item in Darij hoc argumentum non valet ꝓpter defectum octauæ regulæ, omne riſibile eſt aĩal. Præciſe homo eſt riſibilis, ergo præciſe homo eſt aĩal: non ſequitur, qm̃ ly præciſe non debet poni in concluſionẽ, eſt n. regula generalis, ꝙ non debet plus poni in concluſione cum maiori extremitate ꝙ̃ poſitum fuerit in propoſitione maiori cum prædicato illius: conſtat aũt ꝙ hoc ſyncategorema præciſe non fuit poſitum in ꝓpoſitione maiori, ergo nõ debet poni in concluſione. ſed debet ſic concludi, ergo homo eſt animal.

Inſerio hoc argumentum non valet propter defectum tertiæ regulæ. Quatrinum non valet ſolidum, Ducatum valet quatrinum, ergo ducatum nõ valet ſolidum, nõ ſequitur, qm̃ pars maioris extremitatis replicatur in minori ꝓpõne. ſ. valet. Sed debet formari ſic minor. Ducatum eſt quatrinum, ergo &c. Tunc argumentum valet de forma, ſed minor eſt falſa.

In baralipton hoc argumentũ non valet ꝓpter defectum quintæ regulæ. Omne albũ eſt qualitas. Ois nix eſt alba, ergo quędã qualitas eſt nix, non ſequiṫ, qm̃ in maiori ſtat albũ abſtracte. i. ꝓ albedine, iuxta ſenſum, quem dicit Ariſt. in prædicamẽto qualitatis, ꝙ album puram qualitatem ſignificat, aliter maior eſſet falſa, in minori aũt ſi debet eſſe vera oportet qđ ſtet concrete,

ideſt pro re ſiue ſubſtantia alba, ſecundum quod dicimus hominem album, niuem albam, & ſic conſtat ꝙ aut maior aut minor eſt falſa, aut argumẽtum eſt ex quatuor terminis implicite.

In celantes hoc argumentum non valet ꝓpter defectum quintæ reg Pono caſum, ꝙ nulla roſa ſit in mũdo, puta in hieme: & arguitur ſic, nullũ ſpirãs odorem eſt roſa, quia per caſum roſa non eſt: oĩs flos eſt ſpirãs odorem, hęc eſt vera, poſito ꝙ non ſemper ſentiatur a nobis. ergo nulla roſa eſt flos. Non ſequitur, qm̃ argumentum eſt ex quatuor terminis, nã roſa in ma. ſtat ꝓ roſa exiſtente, in concl'one aũt ſtat ꝓ roſa vt roſa, ita, ꝙ abſtraxit ab exñte & non exñte, & qm̃ hæc eſt in primo modo per ſe, roſa eſt flos, ſicut iſta, homo eſt aĩal, iõ eſt ſempiternæ veritatis. Cũ igit̃ non ſtet roſa ꝓ eodem in ma. & in conuerſione argumentũ non valet.

In Dabitis non valet hoc argumentum ꝓpter defectum ſeptimæ regulæ. Oĩs homo eſt indiuiduus ſiue ſingularis, aliqua ſpecies animalis eſt homo, quia aĩal prædicatur de homine in quid, ergo aliqua ſpecies animalis eſt indiuidua ſiue ſingularis. Non ſequitur, qm̃ fit trãſitus a ſuppoſitione perſonali ad ſuppoſitionem ſimplicem, nam homo in ma. ſupponit perſonaliter diſtributiue, in mi. autem ſupponit ſimpliciter, ſiue vt dicunt nominales materialiter. Hęc autem tibi manifeſta erit in tracta. de ſuppoſitionibus.

In Fapeſmo non videtur validus modus arguẽdi, eo ꝙ in vtraqꝫ præmiſſarum eſt vniuerſalis, & tñ concluſio eſt particularis, ꝙ videtur repugnare Ariſto. in lib. Priorum. Vult. n. Ariſt. ꝙ concluſio aſsimilari debeat alicui p̃miſſarum, hic aũt nulli ex prę̃miſsis aſsimilatur cũ ſit particularis, & ambæ præmiſſæ ſunt vſes. Præterea in Fapeſmo minor eſt negatiua, ꝙ eſt contra regulam gñalem poſitam in prima fig. in qua dictum eſt, ꝙ in prima figura minore exiſtente negatiua nihil ſequitur, ergo ſyllogiſmus in Fapeſmo eſt inutilis.

Rn̄det. Qn̄ dicit Ariſt. in Primo Priorum, ꝙ oporteret concluſionem aſsimilari alicui ex præmiſsis, intēdit quo ad qualitatem & nō quo ad q̄titatem: & intēdit ꝙ ſi aliqua concluſio ſit negatiua oportet aliq̄ꝫ præmiſſarum eſſe negatiuam, & hoc verificatur in Fapeſmo, nam qm̄ concluſio eſt negatiua; altera præmiſſarum, .i. mi. eſt negatiua, non aūt intendit quo ad q̄titatem, nam et in tertia figura Darapti conſtat ex duabus vlibus, & tn̄ concluſio eſt particularis. Nec obſtat etiam ꝙ mi. ſit negatiua, qm̄ regula poſita. ſ. ꝙ in prima figu. mi. exiſtente negatiua nihil ſequitur, intelligitur de quatuor primis modis concludentibus directe. In Fapeſmo autem ſicut & in friſeſomorum concludimus indirecte, iō nihil obſtat mi. eſſe negatiuam. Conſtat igitur ꝙ ſyllogiſmus in Fapeſmo non eſt inualidus.

In friſeſomorum non vr̄ validus modus arguendi duplici de cauſa. Primo, qm̄ maior eſt particularis, qđ eſt contra regulam poſitam vt gn̄alem in prima figu. Dictum eſt .n. qđ in prima figura ma. exn̄te indefinita particulari vel ſing. nihil ſequit̄: ſcđa qa non regulatur per dici de omni vel dici de nullo; nā cum ma. ſit particularis, nō ſit ſubſumptio in mi. ſub ſubīo diſtributiotis. Cōſtat .n. ꝙ ſubm̄ ma. non ſtat diſtributiue, ſed determinate, ergo ſylls̄ in friſeſomorum non eſt validus.

Rn̄detur regula poſita in prima figu. ꝙ maior nō ſit particula. intelligitur de quatuor modis primis directe concludentibus, friſeſomorum aūt cōcludit indirecte, iō non obſtat. Præterea, non obſtat ꝙ per ſe non reguletur de omni vel de nullo; qm̄ cum ſit ſylls̄ imperfectus, & perficiatur per reductionem ad ferio, ſufficit ꝙ mediante reductione ad ferio reguletur, conſtat aūt ꝙ ferio habet maiorem vlem nega. & ſic conſtat ꝙ friſeſomorum licet non reguletur per ſeipſum per dici de omni vel de nullo, quoniam habet ma. particularem, tn̄ regulatur per reductionem ad ferio, neq̄ .n. dici de omni & dici de nullo ſunt regulatiua omniū ſyllogiſ-

morum trium figurarũ per ſe & immediate, ſed quatuor primorum modorum primæ fig. aliorum autem p reductionem ad quatuor primos. Hinc eſt q Ariſt. in primo priorum vocat ſyllos quatuor primorũ modorum, ſyllogiſmos perfectos reſpectu aliorum, qm̃ quatuor non perficiuntur per alios, ſed ecõuerſo. Conſtat ergo non obſtantibus prædictis ſyllogiſmum in friſeſomorum eſſe validũ. Hæc pro defenſione nouem modorum primæ figuræ dicta ſint.

Defenſio ſecundæ figuræ. Secundo loco defenſandi ſunt quatuor modi ſecundæ figuræ, in quibus multi ſolent fieri paralogiſmi ꝓpter non obſeruantiam prædictarum regularum.

In Cæſare hoc argumentũ non valet, ꝓpter defectũ ſeptimæ regulæ, Nullũ dextrum eſt ſiniſtrum: cuiuslibet hoĩs manus eſt ſiniſtra: ergo nullius hoĩs manus eſt dextra. Præmiſſæ quidẽ videntur veræ. De maiore patet, qm̃ oppoſitum non prædicatur de oppoſito. De mi. etiam patet, ſuppoſito qđ homo habeat duas manus, vnam dextram, alteram ſiniſtram, & tñ concluſio eſt falſa, qm̃ homo vt homo remoto impedimẽto habet manum vnam dextram, alteram ſiniſtram.

Hoc argumentum non valet, quoniam fit tranſitus a ſuppoſitione determinata ad ſuppoſitionem diſtributiuam: nã manus in minore ſupponit determinate, in concluſione autem diſtributiue, & ſic arguitur a non diſtributo ad diſtributum, & ideo argumẽtum eſt inualidum, nec eſt in Cæſare niſi apparenter.

In cameſtres hoc argumentũ non valet ꝓpter defectum quartæ regu. omne mortuũ ſiue corruptũ eſt nõ ens, nã corruptio eſt ꝓgreſſus ab eſſe ad nõ eſſe: nullus homo eſt non ens: ergo nullus hõ eſt mortuus ſiue corruptus: non valet, qm̃ ly hõ non tenet æque ample & æque ſtricte in minori & in cõcluſione. Nã in minori ſtat ꝓ pñtibus tantum, in concluſione autem rõne participij de præterito ſtat ꝓ pñtibus & præteritis, vt tibi declarabitur in tract. de ampliatione & appellatione.

In feſtino hoc argumentum non valet ꝓpter defe-ctum nonæ regulæ. Nullum animal præter hoīem eſt rationale: Riſibile eſt rōnale: ergo riſibile non eſt aīal. Non ſequitur, quia in minori non debet ſubſumi riſi-bile. Sed aliqđ diuerſum ab homine, qm̄ in maiori ex ceptuatus eſt homo, ex conſequenti exceptuatur riſi-bile. Debet ergo ſubſumi aliqđ ꝙ non ſit homo, puta aſinus, & ſic formare mi aſinus eſt rationalis et tunc ar gumentum eſt bonum de forma, ſed mi eſt falſa.

Aduerte inſuper qđ argumentum non valet quo-niam non tota maior extremitas ponitur in concluſiō nē. Nam ly præter hominem, eſt pars maioris extremi tatis, quæ tamen non ponitur in concluſione, ideo ar-gumentum non eſt bonum de forma.

In Barocco hoc argumentum nō valet ꝓpter defe-ctum ſextæ regu ois aſinus eſt aliud ab hoīe. qm̄ dif-fert eſſentialiter ab eo: ſortes non eſt aliud ab hoīe. qm̄ homo p̄dicatur in quid eſſentialiter de ſorte, & de quo libet hoīe ſingulari, ergo ſortes non eſt aliud ab aſino: non ſequit̄, qm̄ pars medij. i. ly aliud, ponitur in con-cluſione. Sed debet ſic cōcludi, ergo ſor. nō eſt aſinus: Hæc ꝓ defendendis modis ſecundæ figuræ dicta ſint.

Tertio loco defenſandi ſunt modi tertiæ figuræ, qui ſunt ſex. In Darapti hoc argumentum non valet pro-pter defectum ſeptimæ regulæ, cuiuslibet hominis al-ter eſt oculus dexter, cuiuslibet hoīs alter eſt oculus ſi-niſter, ergo oculus ſiniſter eſt oculus dexter. Non ſe-quitur quia arguitur a ſuppoſitione determinata ad di ſtributiuum. Nam oculus non diſtribuitur in maiori, ſed tantum ly hominis. & tamen ſubſumitur oculus in mi. ac ſi diſtribueretur in ma. Non debet ergo ſubſumi oculus, ſed aliud, & formare ſic argumentum, cuiusli-bet hominis alter eſt oculus dexter, quilibet homo eſt animal, ergo aīalis alter eſt oculus dexter. Eodem mō intelligendum eſt hoc, cuiuslibet cōtradictionis altera eſt pars vera, cuiuslibet contradictionis altera eſt pars

Defenſio tertiæ figuræ.

ſalſa, ergo pars ſalſa eſt pars vera, non debet ſic formari mi. ſed ſic, quælibet contradictio eſt oppoſitio, ergo oppoſitionis altera eſt pars vera.

Item non valet hoc argumentũ ex defectu eiuſdem regulæ in Darapti Oẽm hoĩem eſſe rõnalem eſt neceſſe, oẽm hoĩem eſſe aĩal eſt neceſſe, ergo aĩal eſſe rõnale eſt neceſſe: non ſequitur, qm̃ aĩal in mi. ſupponit ſimpliciter, in cõcluſione perſonaliter. Tu tñ potes totum concedere, & argumentum valere de forma & de materia, & concluſionem eſſe veram. Nã licet hæc vl'is ſit falſa, Omne aĩal eſſe rõnale eſt neceſſe, nihil tñ prohibet particularem ſiue indefinitam eſſe veram. Hæc aũt concluſio in darapti eſt indefinita, animal eſſe rõnale eſt neceſſe, & æquipollet huic particulari, aliqđ animal, puta hominem eſſe rationale, eſt neceſſe.

In Felapton non valet hoc argumentũ ꝑpter defectum ſe primæ regulæ, nullus hõ eſt genus: Oĩs hõ eſt aĩal, ergo aĩal non eſt genus. Nõ ſequitur, qa fit tranſitus a ſuppõſitione perſonali ad ſuppõnem ſimplicem, ſiue, vt dicunt nõiales, ad ſuppoſitionem mãlem: nam animal in mi. ſupponit perſonalr; in cõclõne ſimplr ſecundum reales, & mãlr ſecundum nominales.

In Diſamis non valet hoc argumentum ꝑpter defectum nonæ regulæ. Alicui homini ineſt ſanitas, omni homini ineſt riſibilitas, ergo riſibilitas eſt ſanitas: non bene concluditur, ſed debet ſic concludi, ergo cui ineſt ſanitas, ei ineſt riſibilitas.

Eodem modo dicendum eſt ad hoc, ab aliquo hoĩe videtur aſinus, ab omni hoĩe videtur vna; ergo a luna videtur aſinus. Non bene cõcluditur, ſed concludatur ſic, ergo a quo videtur luna ab eo videtur aſinus.

In Datiſi hoc argumentum non valet ꝑpter defectum decimæ regulæ. Omne aĩal eſt in mundo, aliqđ aĩal eſt in domo, ergo domus eſt mundus: nõ valet, qa anteq̃ concludatur debet ſic reſolui ma. & mi. Oẽ aĩal eſt ens in mũdo, aliqđ aĩal eſt ens in domo, & tunc ſic

bene concludeř,ergo ens in domo, eſt ens in mundo, q̃m domus eſt pars mundi, & pars cõtinetur in toto.

In Brocardo hoc argumentũ non valet ꝓpter defectum quintæ regu. Sortes non eſt minor ſorte, totus ſortes eſt minor ſorte, ergo minor ſorte nõ eſt minor ſorte, ꝙ implicat contradictionem. Non ſequitur, q̃m ſortes non tenetur in eodem ſignificato in ma. & mi. nã in ma. tenetur ꝓ ipſo ſuppoſito ſortis, & eſt vera, & in mi. tenetur ꝓ partibus integralibus ſortis, quarũ nulla ſigillatim ſumpta eſt æqualis ſorti, & hoc eſt tenere totum ſyncategorematice, vt tibi declarabiř in trac. de ꝓbationibus terminorũ, & iõ, cum argumentum ſit virtualiter ex quatuor terminis, non valet.

In Feriſon hoc argumentum non valet ꝓpter defectum ſeptimæ regulæ, nullum futurum eſt, aliqď futurum eſt homo, ergo homo non eſt: non ſequitur, q̃m in mi. ſtat homo pro homine futuro.i. generando, in concluſione autem ſtat pro hoie pręſente. Et ſic homo in mi. ſtat ampliatiue, in concluſione aũt appellatiue. Hæc pro defenſione aliquali omnium modorum primæ & ſecundæ & tertiæ figuræ dicta ſint.

Tu tñ aduerte nouiti, ꝙ p̃dictas defenſiones ſeruare non poteris, donec intellexeris trac. ſuppõnum & ampliationum & appellationũ & ꝓbationum terminorum, iõ ꝓ nunc ſuſtine. Cum aũt prædictos trac. intellexeris, reuertere ad p̃dictas regulas defenſiuas, & tũc abſq; dubio tibi manifeſtę erunt, diſceſq; abſq; difficultate ſuſtinere & defenſare tres figuras & ſingulos ęorũ modos ſyllogizandi. Et hic terminař trac. de ſyllõ formali categorico. Qď dico, vt excipiam ſyllm̃ hypotheticum, q conſtituiř eſt p̃miſsis hypotheticis. de quo nunc nõ intendimus tractare, ne nouitij ingeniũ cõfundatur. Pro nunc ſufficit habere noticiã de categorico, cuius duo ſunt modi, ſ. Syll's categoricus de ineſſe, & Syll's categoricus modalis: primus conſtat ex categoricis de ineſſe, ſecundus ex categoricis modalibus.

Categoricus de ineſſe eſt duplex.ſ.oſtenſiuus & ad impoſsibile. Oſtenſiuus eſt ille, qui tantum vnū continet diſcurſum ex duabus præmiſsis vnam concluſionem concludentem, ſicut docuimus ſupra in ſingulis modis trium figurarū Syllogiſmus ducens ad impoſsibile eſt ille, qui principaliter continet duos diſcurſus, quorum primus a eſt præmiſsis ad concluſionem, ſecundus autem eſt a contradictorio concluſionis ad contradictorium alterius præmiſſæ, vt tibi manifeſtabimus in tractatu de ſyllogiſmo demonſtratiuo. Tunc enim oſtendemus quomodo fit demonſtratio ducens ad impoſsibile &c.

Tractatus Sexti de Syllogiſmo formali. Finis.

TRACTATVS SEPTIMVS
de Suppoſitionibus, ex Paruis logicalibus excerptus.

POST doctrinam de arte ſyllogizandi reſolute a nobis ordinatam, ſupereſt vt tractemus de his, quæ cōmuniter apud Logicos parua logicalia dicuntur. Sicut enim in philoſophia naturali, poſt ordinarios libros habemus parua naturalia, veluti parua opuſcula, in quibus de ſenſu & ſenſato, de ſomno & vigilia, de memoria & reminiſcentia &c. pertractatur, in quibus completur rerum naturalium doctrina; ſic & in arte logices poſt ordinarios artis veteris & nouæ libros compoſita ſunt per ſummos dialectictos innitentes fundamentis & principiis peripateticis, quædam opuſcula, quæ parua Logicalia nuncupantur, ſine quibus pœne impoſsibile eſt aſſequi veram & perfectam ſyllogizandi ac diſputandi ſcientiam, eſt autem logica ars ſiue ſcientia argumen-

tatiua atq; diſputatiua. De his igitur nunc agendū eſt, & primo de ſuppoſitionibus,& ſecundo loco de ampliationibus, & tertio loco de appellationibus. Nam ſine horum noticia tractatus de ſyllogiſmo formali, remanet apud nouitium non intellectus. Diximus enim in illo tract. cap. ſexto, q; non oportet fieri tranſitum a ſuppoſitione ad ſuppoſitionem ſibi repugnantem, & quod termini teneantur in præmiſsis & in concluſione æque ample, & æque ſtricte.

Poſt hæc agemus de conſequentiis, & vltimo loco de probationibus, & terminorum, ſine quibus tract. de conſequentiis ad plenum formari & intelligi non poſſet Singuli horum tractatuum, & ſi non habeãtur expreſſe ab Ariſtotele, tñ doctrinæ peripateticæ conſonant, vt tibi conſtabit poſtq̃ in Ariſt. diſciplina tam in logicalibus, q; in phyſicis atq; metaphyſicis eruditus fueris. Reliqua vero parua logicalia, quæ ſophiſtæ inuenerunt non ſciendi gratia, ſed aut decipiendi, aut confundendi, vtpote non ordinata ad aliarum ſcientiarum acquiſitionem, poſtponenda ſunt, non enim intẽdimus niſi logicam peripateticam, vt regulã & artem omnium vere ſcientiarum directiuam.

In hoc igitur trac. acturi de ſuppoſitionibus ad mẽtem realium, quos exiſtimamus magis inhærere mẽti ac doctrinę Ariſt. diuidemus ipſum in nouem capita.

Primo quid ſit ſuppoſitio.
Secundo ponentur omnes diuiſiones generales ſuppoſitionis.
Tertio tractabitur de ſuppoſitione materiali.
Quarto de formali naturali.
Quinto de accidentali ſimplici.
Sexto de accidentali perſonali.
Septimo de terminus habentibus virtutem confundendi & diſtribuendi.
Octauo De pluribus ſignis.
Nono De ſuppoſitione relatiua.

IN capitulo primo inueſtigandum eſt quid ſit ſuppoſitio. Verum quia hic terminus ſuppoſitio multipliciter ſumitur in doctrina Ariſt. ideo vt ſcias in quo ſenſu hic diffinienda eſt & de ea pertractandum, aduerte ꝙ quatuor modis poteſt ſumi.

Suppoſitionis modi. Primo dicitur ſuppoſitio propoſitio, quæ in aliqua ſcientia acceptatur vt manifeſte vera, nec indiget in illa ſcientia demonſtrari, ſed eſt velut principium ſuppoſitum ac firmatum in tali ſcientia: vt apud Geometram, hæc eſt ſuppoſitio, Omne totum eſt maius ſua parte, apud Phyſicum hæc eſt ſuppoſitio, Motus eſt; apud Metaphyſicum hæc eſt ſuppoſitio, ens eſt cui debetur eſſe: apud Logicum hæc eſt ſuppoſitio, voces ſunt ſigna conceptuum: & de ſuppoſitione hoc modo dicta, iam actum eſt in tract. de ſyllogiſmo demonſtratiuo, vbi de primis principiis actum eſt.

Secundo dicitur ſuppoſitio relatio inferioris ad ſuperiorem, vt quæ eſt filij ad patrem, ſerui ad dominū. Nam ſicut relatio ſuperioris ad inferiorem dicitur ſuperpoſitio, ſic oppoſita dicitur ſuppoſitio, quoniam inferior ponitur ſub ſuperiori, & de hac locuti ſumus in prædicamento ad aliquid, vbi aſsignauimus tres relationis ſpecies, ſcilicet æquiperantiæ, ſuperpoſitionis, ſuppoſitionis.

Tertio dicitur ſuppoſitio poſitio termini ſub termino in linea prædicamentali, in quo ſenſu indiuiduum ſupponitur ſpeciei, & ſpecies generi, & genus inferius generi ſuperiori, & ſic aſcendendo vſq; ad generaliſsimum, & de hac ſatis actum eſt in tract. de prędicamentis, quoniam prædicamentum eſt ordinatio plurium prædicabilium ſecundum ſub & ſupra.

Quarto dicitur ſuppoſitio poſitio termini pro alio, .i. pro aliquo ſuo ſignificato, in quo ſenſu dicimus, ꝙ in hac oratione, Deus eſt bonus, ly Deus ponitur pro ſuo ſignato, vt ſit ſenſus, id qď ſignificať per ly Deus,

eſt bonum. Et in hoc quarto modo conſiderandū eſt hic de ſuppoſitione, & primo diffinienda eſt.

Quantum ad diffinitionem eius aduerte, quod diuerſimode ſolet diffiniri, nam Petrus Hiſpanus dicit, quod ſuppoſitio eſt acceptio termini ſubſtantiui pro aliquo, i. ꝑ aliqua re ſignificata per terminum: ex quo ſequitur ſecundum ipſum, quod termini non ſignificatiui non ſupponunt, nec adiectiua, vt adiectiua ſunt: ſed id magis declarabitur infra. Petrus autem Mantuanus ſic eam diffinit, ſuppoſitio eſt ſtatio termini in oratione, & declarans ſe inquit. Terminus æqualiter ſignificat in oratione & extra orationem, ſed non ſupponit niſi in oratione, quoniam a ſe nullus terminus habet vt ſupponat, ſed a verbo, vel participio trahit ſuppoſitionem, ſi a verbo vel participio, ergo in propoſitione: conſtat.n. propoſitio ex nomine & verbo. Paulus aūt ſic diffinit: ſuppoſitio eſt acceptio termini in propoſitione pro aliquo vel pro aliquibus. Exemplum primi, Petrus ſcribit, exemplum ſecundi, ſortes & Plato currunt. Formalis aūt & completa diffinitio, q̄ intendo ſeruare & declarare ſit hæc ſuppoſitio eſt acceptio termini ſubſtantiui, vel ſubſtantiue tenti in propoſitione extremaliter ſe habentis, ꝑ aliquo ſuo ſignificato. Primò ponitur acceptio loco generis, eſt.n. in plus q̄ ſuppoſitio vt patet, nam acceptio poteſt ſumi actiue & paſsiue, & neutraliter: actiue quidem dicit actum ſiue actionem accipientis: nam qui accipit acceptione accipit, ſicut qui calefacit, calefactione actiua calefacit, paſsiue autem dicit paſsionem accepti, ſicut calefactio paſsiua dicit receptionem caloris in calefactio. Neutraliter autem non dicit acceptionem actu actiuā neq; paſsiuā, ſed aptitudinalem, ſicut riſibilitas, & hæc eſt ꝓprietas termini ſubſtantiui, ſ. q; ſit aptus natus accipi in ꝓpōne pro aliquo ſuo ſignificato. Eſt ergo ſuppoſitio aptitudinalis ſumptio paſsiua termini ſubſtātiui &c. Sedo. dr̄ termini ſubſtantiui ad differentiā termini adiectiui

Suppoſitio q̄d ſit.

qm̄ adiectiua proprie non ſupponunt, ſed copulant, non quod veniant plures terminos ad inuicem; hoc.n. modo copulant coniunctiones, vt nota copulationis vel conditionalis vel rōnalis, ſed quia vniunt ſe ſubſtātiuis, quibus adiacent & quæ determinant. Tertio dr̄ vel ſubſtantiue tenti, qm̄ licet adiectiuū vt adiectiuum non ſupponat, tn̄ vt includit ſubſtātiuum, vel ponitur loco ſubſtātiui ſupponit, tunc.n. eſt virtualiter ſubſtantiuum: vt hic iuſtus erit in memoria ęterna. Pro cuius noticia aduerte, ꝙ adiectiuum quinq; modis pōt ſupponere. Primo, qn̄ eſt relatiuum, qm̄ ponit loco ſui antecedentis, ꝙ eſt ſubſtātiuum, vt homo qui currit mouetur: ly qui ſupponit ſicut ly homo, qm ponitur loco eius: ſecundo qn̄ ſumitur in neutro genere abſq; ſuo ſubſtantiuo, tunc.n. ſubſtantiuatur, vt album currit.i. res albedinem habens currit. Tertio, qn̄ eſt pronomen demonſtratiuum, qm̄ indicat ſubſtantiuū, vt ille currit demōſtrato ſorte. quarto qn̄ eſt adiectiuū ſuperlatiuū, ꝙ ꝓprie de vno inter multos verificaſ; vt fortiſsimus defendit Troiam, i. Hector inter Troianos. quinto qn̄ adiectiuum eſt participiū, ſignificant.n actum exiſtentem in ſubſtantiuo, vt currens moueſ.i hō q currit, vel cui ineſt actus currendi moueſ. His igitur quinq; modis pōt adiectiuū ſupponere, qm̄ habet in ſe vim ſubſtantiuſ. Quoties aūt tenetur mere adiectiue & hoc eſt qn̄ ponitur in ꝓpōne cum ſuo ſubſtantiuo, habet vim copulatiuā modo quo ſupra diximus; & non ſupponendi. Quarto dr̄ in ꝓpōne ad differentiam ſignificationis, qm̄ terminus ſubſtantiuus in ꝓpōne & extra ꝓ ſe ſumptus ſignificat, ſed non ſupponit niſi in ꝓpōne. Pro cuius noticia aduerte, ꝙ ſignificare præcedit ſupponere, & ſupponere p̄cedit verificari. Nā ſignificare eſt imponere terminū ſiue vocem ad aliqd certi repreſentandum. Sicut qn̄ imponitur ly homo ad ſignificādum hoīem apud latinos, & ly theos ad ſignificādum deum apud græcos. Vn̄ facere ſignificare ſpectat ad

primos authores,q rebus noīa imponūt. Conſtat aūt ꝙ author anteꝙ ꝓpōnem formet,pōt ordinare & ſtatuere talem rem ꝑ talem terminū repręſentandā & intelligendā:ergo ſignificare eſt rē repræſentare ſiue extra ꝓpōnem,ſiue in ꝓpōne. Supponere aūt eſt accipere terminum iam impoſitū ad ſignificandū, vt ſtet in ꝓpōne ꝓ aliquo ſuo ſignificato vel ſuppoſito. Vnde ſicut facere ſignificare ſpectat ad primos authores; ſic facere ſupponere ſpectat ad formātes ꝓpōnem. Nam formās ꝓpōnem ſingularē intendit ſubm aliter ſupponere q̄ qñ formet ꝓpōnem indefinitam, vt tibi declarabitur infra. Verificari aūt reſtringit ſupponere. V.G. in hac ꝓpōne,homo currit, ly homo ſupponit determinate,ſub quo licet deſcendere diſiunctiue,vt tibi declarabitur infra licet poſsit ſupponere ꝓ pluribus, qm̄ non incōuenit ꝙ plures currant: modo non oēs hoīes currant, tn̄ ſufficit ꝙ verificetur pro vno. Nam dummodo ſortes ſolus currat,hæc eſt vera, hō currit. Ex quibus oībus conſtat ꝙ ſignificare eſt in plus ꝙ ſupponere, & ſupponere quam verificari. Supponere tn̄ & verificari eſt reſpectu propoſitionis tantum.

Diſputant hic Thomiſtæ. Si eſt meus Tho. terminū ſupponere intus & extra ꝓpōnem, vel tantum in propoſitione, aliqui tenent partem affirmatiuā.ſ. ꝙ intus & extra,aliqui aūt negatiuam.ſ.ꝙ non niſi in ꝓpōne. Primi fundāt ſe ſup dictū B.Tho.in prima parte.q.39. arti.4. vbi inquit ꝙ hoc nomen Deus habet ex modo ſignificandi ꝙ poſsit ſupponere pro perſona, ſicut & hoc nomen hō.& in rn̄ſione ad tertium dicit ꝙ homo per ſe ſupponit ꝓ perſona, Deus aūt per ſe ſupponit pro natura. Si ergo homo per ſe & Deus per ſe ſupponunt, ſequitur ꝙ terminus ſubſtātiuus per ſe ſumptus extra propoſitionem ſupponit. Qui autem tenēt partem negatiuam dicūt intentionem B.Tho. eſſe qđ nec Deus,nec homo nec aliud ſubſtantiuū,habet vim ſupponendi niſi in ordine ad propoſitionem, quod con-

ſtat in eodem loco, in quo ſe fundat pcedens opinio. Nam poſtquam B. Tho. dixerat, q Deus ſupponit per ſe p natura, ſtatim declarans huiuſmodi ſuppoſitionem, format hanc pponem, vt cum dicitur, Deus creat. Declarans etiam quo ſupponit p perſona, format pponem, vt cum dicitur, Deus generat. Deus ſpirat, & qm hæc opinio eſt vniuerſalior, ideo intendo ſequi eam. Nec obſtat q dicit B. Tho. qd Deus per ſe ſupponit p natura & homo per ſe ſupponit p perſona. Nam per ly per ſe non intendit q per ſe ſumptus extra pponem ſupponat, ſed intendit q ex ſe reſpectu cuiuſcunq; prædicati abſoluti ſupponit pro natura, vt Deus creat, Deus prouidet, Deus eſt bonus, Deus eſt ſapiens &c. Nunq autem ſupponit pro perſona, niſi determinetur per prædicatum relatiuum, vt Deus generat, Deus eſt pater, Deus eſt filius, ergo Deus nō ex ſe, ſed reſpectu talis prædicati ſupponit pro perſona. Quinto dicitur extremitaliter ſe habentis, ad differentiam verbi, q non ſupponit, ſed eſt extremorum ſupponentium, i. ſubiecti & prædicati, vnitiuum. Vnde dicitur copula, qm copulat prędicatum cum ſubiecto. Sed aduerte, q hoc intelligitur tantum de verbo ſum es eſt, qm eſt irriſolubile in prius verbum, iō ipſum ſolum eſt primo & per ſe copula. Reliqua aūt, quæ dicuntur verba adiectiua, vt ſcribo, pugno, curro, qm reſoluuntur in ſum es eſt & in participium ſuum, iō licet non ſupponant ratione ſum es eſt, qm vt ſic ſunt copula, & non extremum, tn ratione participij ſupponunt, qm participium eſt prædicatum, vt patet hanc reſoluendo, homo currit, homo eſt currens. Sexto dicitur pro aliquo ſuo ſignificato, ad differentiam termini non ſignificatiui, & ſyncategorematis, q formaliter ſumptum nihil per ſe ſignificat, vt ſigna vniuerſalia & particularia & dictio excluſiua & exceptiua &c. Verbi gratia ſi dico, aliquis homo currit, omnis homo currit, tantum homo currit, ly aliquis non ſupponit, nec

ly omnis nec ly, tantum, ſed tantum qualificat ſuppoſitionem. Nam aliquis trahet ſubiectum ad ſuppoſitionem determinatam, omnis ad diſtributiuã, tantum ad confuſam. Hæc pro declaratione diffinitionis datæ de ſuppoſitione dicta ſint.

De generalibus diuiſionibus ſuppoſitionis. Cap. 2.

IN ſecundo capite, antequam deueniamus ad ſpecificam conſiderationem de ſpeciebus ſuppoſitionis, aſsignandæ ſunt generales eius diuiſiones, tu igitur has diuiſiones aduerte.

Prima, ſuppoſitionum, alia abſoluta, alia relatiua. Abſoluta eſt, quæ fit de terminis abſolutis ſumptis in propoſitione, vt omnis homo eſt animal, nullus homo eſt lapis &c Relatiua eſt, quæ fit per terminos relatiuos grammaticaliter ſumptos, vt qui, talis, qualis, alius, alter, vt homo qui legit diſputat. Dixi grammaticaliter ſumptos, vt excipiam relatiuum logicum, de quo actum eſt in prædicamento ad aliquid, cuiuſmodi ſunt pater filius, dñs ſeruus, æqualis ſimilis &c. Nam huiuſmodi termini ita ſupponũt ſicut abſoluti. Vnde ſicut in iſta, omnis homo eſt animal, ly homo ſtat diſtributiue, ſic & in iſta, omnis dominus eſt ſuperior ſeruo. De abſoluta igitur acturi ſumus in præſenti, de relatiua autem in fine tract. *Abſoluta ac Relatiua.*

Secunda ſuppoſitio abſoluta duplex eſt, ſcilicet ꝓpria & impropria. Propria eſt, qñ terminus ſupponit pro ſuo proprio & ordinario ſignificato, vt hęc eſt ꝓpria, homo eſt rationalis, qm̃ id, ꝙ eſt homo, eſt rationale. Impropria autem eſt, quando terminus ſupponit non pro ſuo proprio & per ſe ſignificato, ſed ſibi accõmodato ſecundum communẽ vſum loquendo. V.G. Apoſtolus ſignificat indifferẽter Apoſtolos, & poeta indifferenter poetas, & tñ accommodatur ſoli Paulo, & poeta ſoli Virgilio, ſicut Philoſophus ſoli Ariſtoteli. Vnde in hac propoſitione, Apoſtolus prædicat, *Abſoluta ꝓpria & īpropria.*

apoſtolus ſecundum ſuppõnem ꝓpriam ſupponit de-terminate, ſcđm autem impropriam ſupponit diſcrete qm̃ intelligit̃ Paulus. Qñcũq; ergo terminus ſumitur in ꝓpõne ꝑ alio q̃ pro ſuo ꝓprio ſignificato, erit ſuppoſitio impropria: vt in hac ꝓpõne monaſterium regitur bono capite, caput quidem ſumit̃ ꝓprie ꝑ principali parte aĩalis, in qua vigent ſenſus; hic aũt ſumit̃ ꝑ prælato, iõ ſupponit improprie Idem intellige, qñ ſumitur pars ꝑ toto, vel totum ꝑ parte, & qñ ſumitur continens ꝑ contento. In oĩbus his ſeruatur ſuppoſitio impropria, quę qm̃ parum deſeruit tractatui de ſyllis, & acquiſitioni ſciarum realium, ſed eſt magis de conſideratione Grammatici & Rhetoris & Poetæ, iõ circa eam non immorabimur. Hac igitur relicta reuertentes ad abſolutam ꝓpriam diuidimus eam prima diuiſione in mãlem & formalẽ, cuius diuiſionis rõ eſt. Quia, cum ſuppoſitio ſit acceptio termini ſubſtantiui in ꝓpoſitione extra mãlr ſe habentis ꝑ aliquo ſuo ſignificato, quotuplex eſt ſignificatũ termini ſupponẽtis, totuplex erit ſuppoſitio: ſignificatum aũt termini eſt tm̃ duplex, ſ. materiale & formale: ergo ſuppoſitio abſoluta ꝓpria prima diuiſione eſt tantum duplex, ſ. materialis & formalis, eſt aũt ſignificatum formale termini illud, ad qđ ſignificandum principalr̃ fuit impoſitum, & de quo verificatur ſine ſigno materialitatis, vt ſignificatum formale hoĩs eſt aĩal rationale, & lapidis eſt corpus durum offendens, & verificat̃ per ſeipſum non appoſito ſigno materialitatis, ſunt aũt hæc ſigna materialitatis, ly, hæc dictio, hoc nomen, hic terminus: nam hæc eſt vera, homo eſt animal rõnale, lapis eſt corpus durum. Qđ ſi apponeretur ſignũ materialitatis, eſſent falſæ. Conſtat. n. ꝙ hæc eſt falſa, iſtæ terminus homo eſt animal rationale & hæc, hic terminus lapis eſt corpus durum. Significatum autem materiale termini eſt ipſemet terminus, & dicitur ſignificatũ naturale, quoniam vnumquodque prius & naturaliter ſignificat ac

Abſoluta ꝓpria materialis et formalis.

repræſentat

repræſentat ſeipſum, quã aliquid extra ſe. Signũ autẽ qñ ſupponit terminus pro ſeipſo aut ſibi conſimili eſt hoc, quod non verificatur niſi appoſito ſigno mãlitatis, vt ly hõ eſt nomẽ, ly hõ eſt biſyllabã, ly hõ eſt declinabile. Si aũt ſumať ſine ſigno mãlitatis, oẽs ſunt falſæ, vt hõ eſt nomẽ. Nam hõ ex vſu ſignificati formalis eſt aĩal rõnale, & nõ vt ſic ẽ nomẽ, ſed ſuba corporea &c. Cõſtat ergo rõ, pp q̃ ſuppoſitio abſoluta ꝓpria diuidiť prima diuiſione in mãlẽ & formalem.

Suppoſitio aũt formalis ſcďm terminiſtas coincidit conuertibiliter cum perſonali, ita qď oĩs formalis eſt perſonalis & ecõuerſo, ex conſeqũẽti Terminiſtæ nõ diuidũt vlterius formalem niſi in ſuppoſitionẽ diſcretam & cõem, cõem aũt in determinatam & cõfuſam, vt tibi infra declarabiť. Verum apud reales nõ coincidit cum perſonali, ſed eſt magis cõis & antequam deueniant ad perſonalem diuidunt ſuppoſitionem formalẽ in naturalem & accñtalem. Eſt aũt huius diuiſionis ratio, quia cũ diffinitio ſuppoſitionis formalis ſit acceptio &c. ꝓ ſuo formali ſignificato, vel accipiť terminus in propoſitione reſpectu p̃dicati per ſe, qď cõuenit ſubo eſſentialiter, vel conſequitur ſubiecti eſſentiã, & ſic in oĩ ꝓpoſitione p ſe tam primo q̃ ſcďo modo datur ſuppoſitio nãlis ſiue eſſentialis, vt hic, homo eſt aĩal, hõ eſt rõnalis, homo eſt riſibilis: vel accipiť terminus in propõne reſpectu prædicati ſibi cõuenientis accidentaliter, vt hõ eſt albus, hõ currit. Et hãc diuiſionem, ſ. nãlem & accñtalẽ, ponit b. Tho. in tertio ſen. di. prima, q. ſecunda art. quarto.

Suppoſitio aũt accidentalis apud reales diuidiť in perſonalem & ſimplicem, cuius diuiſionis rõ eſt hæc. Suppõ accñtalis eſt reſpectu prędicati cõuenietis ſubo accñtaliter: vel ergo conuenit ſubiecto vt habet eſſe extra aĩam in ſuppoſitis, & ſic eſt perſonalis, qa verificatur prædicatum pro ſuppoſito vel ſuppoſitis, vt aliquis hõ currit, ergo iſte vel iſte currit; vel cõuenit ſu-

biecto nõ inquãtum hẽt eſſe in ſuppoſitis, ſed vt hẽt eſ ſe in aĩa, puta inquantum intellectus intelligit naturã cõem vt prædicabilem de multis, & non vt habet eſ ſe in hoc vel illo ſuppoſito: vt qñ dicit qđ hõ eſt ſpẽs, animal eſt genus, ſuba eſt genus generaliſsimum, rõna le eſt differentia, riſibile eſt proprium, Album eſt acci dens. Primo modo dicitur ſuppoſitio perſonalis, quia ſtat p̃tum pro ſuppoſitis, ſecundo modo dicitur ſim plex, quia ſtat p̃tum pro natura ſimplici & in ſe conſi derata, & prout intellectus attribuit ſibi intentionem vniuerſalitatis, puta ſpeciei aut generis.

Et aduerte, quod terminiſtæ reponũt ſuppõne ſim plicem ſub materiali. Vnde apud eos ſicut in iſta, Lẏ homo eſt nomẽ, ly homo ſupponit materialiter, ſic et in iſta, hõ eſt ſpẽs, animal eſt genus, quorum fundamẽ tum eſt quod non exiſtimant vniuerſalia vt genus & ſpẽs eſſe naturas reales vt ſtant ſub ſecundis intentioni bus, ſed eſſe terminos vniuocos prædicabiles de pluri bus &c. In hac ergo ꝓpõne, hõ eſt ſpẽs ſcđm eos ho mo non ſupponit pro natura cõi, ſed pro termino: ta lis aũt ſuppoſitio eſt mãlis, & ideo q̃ dicunt reales ſim plicem, dicunt ipſi mãlem. Verum, quia magis eſt cõ ſonum viæ peripateticæ vniuerſalia eſſe naturas quã terminos, non quidem extra ſingularia, vt Ariſto. in tota doctrina ſua imponit Platoni & præcipue in ſe ptimo lib. Metaphyſicę, ideo realium q̃ ad ſuppoſitio nem ſimplicem, ſententiam ſequi debemus. Hæc de primis & generalibus diuiſiõnibus ſuppoſitionis, nũc accedendum eſt ad cuiuſcũq; membri cõſideratione, incipiemus igitur a materiali abſoluta propria.

De Abſoluta & propria ſuppoſitione materiali. Cap. 3.

IN tertio capite iuxta ordinem diuiſionum, quæ ſu pra diſpoſitæ & ordinatæ ſunt, agẽdum eſt de ſup poſitione materiali, de qua tria vidẽda ſunt, primo quid ſit ſecundo quomodo & in quæ diuiditur, ter tio aſsignandæ ſunt generales regulæ, quibus cogno

ſces quando termini ſupponunt materialiter & quando non.

Quantum ad primum aduerte quod ſic diffinitur. Suppoſitio materialis eſt acceptio termini ſubſtantiui in propoſitione extremaliter ſe hñtis pro ſuo materiali ſignificato. Tota hæc diffinitio quo ad ſingulas particulas manifeſtata eſt in diffinitione ſuppoſitionis, vt ſuppoſitio eſt. Vltima particula, ſcilicet pro materiali ſignificato ponitur vt diſtinguatur a formali ſuppoſitione Eſt aũt materiale ſignificatum termini, qñ ſumiť ſolum pro ſeipſo & ſibi conſimili, & non pro eo, ad quod ſignificandum principaliter eſt impoſitum, vt docuimus ſupra, vt quando dicitur homo eſt nomẽ, animal eſt triſyllabum, conſtat ꝙ ly homo & ly animal ſumuntur vt ſunt termini & non pro re ad quam ſignificãdam ſunt impoſita. Hęc enim eſt falſa, hic terminus homo eſt res, q̃ eſt homo, neque enim res quæ eſt homo, eſt nomen, ſed ſubſtantia rationalis. Idem intellige de animali.

Materialis ſuppõ quid.

Quantum ad ſcd'm aduerte ꝙ terminiſte diuidunt ſuppoſitionem materialem in diſcretam & cõem. Cõmunem in determinatam & confuſam. Confuſam in confuſam tm̃ & confuſam diſtributiuam. Confuſam tantum in confuſam tantum mobilem, & confuſam tm̃ immobilem. Confuſam diſtributiuam in cõfuſam diſtributiuam mobilem, & confuſam diſtributiuã immobilem quas diuiſiones & ſingularum partium diffinitiones & exempla vide tu in Paulo Veneto, quia nolo eſſe hic merus recitator, & ſingula eius exempla recipies exceptis his, hõ eſt ſpẽs, aĩal eſt genus &c. Nã qñ prædicatum eſt aliquod quinꝗ; vniuerſalium, ſubiectum apud reales ſupponit ſimplr & non materialiter. Nos aũt intendimus ſequi viam realium.

Materialis ſuppõ. quo diuiditur.

Reales aũt nõ multiplicãt, tot diuiſiões de ſuppõne mãli, ſed exiſtimãt ſufficeŕ addiſcẽti, ſi diuidãt eã i diſcretã et cõem et illic ſiſteŕ. Aduertũt.n. qđ ſuppõ mã-

lis magis deſeruit grãmatico, qui verſatur circa nomi na q̊ ad articulos & declinationes & cõpoſitiones & deriuationes, & circa hmõi verſatur ſuppõ mãlis. Cũ igitur in Logica, et in alijs ſcientijs acquirendis per Logicam ſequẽdo viam peripateticã & nõ ſophiſticam, ſuppõ mãlis non ſit multum neceſſaria, ſufficit vt ad mẽtẽ realium vt diuidamus eã in diſcretam & cõem.

Materialis diſcreta. Materialis diſcreta eſt acceptio termini ſubſtantiui materialiter ſupponentis, cũ pronomine demonſtratiuo. Nã pronomina demonſtratiua primitiuæ ſpeciei faciunt propoſitionẽ ſingularẽ, cuius ſubm tm̃ vni cõuenit, vt docuimus in tract. ſecundo agentes de q̃titate ꝓpõnũ. In omni aũt propõne ſingulari ſicut ſubiectum eſt terminus diſcretus vel æquipollet termino diſcreto, ſic ſupponit diſcrete. Vt hæc eſt mãlis diſcreta, iſte terminus homo, quem nunc ſcribo, eſt nomen, eſt biſyllabum, eſt declinationis tertiæ, eſt numeri ſingularis, eſt generis communis.

Materialis cõis. Materialis cõmunis eſt acceptio termini ſubſtantiui materialiter ſupponentis ſine pronoĩe demõſtratiuo. Nã talis terminus non limitatus p pronomẽ demonſtratiuũ, eſt terminus cõmunis vt ibi, hõ eſt nomẽ: iſte terminus homo ideo eſt cõis, quia cõuenit huic termino hõ hic ſcripto, & huic termino hõ ore nunc prolato. Idem intellige de quolibet noĩe proprio, vt de ſorte & Petro &c. Nam licet quo ad ſignificatũ formale ſint terminis ſingulares, quia tm̃ vni conueniunt, qđ eſt indiuiduum ſignatum, tñ quo ad ſignificatũ mãle ſunt termini cões, poſſunt enim conuenire termino in ſcripto & in ore & in mente. Vnde in hac ꝓpõne, Petrus eſt nomen, ſubm ſupponit ſuppõne mãli cõmuni, poteſt.n. verificari de hoc termino Petrus in voce, in ſcripto, in mente &c. vnde vtraq; iſtarũ eſt vera, Petrus eſt nomen, Petrus non eſt nomen. Senſus ſecũdæ eſt, Res, q̃ eſt Petrus, nõ eſt nomen, qa eſt ſubã. Senſus primæ eſt hic terminus, Petrus eſt nomen, quia decli-

clinat per genus & caſum. Reliquas igitur diuiſiones ſuppõnis mãlis, vtpote non multum neceſſarias, nec viſitatas in ſcientijs realibus, relinquamus terminiſtis. Quantum ad tertium aduerte tres regulas gñales, quibus cognoſcitur ſuppoſitio materialis.

Prima eſt. Omnis terminus hñs ſolum vnũ ſignificatum, ſ. formale, nunquam ſupponit mãliter, ſed formaliter. Probatur, quia non põt ſupponere niſi pro ſignificato qđ habet, ſed habet tm̃ formale, ergo nunquam ſupponit mãliter: tales termini ſunt termini trãſcendentes, vt ens, vnum, aliquid, res, qui ideo nõ hñt niſi ſignificatũ formale, qm̃ quocũq; modo ſumantur ſiue cum ſigno, ſiue ſine ſigno materialitatis de omnibus & de ſeipſis verificãtur. Nã ſicut iſta eſt vera, ens eſt ens, ita & iſta, ly ens. i. hic terminus ens eſt ens, et eſt aliqd & ẽ res, & eſt quid vnũ: ens. n. & vnũ cõuertuntur, vt tibi in philoſophia prima manifeſtabitur.

Cognitio materialis ſuppõnis.

Secunda eſt. Oĩs terminus hñs vtrũq; ſignificatum, ſi apponitur ei ſignum materialitatis trahit ad ſuppõnẽ mãlem, vt ly hõ eſt nomen. Si aũt non apponitur ei ſignum materialitatis trahitur ad ſuppoſitionẽ formalem, & tunc aliqñ propoſitio eſt vera, vt homo eſt aĩal, aliqñ falſa, vt homo eſt nomen, qm̃ homo ſine ſigno materialitatis ſupponit pro ſignificato formali, de homine autẽ ſumpto formaliter falſum eſt dicere qđ ſit nomen. qm̃ vt ſic eſt ſubã rationalis.

In additio ei⁹ de trãſcendentibus ibidẽ tractatu.

Tertia eſt, ſignum particulare & vl'e affirmatiuum & negatiuum ſi eſt eiuſdem generis cum termino ſubſtantiuo cui addit, trahit terminũ ad ſuppõnẽ perſonalẽ, vt aliquis homo currit. Si aũt ſumantur in neutro genere trahunt terminum ad ſuppõnẽ mãlem, vt aliquod hõ eſt nomen: ideſt aliquis ter. & ratio huius regulæ eſt, quia termini vt ſupponũt mãliter ſunt neutri generis & indeclinabiles, vt diſtinguant qñ ſupponũt formaliter. Tũc n. ſumunt in ſuo ꝓprio gñe ſiue maſculino, ſiue fœminino &c. & ſunt declinabiles:

vt omnis homo eſt bipes, aliqua auis eſt nigra aliqđ lignum eſt durum. Qm̄ igitur quando ſupponūt materialiter ſunt neutri generis & indeclinabiles, ideo cōuenienter apponitur eis in neutro genere ſignū vl'e vel particulare. Ex quibus ſequitur, ꝙ hæc eſt vera, omne homo eſt nomē, hæc aūt eſt falſa, omnis hō eſt nomē.

Tres iſtæ regulæ ſufficiant tibi pro notitia termini qn̄ ſupponit materialiter & qn̄ non. Si alias vis, quęre tu in terminiſtis, has reputo ſufficere, prout contingit vti ſuppōne mālī in acquiſitione ſcientiarum.

De Suppoſitione formali naturali. *Cap. 4.*

IN cap. 4. agendum eſt de ſuppoſitione formali naturali, de qua tria videnda ſunt. Primo quid ſit, ſecūdo quō diuiditur apud reales, tertio aſſignabuntur regulæ generales de illa.

Formalis ſuppō. Quantum ad primum aduerte, ꝙ ſic diffinit. Suppoſitio formalis naturalis eſt acceptio termini &c. reſpectu prædicati eſſentialis vel cōſequētis eſſentiam ſubiecti: pro cuius notitia aduerte, ꝙ ſuppō formalis naturalis eſt acceptio termini ſubſtātiui in ꝓpōne extremaliter ſe habētis pro ſuo ſignificato formali, reſpectu prędicati eſſentialis vel cōſequētis eſſentiaam ſubiecti. Dicitur aūt p̄tum eſſentiale duplr: primo, quia p̄tur in quid eſſentialiter de ſubō, vt animal de homine, homo de ſorte: ſecundo in quale eſſentialiter, vt rōnale de homine, ſenſitiuum de animali Dicit̄ vero p̄tum cōſequens eſſentiam ſubiecti, quod licet non ſit de eſſentia, fluit tamen a principijs eſſentiæ, ideſt vel a forma, vt homo eſt riſibilis, ſequitur enim riſibile animam intellectiuam, vel a materia: vt homo eſt corruptibilis, procedit enim corruptibile a compoſitione contrariorum, qualia ſunt elementa, ex quibus homo cōponit̄. in vtroq; ſenſu eſt ſuppoſitio forma'is nālis. Et pro regula generali accipe, qđ in omni ꝓpōne facta in materia naturali eſt ſuppoſitio formalis nālis, quia naturaliter p̄tū verificat̄ de ſubiecto, & nō accn̄taliter. Et ad-

uerte, ꝙ in tract. de ſyllõ demõſtratiuo, p̃tum nãle eſt prædicatum per ſe in primo & ſecundo mõ p ſe.

Quantum ad ſcd'm aduerte ꝙ terminiſtæ nõ diuidunt ſuppoſitionẽ formalem naturalem, qm̃ eam nõ ponunt diſtinctam a perſonali, ideo non aliter diuidit apud eos quam ſuppõ perſonalis, de cuius diuiſionibus dicemus infra. Ratio aũt, pp quã non ponunt eã diſtinctam a perſonali eſt, quia nõ concedunt p̃tũ reale ſiue ſit eſſentiale ſiue accñtale, verificari de ſubo, niſi ſubm exiſtat in rerum natura: ideo ſicut iſta eſt perſonalis, aliquis homo currit, ſic iſta, aliquis hõ eſt aĩal, & ſicut deſcendere ſub illa licet diſiunctiue, ſic ſub iſta, & ſicut illa eſt falſa nullo hoĩe exiſtente, ſic & iſta, apud reales aũt in p̃tis eſſentialibus non requirit exiſtẽtia ſubiecti, qm̃ propoſitio per ſe eſt ſempiternæ veritatis, vt tibi declarabitur i prĩma philoſophia. In p̃tis autẽ accñtalibus requiritur exiſtentia ſubiecti, qm̃ non verificãtur de ſubo niſi ſubiectum exiſtat, & ideo diſtinguũt reales inter ſuppõnẽ formalẽ naturalẽ & formalẽ accñtalẽ, quæ eſt reſpectu p̃ti accñtalis. Tu tñ aduerte ꝙ aliter datur ſuppoſitio accñtalis reſpectu prædicati accñtalis cõueniens ſubiecto vt habet eſſe extra aĩam, & vt habet eſſe in anima. vt tibi manifeſtabitur infra.

Cum igitur reales teneant ſuppoſitionem naturalẽ diſtinctam a perſonali alio & alio modo diſtinguunt eas & diuidunt in ſua inferiora. Naturalem igitur ſic diuidunt, Suppoſitionis naturalis alia diſcreta, alia cõmunis. Diſcreta eſt acceptio termini, diſcreti vel ſibi æquiualẽtis reſpectu p̃ti eſſentialis, vt ſortes eſt hõ, eſt aĩal, eſt corpus, eſt ſñba, eſt ens, vel æquiualentis, vt hic hõ eſt rõnalis, Sophronie filius primogenitus eſt diſciplinabilis. Cõis alia indefinita, alia determinata: indefinita eſt acceptio termini cõis reſpectu p̃ti eſſentialis ſiue aliquo ſigno, vt hõ eſt aĩal, lapis eſt inanimatus, determinata eſt acceptio termini cõis reſpectu prædicati eſſentialis cũ aliq̃ ſigno, vt quidã hõ eſt aĩal, & diui- *Naturalis & diſcreta.*

ditur in particularem & cõfuſam. Particularis eſt acceptio termini cõmunis reſpectu p̄ti eſſentialis cū ſigno particulari, vt aliquis homo eſt riſibilis, ſiue rõnalis. Confuſa diuiditur in cõfuſam tm̄ & confuſam diſtributiuā ſiue vl'em. Confuſa eſt acceptio termini cõis reſpectu p̄ti eſſentialis, cū aliq̄ ſyncategoremate habente vim cõfundendi, vt ſi hõ eſt aīal, eſt ſenſitiuus, tm̄ homo eſt rõnalis. Diſtributiua ſiue vl'is eſt acceptio termini cõmunis reſpectu p̄ti eſſentialis cū ſigno vniuerſali, vt oīs hõ eſt animal, omne animal eſt viuens. Sed dices, quare in ſuppõne naturali non fit mentio de deſceſu ſub termino cõmuni ad ſua inferiora ſiue ſuppoſita diſiunctiue vel diſiūctim, vel copulatiue, ſicut fiet deſcenſus in ſuppõne pſonali, vt declarabiť. Rñdetur. Ideo non fit deſenſus, q̄a apud reales ad veritatem ꝓpoſitionis per ſe non requiriť cõſiſtentia ſuppoſitorū. Vnde nullo hoīe exiſtente, hęc eſt vera & ſemper, hõ eſt aīal, animal eſt ſubā. Ideo aūt fiet deſcenſus in pſonali, qm̄ perſonalis proprie apud reales eſt reſpectu prędicati accñtalis, qđ ineſt naturæ cõmuni, vt habet eſſe in ſuppoſitis. Hæc.n nõ eſt vera, hõ eſt albus, niſi quia hic vel hic eſt albus. Conſtat igitur quid ſit ſuppoſitio formalis naturalis & q̄uo diuidatur.

Cognitio formalis naturalis ſuppoſitionibus. Quantum ad tertium aduerte quatuor regulas deſeruientes ſuppoſitioni formali naturali. Prima eſt. In omni propõne, in q̄ p̄tū prædicatur per ſe de ſubiecto in primo modo, vel ſecūdo, vel quarto, ſemper ſubm ſupponit naturaliter. Qui ſint & quot modi p ſe, iam diximus in tract. de ſyllogiſmo demõſtratiuo. Exemplum primi, homo eſt aīal rõnale, exemplum ſecūdi, hõ eſt riſibilis. Exemplum quarti, paries albet albedine. Aduerte, ꝙ non fit mentio de tertio modo per ſe, quia nõ eſt modus prædicādi, ſed modus eſſendi ſiue exiſtendi. Vnde cū dr̄, ſortes eſt per ſe in domo, ſic intelligiť, Sortes eſt ſolus in domo, ita ꝙ ly p ſe dicit priuationē cõſortij. Et hæc propõ, ſortes eſt per ſe.i.ſolus

in domo, nõ ſignat ſubm ſupponere nāliter, ſed pſonaliter, qm̃ ly ſolus eſt p̃dicatum accñtale, & ſeparabile a ſubiecto, vt patet. Rõ aũt huius regulæ eſt, qm̃ p̃tum p ſe aut eſt de eſſentia ſubiecti, aut cõſequitur eius eſſentiam. nam in primo modo eſt de eſſentia, in ſecundo & quarto conſequitur eſſentiam, vt tibi declaratum eſt tract. de ſyllogiſmo demonſtratiuo.

Secunda regula eſt. Ois ꝓpõ, cuius ſubm ſupponit nāliter eſt ſemp & vl'iter vera, etiam ſi ſubiecto nõ apponatur ſignum vl'e, vt hic, Homo eſt aial, qdam homo eſt aĩal: nam oĩs talis ꝓpõ eſt in mã nāli, in qua p̃dicatum conuenit oĩ & ſemper contento ſub ſubiecto. Vnde licet prioriſtice, hæc nõ ſit ꝓpõ vl'is, ſed indefinita, homo eſt animal, eſt tamen vl'is poſterioriſtice loquendo. Non ſic autem contingit in ſuppõne perſonali, qm̃ ꝓpões, in qbus ſubm ſupponit perſonaliter, ut in pluribus formantur in materia contingenti, & ideo nec p omnibus, nec ſemper verificatur p̃tum de ſubiecto. Vnde prioriſtice & poſterioriſtice hæc eſt indefinita, Homo eſt albus.

Tertia regula eſt. In ſuppõne naturali, nõ valet ꝯña a ꝓpõne de tertio adiacẽte ad eam, q̃ eſt de ſecũdo. vt non valet, homo eſt aĩal, ergo homo eſt. & rõ huius regulæ eſt, qa in ꝓpõnibus per ſe p̃dicatum ſpectat ad eſſentiam & non ad exiſtentiam, eſſentia autem abſtrahit ab exiſtentia & nõ exiſtentia, vt tibi in prima phia declarabitur Præterea ly eſt in tertio adiacente in propõnibus per ſe dicit habitudinem & cõuenientiam naturalem p̃ti cum ſubiecto. Et ideo ſiue ſubm exiſtat ſiue non, ſemper p̃dicatum p ſe eſt aptum verificari de ſubiecto, ſed ly eſt in ſecũdo adiacẽte dicit exiſtẽtiam, & ideo niſi ſubm puta homo exiſtat, hæc eſt falſa, homo eſt, & in hoc diſcordant terminiſtę & reales: nã vt declarabitur tibi in tract. de conſequentijs terminiſtæ volunt, quod a tertio adiacente ad ſm affirmatiue ſiue in prædicatis per ſe, ſiue in p̃dicatis accidentalibus va-

leat conſequentia dmmodo prædicatum non ſit termi nus diſtrahens neq; diminutus, ſed pro nunc ſuſtine, donec erudiaris in conſequentījs.

Quarta regula eſt pēdēs a tertia, in quacūq; ꝓpōne ſubm ſupponit naturaliter, ad eius ueritatem nō reqri tur quod extrema exiſtāt in rerum natura nā hęc ſem per fuit & erit vera, homo eſt aīal rōnale, etiam poſito quod nec homo, nec aīal exiſteret. Et rō huius regulæ eſt apud reales, qa ad ueritatem affirmatiuæ p ſe, ſuffi cit habitudo & vnio p̄ti cum ſubiecto imutabiliter: ſed ſiue extrema exiſtāt ſiue nō, hæc habitudo & unio im mutabiliter ſeruaī, ita quod oppoſitum, ei repugnat, ergo regula eſt vera, & ꝑipatetica, ut tibi maniſeſtabiī i prima pħia. Hęc de ſuppōne formali nāli dicta ſint.

De ſuppoſitione Accidentali ſimplici. *Cap. 5.*

IN cap. quinto agēdum eſt ſuppōne accidētali ſim plici, nam in. 2. cap. diuiſimus formalem accn̄talem in ſimplicem & ꝑſonalem, qm̄ licet vtraq; ſit reſpe ctu p̄ti accidētalis, in hoc tamē diſtinguūtur, quod ſim plex eſt reſpectu p̄ti intentionalis, quod non conuenit alicui ex ſuppoſitis alicuius ſuperioris, vt eſſe ſpēm nō conuenit alicui hoī, ſed homini vt homo eſt, perſona lis autem eſt reſpectu p̄ti realis, quod cōuenit alicui ſu periori ſiue vlī rōne ſuorum ſuppoſitorum, vt homi nem eſſe album, conuenit homini nō vt homo eſt, ſed qa conuenit illi vel illi homini. De ſimplici igitur agen dum eſt in præſenti capite. De perſonali uero in cap. ſe quenti. De ſimplici autem tria videnda ſunt. Primo qd ſit, ſecundo quomodo diuiditur, tertio aſsignabuntur regulæ generales de illa.

Simplex ſuppoſitio quid ſit.

Quantum ad primum aduerte, quod ſic diffinitur apud reales, ſuppō ſimplex eſt acceptio termini ſubſtā tiui in ꝓpōne extremalr ſe habentis ꝑ ſuo formali ſi gnificato reſpectu p̄ti conuenientis ſubiecto, non vt ha bet eſſe ad extra in ſuppoſitis, ſed vt habet eſſe in aīa ꝑ abſtractionem ab oī ſuo ſuppoſito. Pro cuius noticia

aduerte,ꝙ natura cõis,puta homo,aĩal,corpus dupl'r põt cõſiderari ab intell'u.primo vt habet eſſe & diuerſificatur in ſuppoſitis,& ſic intell's attribuit ei p̃ta realia, q̃ coueniũt naturæ cõi rõne ſuorum ſuppoſitorum,vt homo eſt albus,eſt ſanus,eſt æger,& hæc faciũt ſuppõnem pſonalẽ.ſecũdo vt eſt cõis multis & p̃bilis de multis,q̃ conueniũt in eadem rõne diffinitiua ipſius naturę cõis,& vt ſic conſiderata eſt vna qm̃ vt ſic non reſpicit ſuppoſita,p q̃ diuerſificaſ,ſed abſtrahit ab eis,& in hoc ſenſu attribuit,ei intell's p̃ta intẽtionalia,q̃ explicãtur p aliquod quinq; vl'ium,vt homo eſt ſpẽs,aĩal eſt genus,rõnale eſt dr̃ia &c.& hæc faciũt ſuppõnem ſimplicem apud reales.Quæ dr̃ ſuppoſitio ſimplex a communi natura ſimpl'r & abſtracte ſumpta & conſiderata.Conſtat igitur quid ſit,& reſpectu cuius pdicari.

Quantum ad ſecũdum aduerte,qm̃ ſuppõ ſimplex nõ cõuenit ter.ſupponẽti reſpectu ſuppoſitorum,imo conuenit,vt abſtrahit a ſuppoſitis,nõ eſt diuidẽdavt diuideſ ſuppõ pſonalis.ſ.indiſcretã,& cõem,& in determinatã & ꝯfuſam &c. Nã oĩa hęc diuiſionum mẽbra reſpiciũt ſuppoſita,& põt ad ea fieri deſcẽſus p̃terquã in diſcreta,vt tibi manifeſtabiſ,ergo diuidẽda eſt iuxta diuiſionẽ p̃ti,ꝙ cõuenit naturæ cõi,vt conſideraſ ab intell'u.põt autem iuxta triplicem actum intell's, tripl'r conſiderari.primo vt eſt diffinibilis ſiue intelligibilis,ſecundo,vt p̃bilis de pluribus, tertio vt de ea eſt aliqua ꝓprietas demr̃abilis.& iuxta hãc triplicem conſiderationem aſsignaſ triplex ſuppõ ſimplex,prima fit iuxta primum actum intell's,vt homo eſt diffinibilis,ex intelligibilis,de eo põt haberi ſcientia,in omnibus his ꝓpõnibus ſupponit homo ſimpl'r,quia non licet deſcẽdere ad ſua ĩferiora,cum abſtrahat ab eis,vt ſtat ſub p̃dictis prædicatis.Neq; enim homo,vt eſt iſte vel ille, ſed vt homo,diffinibilis intelligibilis ſcibilis eſt.Supponit autem ſimpl'r iuxta primum actum intell's, qui eſt ſimpliciter apprehendere.Secunda fit iuxta ſecundum

actum intelľs,q̃ eſt componere & diuidere, vt homo eſt ſpẽs,aĩal eſt genus,rõnale eſt dr̃ia. Tertia fit iuxta tertium actum intellectus,qui eſt diſcurſus ſiue argumentari,vt riſibile demonſtratur de homine. Sic igitur diuidatur ſuppõ ſimplex.

Cognitio ſimplicis ſuppõnis. Quantum ad tertium aduerte tres regulas generales pro ſuppoſitione ſimplici. Prima eſt. Termi. ſupponẽti. ſimpľr non eſt apponendum ſignũ particulare, nec vľe,neq; eiuſdem generis,neq; alterius generis. Rõ huius regulæ eſt,quia ſigna appoſita termino communi in eodem genere trahũt ipſum ad ſuppoſitionẽ perſonalem,vt aliquis homo eſt albus. Si autem in alio genere puta in neutro trahũt ipſum ad ſuppoſitionem materialem,vt aliquod homo eſt nomẽ,oẽ homo eſt biſyllabum. Cum igitur terminus ſupponens ſimpľr nõ ſupponat perſonaliter,quia non reſpicit ſuppoſita,nec materialiter,quia ſtat ꝑ natura in ſe conſiderata vt cõmunis pluribus,nullo modo apponẽdum eſt ſignum particulare nec vniuerſale,ſed ſimpliciter enunciandũ eſt, quod homo eſt ſpecies, quod animal eſt genus, quod rationale eſt differentia.

Secunda regula eſt. Omnis terminus ſupponens reſpectu p̃ti cõcernẽtis actum aĩæ ſiue ſpectet ad actum primum,ſiue ſecũdum ſiue tertium, ſupponit ſimpľr, vt homo diffinitur,homo intelligitur, homo p̃tur de pluribus differentibus numero. Ratio huius regulę cõſtat ex diffinitione data de ſuppoſitione ſimplici.

Tertia regula. Oĩs ꝓpõ,cuiꝰ ſubm ſupponit ſimpľr eſt ſingularis. Nam cũ ſit categorica,vt homo eſt ſpẽs, oportet quod ſit alicuius q̃titatis,vt declaratum eſt in .2. trac. non poteſt eſſe vľis nec particularis,q̃m nullum apponitur ſignum: nec indefinita, quoniam cum non reſpiciat ſuppoſita nõ poteſt ſub ſubiecto fieri aliquis deſcenſus. Sed ſub ſubiecto cuiuslibet indefinitæ licet deſcendere diſiunctiue,vt tibi declarabitur in capi. ſequenti,ergo a ſufficienti diuiſione eſt ſingularis.

Sed dices. In hac ꝓpōne, homo eſt ſpēs, ſubiectū eſt terminus cōis, cum ſit aptus p̄ri de pluribus, ergo non poteſt eſſe propoſitio ſingularis. Conſequētia patet ex diffinitione propoſitionis ſingularis.

Reſpondetur. In hac ꝓpōne, homo eſt ſpēs, ly homo non eſt terminus communis, quia non reſpicit ſuppoſita vt ſuperius inferiora, ſed tenet̃ di crete, q̃a ſtat ꝓ natura apprehenſa ab intellu, vt vna, & vt ſic eſt ſingularis, q̃m excludit oīa ſua ſuppoſita. Vnde ſe habet vt forma abſtracta a mã, q̃ in ſe eſt vna. Et hæc natura intelligitur denudata ab oī conditione indiuiduali, per q̃ diuerſificatur in ſuppoſitis, ideo ęq̄pollet ſingulari abſtracto, & terminus ſupponēs ꝓ ea ſtat ſingulariter. In hac igit̃, homo eſt ſpēs, & in hac, aīal eſt genꝰ, & ĩ hac, Subſtā eſt gñaliſsimum, & in hac, ens eſt trãſcēdēs, ſubiectum tenet̃ ſingulariter, & hæc tibi manifeſtabūtur in .7. lib primæ philoſophiæ, ꝓ nunc tu nouitii ſupponas ſic eſſe. Hæc de ſuppoſitione ſimplici dicta ſint.

De ſuppoſitione accidentali perſonali. Cap. 6.

IN cap. ſexto agendum eſt de ſuppōne accidentali perſonali, cuius vſus frequētior eſt in ſcientijs realibus. de ea igitur tria videnda ſunt. primo quid ſit, ſecundo ponentur oēs diuiſiones ſuæ vſitatæ in ſcientijs, tertio aſsignabuntur regulæ generales de illa.

Quãtum ad primum aduerte, q̃d ſic diffinit̃, Suppō accidētalis p̄ſonalis eſt acceptio termini ſubſtantiui vel ſubſtãtiuæ tenti in ꝓpōne extra materialiter ſe habentis, ꝓ ſuo formali ſignato reſpectu p̄ti accidentalis realis, conuenientis ſubiecto, vt habet eſſe ad extra. *Accidentalis perſonalis.*

Iſtæ partic. p̄ti accidentalis, & realis vt habet eſſe ad extra ponūtur vt diſtinguatur ſuppō perſonalis a naturali & ſimplici & intellige vt habet eſſe ad extra, i. in rerum natura ꝓ aliqua dr̃ia temporis, q̃m vt tibi manifeſtabitur in trac. de ampliatione, ſubiectum in ſuppōne perſonali aliq̃n tenetur ꝓ eo quod eſt, aliq̃n pro eo quod eſt vel fuit, aliq̃n ꝓ eo quod eſt vel erit, aliq̃n ꝓ

eo quod eſt, vel poteſt eſſe. & tunc exemplificabitur. In hac igitur ꝓpoſitione, homo eſt iuſtus, homo ſupponit perſonaliter, quoniam prædicatum iuſtus eſt pdicatum reale & accidentale, & conuenit homini pro aliquo ſuo ſuppoſito exiſtenti. Hæc enim eſt vera, homo eſt iuſtus, quia hic, vel hic eſt iuſtus. Conſtat igitur tibi quid ſit ſuppoſitio perſonalis diſtincta a naturali & ſimplici. Quod diſtinguatur a materiali, nemini eſt dubium, qm̃ in illa ſtat termi. pro materiali ſignificato, hic autem pro formali.

Perſonalis diſcreta. Quantum ad ſecundum aduerte quod diuiſiones ſuppoſitionis perſonalis ſic ordinantur. Suppõ perſonalis, prima diuiſione diuiditur in diſcretam & cõem. Diſcreta eſt acceptio termini ſubſtãtiui diſcreti, vel termi. communis cum ꝓnomine demonſtratiuo in ſingulari numero &c. reſpectu prædicati realis accidentalis conuenientis ſubiecto, vt habet eſſe ad extra: exẽplum primi, ſortes eſt iuſtus: exemplum ſecundi, iſte homo eſt iuſtus, in petra ſcribis. & aduerte quod ſi propõ conuertatur ſimplr, ſicut ſubiectum in conuerſa ſupponit perſonaliter diſcretæ, ſic prędicatum in conuertente eodem modo ſupponit. vt hic, ſortes eſt iuſtus, iuſtus eſt ſortes, & hic, ille homo currit vel tu curris, currens eſt ille homo, vel currens es tu.

Communis diuiditur in determinatam & cõfuſam. Determinata eſt acceptio termi. communis ſubſtantiui &c. ſine ſigno vel cum ſigno particulari tantum, ſub quo licet deſcendere ad ſua ſuppoſita diſiũctiue, vt homo eſt albus, & licet ſic deſcendere, & iſti ſunt omnes homines, ergo iſte homo vel iſte, vel iſte, & ſic de ſingulis eſt albus, ergo homo eſt albus, & ſicut de hac infinita, ſic intellige de hac particulari. Quidam homo eſt albus, Quod ſi de nullo verificaretur prędicatum, propoſitiõ eſſet falſa, qm̃ prædicatum non conuenit ſubiecto niſi ratione alicuius ſuppoſiti.

Perſonalis cõfuſa Cõfuſa eſt acceptio termini ſubſtantiui cõis &c. ſub

quo non licet deſcēdere diſiūctiue,ſed ſi deſcēdatur de ſcendetur diſiunctim. Pro cuius notitia aduerte, quod deſcēdere diſiūctiue eſt formare plures diſiūctiuas ſingulares,ex qbus neceſſe eſt unam eſſe determinate ueram. V.G. ſub hac, Quidam homo currit ſic deſcēdit diſiūctiue,& iſti ſunt oēs hoīes,ergo vel iſte homo currit,uel iſte homo currit,uel iſte homo currit &c.ita qđ neceſſe eſt vnam ex his eſſe determinate ueram,& dūmodo unus currat,hęc eſt uera,aliquis homo currit.
Deſcēdere aūt diſiūctim eſt formare unam categoricā de extremo diſiūcto, quam non eſt neceſſe uerificari determinate ꝓ uno,ſed poteſt uerificari ꝓ pluribus et ꝓ omnibus in confuſo & indiſtincte. V.g. In iſta, tantum homo eſt ſapiens, ly homo ſupponit confuſe,& licet deſcendere ſub eo diſiunctim ſi,& iſti ſunt omnes homines,ergo uel hic homo,uel hic homo,uel hic homo eſt iuſtus,hæc eſt una categorica de ſubiecto diſiūcto,& non inconuenit quod uerificetur pro pluribus hominibus,vel etiam pro oībus indiſtincte:nam cum ſoli homini conueniat iuſtitia inter omnia animalia nihil obſtat quin reperiatur in pluribus, nec repugnat quin reperiatur in omnibus.

Cōfuſa diuiditur in confuſam tantum & confuſam vniuerſalem. exemplum primæ, tantum homo eſt iuſtus, tantum homo eſt figuræ rectæ. Exemplum ſecundæ, Omnis homo eſt iuſtus.

Confuſa tantum diuiditur in mobilem & īmobilē. Confuſa tantum mobilis eſt acceptio termini &c. ſub q̄ licet deſcēdere diſiūctim, vt tm̄ homo eſt iuſtus, ergo tm̄ hic, uel hic, uel hic eſt iuſtus. Confuſa immobilis eſt acceptio termini ſubſtātiui &c. ſub quo nullo modo licet deſcēdere, ut in iſta, Tm̄ tres ciues ſeruant patriam. Non licet deſcēdere, qm̄ oēs iſtę ſunt falſæ, ergo tm̄ iſte ſeruat patriam, uel tantum iſte ſeruat patriam. Nec ualet diſiunctim ergo tantum iſte, uel iſte uel iſte, quoniam tres ciues collectiue, & non diſiunctiue ſeruant

patriam,poſito caſu quod ſic ſit.Et aduerte, quod terminiſte exemplificantes de confuſa tantum immobili formant hãc ꝓpõnem,neceſſario hõ eſt aĩal,ſub q̃ dicũt nõ licere deſcẽdere diſiũctim ex parte ſubiecti, qm̃ nullus hõ ſingularis neceſſario eſt aĩal, ſed cõtingẽter, qm̃ põt nõ eſſe.Id nõ recipiũt reales,qm̃ dicũt illã eſſe ſuppõnem naturalẽ,in qua p̃tum eſt de eſſentia ſubiecti,& p̃tur eſſentiaľr de oĩ contẽto ſub ſubiecto, ergo neceſſario & ſemp̱ & immutabiliter. Vnde ita eſt neceſſaria iſta,ſortes eſt aĩal,ſicut iſta,homo eſt aĩal.Nec obſtat quod ſortes poſſit non eſſe,quia in ſuppõne naturali non requiritur exiſtẽtia extremorum,ſed immutabilis habitudo & vnio p̃ti cum ſubiecto. Vnde hæc ꝯña nõ ualet,ſortes cõtingenter eſt,ergo cõtingẽter eſt aĩal.Nec iſta,ſortes neceſſario eſt aĩal , ergo neceſſario eſt,quia in prima fit tranſitus ab eſſe exiſtentiæ ad eſſe eſſentie,in ſecunda autem fit tranſitus econuerſo.

Cõfuſa vl̃is diuiditur in diſtributiuam & collectiuã. Diſtributiua diuiditur in mobilem & ĩmobilem.Diſtributiua mobilis ẽ acceptio termini &c. ſub q̃ licet deſcẽdere copulatiue ad oĩa ſua ſuppoſita , vt oĩs homo eſt mẽdax,ergo hic homo eſt mẽdax,& hic homo eſt mẽdax & ſic de alĳs oĩbus.Diſtributiua immobilis ẽ acceptio termini &c.ſub quo nõ licet deſcẽdere copulatiue,vt ſi oẽ aĩal currit,oĩs homo currit.Nõ.n ſequitur, ergo ſi hoc aĩal,puta aſinus currit,oĩs homo currit,& ſi hoc aĩal,puta equus currit,oĩs homo currit Conſtat enim cõditionalem eſſe veram & tamen oĩs copulatiua formata eſt falſa.Diſtributiua mobilis diuidiť in abſolutam & accõmodam.Abſoluta eſt acceptio termini &c.ſub quo licet deſcẽdere copulatiue abſolute , & nulla appõne facta ,|vt oĩs nix eſt alba,oĩs ſtella lucet, ergo iſta ſtella & iſta & iſta,& ſic de oĩbus,nulla excepuata lucet. Accõmoda ẽ acceptio termini &c.ſub q̃ nõ licet deſcẽdere copulatiue abſolute,ſed appõne facta , vel ꝓ tali aut tali genere,ut oẽs diligunt munera,

ſcilicet

ſcilicet iudices iniuſti, oẽs homines reſurgẽt.ſ.qui fuerint mortui,oĩs qui petit,accipit.ſ.ſi debite & rõnabiliter petit,& hæc ſuppõ diſtributiua accõmoda, neceſſaria eſt pro intelligentia Sacræ ſcripturæ, & in politicis legibus ac decretis.

Vniuerſalis collectiua eſt acceptio termini &c. ſub q̃ nõ licet deſcendere copulatiue, ſed aut nõ deſcendere, aut deſcendere copulatim:vt oẽs Apoſtoli ſunt duodecim,nõ ſequit̃,g̃ iſte eſt duodecim,& iſte eſt duodecim,& iſte,& iſte,oẽs ſunt falſæ vt patet, ſed deſcendatur ſic,ergo iſte,& iſte,& iſte,& oẽs alij ſimul ſumpti ſunt duodecim:& aduerte,qđ deſcendere copulatiue eſt deſcẽdere p propõnes copulatiuas ſingulares Copulatim aũt eſt deſcendere per vnã categoricam de extremo copulato: exẽplum primi,oĩs nix eſt alba, ergo & hæc nix eſt alba,& hęc eſt alba &c.exẽplũ ſecũdi,Oĩa elemẽta ſunt quatuor,g̃ hoc eſt hoc,& hoc & hoc ſimul ſumpta ſunt quatuor.Cõſtat igit̃ q̃d ſit ſuppoſitio formalis,pſonalis,& quot ſint eius diuiſiones famoſæ,& q̃d ſit ſingulũ mẽbrũ ſingulæ diuiſionis.

Quantum ad tertium aduerte,quod ſingulis membris diuiſionũ ſuppoſitionis pſonalis aſsignantur certæ regulæ vl̃es,p quas cognoſces,q̃uo,& in qua ſpecie perſonalis ſuppoſitionis termini ſupponunt.

Incipientes igitur a perſonali diſcreta, aſsignamus ei talem regulam. Omnis terminus diſcretus, vel cõmunis cum ꝓnomine demõſtratiuo ſingularis numeri,vel circũlocutus exiſtẽs pars oр̃onis ſiue ex parte ſubiecti,ſiue ex pte p̃ri,ſiue præcedat ſignũ particulare, ſiue vl̃e,ſiue affirmatiuũ,ſiue negatiuũ ſupponẽs perſonaliter,ſupponit diſcrete: exẽplũ primi ex parte ſubiecti,Sortes currit,iſte hõ currit, ſophronici primogenitus currit:exẽplũ ſecundi ex parte p̃ti, ſine ſigno vl̃i,aliqđ currẽs eſt ſortes,aliqđ currens eſt iſte hõ,aliquod currens eſt ſophronici primogenitus. Cũ ſigno aũt vl̃i affirmatiuo,vt hic oẽs peccauerũt in Adã, oẽs *Cognitio pſonalis diſcretæ.*

peccauerũt in prio hoie, oẽs peccauerũt in primo creato ad imaginẽ dei: cum ſigno. vlĩ negatiuo, vt hic, nullus aſinus eſt ſortes, nullus aſinus eſt iſte hõ, nullus aſinus eſt primogenitus ſophronici, in omnibus his datſuppoſitio diſcreta pſonalis, in oĩbus exemplis primi modi ex parte ſubiecti, & in omnibus exemplis ſecũdi modi ex parte prædicati.

Cognitio determinatæ perſonalis.

Determinate, perſonali aſsignatur hæc regula, oĩs terminus, quẽ nullum ſignum præcedit, vel ſi præcedit eſt ſignũ particulare affirmatiuũ, ſupponẽs pſonaliter, ſupponit determinate, tã a parte ſubiecti q̃ a parte p̃ti exẽplum, primi, homo eſt iuſtus: tã ſub ſubiecto q̃ prædicato licet deſcendere diſiunctiue, vt patet exercitato, ḡ tã ſubm̃ quam prædicatũ ſupponũt determinate: exẽplum ſecundi, Aliquis hõ eſt iuſtus: tam p̃tum, quam ſubm̃ eodem modo ſupponunt.

Cõfuſæ tm̃ mobili aſsignantur iſtæ regulæ, vt generales. Cuiuslibet vlĩs affirmatiuę p̃tum, ſi eſt terminus cõis, ſupponẽs pſonaliter ſupponit cõfuſe tm̃ mobiliter. Vt i oĩs hõ eſt bipes, ly bipes ſtat confuſe tm̃ mobiliter, quia licet deſcẽdere diſiũctim: nã bñ ſeqꝛ oĩs hõ eſt bipes ḡ vel eſt hic bipes, vel hic bipes vel hic bipes. Dicꝛ affirmatiue: qm̃ in vlĩ negatiua diſtribuiꝛ ſubm̃, p̃tũ, vt hic, nullus hõ eſt lapis, vt tibi manifeſtabiꝛ in cap. ſequenti Dr̃ terminus cõis, qm̃ ſi p̃tũ eſſet terminus diſcretus, ſupponeret diſcrete, vt dictũ eſt in regula aſsignata ſuppoſitioni pſonalis diſcretæ. Alia regulas. Cuiuslibet ꝓpoſitionis excluſiuæ tã affirmatiuæ q̃ negatiuæ primi ordinis, dũmodo negatio nõ cadat ſupernotã excluſionis ſubm̃ ſupponens perſonaliter, ſupponit cõfuſe tm̃ mobiliter, quia licet ſub ſubo deſcẽdere diſiunctim: nã bene ſequitur, tm̃ hõ eſt albus p caſum, ergo tm̃ hic hõ, vel hic hõ eſt albus. Dicꝛ tã affirmatiue quã negatiue, qm̃ ſicut in iſta, tm̃ hõ eſt albus, hõ ſupponit cõfuſe tm̃ mobiliter, ſic & in iſta, tm̃ hõ non eſt albus. Dicꝛ dummodo negatio non cadat

&c. qm̄ negatio cadat ſup notã excluſionis ,ppō erit tota negatiua, vt non tm̄ homo eſt albus, & tūc muta tur ſuppō ſubiecti. Dicit̃ primi ordinis, qm̄, vt tibi ma nifeſtabit̃ in trac. de ,pb. ter. excluſiua fit trib' modis: primo qn̄ nota excluſionis antecedit ſub̄m ita ꝙ cadit ſup illud, vt tm̄ hō eſt riſibilis, & hæc ē primi ordinis: ſcd̄o. qn̄ ipſa nota mediat inter ſub̄m, & p̄tum ſiue an tecedat verbum ſiue ſubſequat̃: exēplū primi, vt Pla- to tm̄ ſcribit: exēplum ſecūdi, ſortes comœdit tm̄ pa- nē, & hæc eſt ſecūdi ordinis, ꝫ qn̄ in tertio ponit̃ no- ta excluſionis. Vt, habeo vnū librū tm̄, & hæc eſt ter- tij ordinis. Regula ,ppoſita intelligenda eſt de excluſi- ua primi ordinis: qm̄ æquipolet vl̄i affirmatiuæ de ter minis trāſumptis, vt tm̄ hō eſt reſibilis, ergo oē riſibile eſt hō, & in hac vl̄i prędicatum ſupponit cōfuſe tantū mobiliter, vt tibi declarabitur in ſequentibus.

Confuſæ tantū immobili aſsignat̃ hæc regula, quā docūꝙ p̄tum nō poteſt verificari de cōtētis ſub ſubie- cto diuiſim, ſed ſolum coniunctim, ſupponit̃ ſub̄m cō fuſe tm̄ immobiliter, vt hic elemēta mūdi ſunt q̄tuor. Planetæ ſunt ſeptē, p̄nta ſunt decem: nam ſi fiat deſcen ſus diſiunctim ſub ſub̄o prædictarum propōnū, ma- nifeſte erit falſus. Verbi gratia fiat ſic deſcēſus ſub pri ma, & oīa hæc ſunt elementa mūdi, ergo hoc elemen tū, vel hoc, vel hoc eſt quatuor: manifeſtū eſt qd' de- ſcenſus eſt falſus: qm̄ prędicatū numerale non verificat̃ de ſubiecto niſi coniunctim: idē intellige de ſub̄o alia- rū propoſitionū. Similiter hic eſt ſuppō confuſa im- mobilis, Duo hoīes trahunt nauē, & hic, tres perſonæ ſunt trinus Deus, & hic. Pater, & filius ſunt vnū prin cipiū ſp̄us ſancti. Qui verò ſint termini, q̄ cōiter con- fundunt immobiliter, declarabunt̃ in cap. ſequenti.

Cōfuſæ diſtributiuæ mobili aſsignat̃ hæc regula, oīs ,ppōnis vl̄is affirmatiuæ, & negatiuæ ſubiectum ſupponit cōfuſe diſtributiue mobiliter, & licet deſcen dere ſub eo copulatiue. vt omnis homo currit, nul-

lus hō currit, ex parte vero ṗ̄ti,in affirmatiua ſtat con fuſe tm̄ mobiliter,in negatiua autē diſtributiue, vt oīs homo eſt albus,ly albus ſtat confuſe tm̄ mobiliter, q̄a licet deſcendere diſiunctim,nullus hō eſt lapis,ly lapis diſtribuitur,quia licet deſcendere copulatiue:idem in-tellige de prædicato particularis negatiuæ. Nam licet ſubiectum ſtet determinate ſi eſt terminus cōis,tamen prædicatum ſtat diſtributiue propter negationem ha bentem vim diſtributiuam ſi non ſit impedita. Vnde in iſta,aliquis hō non eſt albus,homo ſtat determina-te,quia licet deſcendere diſiunctiue, & ly albus diſtri-buitur,quia licet deſcendere copulatiue. Deſcende tu.

Confuſæ diſtributiuæ immobili aſsignaṫ hæc regu la. In oī conditionali,cuius ſub̄m præcedit ſignū vni uerſale affirma. vel nega. ſupponit ſub̄m diſtributiuæ immobiliter in ordine ad totam cōditionalem,vt hic, Si omne animal currit,oīs homo currit,& hic, ſi nul-lum aīal currit,nullus hō currit. Non.n.p̄n̄t ſic deſcen dere,ergo ſi hoc aīal currit,oīs homo currit, quia hoc animal non eſt oīs hō: idem intellige ex parte negati-uæ:non enim ſequitur,hoc animal, demonſtrato bru nello,non currit,ergo nullus homo currit, pōt enim ſortes currere,non currente brunello.

De diſtributiua abſoluta mobili, iam data eſt regu la de accōmoda aūt datur hæc. Quandocūq; p̄dū vl̄is affirmatiuæ vel negatiuæ non verificatur de ſub̄o ab ſolute,ſed per appoſitionē, ſubiectum ſupponit diſtri butiuæ accōmodæ: vt hic, oēs hoīes indigēt pœniten tia,appoſitiue peccantes:nā infans eſt hō,quia eſt aīal rōnale,& tn̄ indiget pœnitentia,q̄a nō peccat,& hic, nō eſt inuentus qui placēt deo appōne in filījs pc̄tōrū.

Collectiuę aſsignaṫ talis regula, in propōne vl̄i affir matiua,in qua prædicatum non verificatur de ſubie-cto pro omnibus contentis ſub eo niſi ſimul ſumptis, ſub̄m ſupponit collectiue, vt oēs Apoſtoli ſunt duo decim,oēs Senatores regunt ciuitatē; conſtat.n.quod

omnes ſimul,& non aliquis diuiſim regit ciuitatem.
Hæc pro regulis aſsignandis cuilibet membro ſingulæ diuiſionis pſonalis ſuppoſitionis dicta ſint.

De terminis habentibus uirtutem confundendi tantum mobiliter, & diſtribuendi mobiliter, & immobiliter. *Cap.* 7.

IN cap. ſeptimo agendum eſt de ſignis & ſyncategorematibus,& terminis, ſiue ſint noīa, ſiue verba, quæ hñt virtutem confundendi, & diſtribuendi mobiliter, vel immobiliter: & primo expediemus nos de terminis confuſiuis tm̃, ſiue mobiliter ſiue immobiliter, ſecunda de terminis diſtributiuis. Quantũ ad primum ponuntur octo regulæ.

Prima eſt, dictio excluſiua cõfudit cõfuſe mobiliter tm̃, terminum immediate ſequentẽ ſi eſt terminus cõmunis, vt tãtum homo eſt riſibilis, quia ſub ly homo licet deſcẽdere diſiunctim vt patet.

Secunda eſt, dictio exceptiua confundit cõfuſe tm̃ mobiliter ſuũ caſuale, ſi eſt terminus cõis, qa licet deſcẽdere ſub eo diſiũcti, vt nullũ aĩal p̃ter hoiem eſt loquẽs, ly p̃ter hoiem ſtat cõfuſe tm̃ mobiliter.

Tertia eſt, dictio reduplicatiua cõfundit ſuũ caſuale cõfuſe tm̃ mobiliter, & prædicatũ confuſe tm̃ immobiliter, vt hõ inquantum hõ eſt rõnalis, ly hõ ſtat confuſe tm̃ mobiliter, & ly rõnalis immobiliter.

Quarta eſt, verba cõcernentia actũ mẽtis, vt ſcire, intelligere, velle, credere, deſiderare, & opinari, & dubitare, & imaginari, cõfundũt cõfuſe tm̃ mobiliter terminũ immediate ſequentẽ, ſi eſt terminus cõis, & non ſupponat ſimplr: vt ego ſcio aliquã cõclõnẽ, ergo hãc vel hãc. Dico ſi eſt ter. cõis: qm̃ ſi eſſet terminus diſcretus, vel communis cum pronomine demonſtratiuo, ſupponeret diſcrete, vt ſcio hãc cõclõnẽ, credo Socrati imaginor Cæſarẽ. Dixi & nõ ſupponat ſimplr, qm̃ ſub termino cõmuni ſupponenti ſimplr nõ fit aliquis deſcẽſus: ſtat.n. natura vt vna in ſe ꝯſiderata. Vnde ſub

iſta, intelligo hominem, ſcio roſam, nullus debet fieri deſcenſus, quoniam ſumitur homo vt homo, roſa vt roſa, vt diximus ſupra.

Quinta regula, aduerbia numeralia, localia, temporalia ſi adhærent verbo, cuius actus ſuper idem numero reiterari põt, confundunt confuſe tantũ mobiliter terminum immediate ſequentẽ, vt bis vidi hoiem, ergo bis vidi hũc, vel hũc, vel hũc hoiem. Hic & illic vĩ hõ, ſemper erũt elementa, &c. Si aũt adhærent verbo, cuius actus ſup idẽ numero reiterari nõ põt, cõfundũt, confuſe tm̃ immobiliter, vt bis comœdi panẽ, ly panẽ ſtat immobiliter, q̃a hic deſcẽſus eſt falſus, bis comœdi hũc, vel hũc, vel hũc panẽ, quia panis ſemel comœſtus non eſt iterato comœſtibilis vt patet, idẽ intellige hic. Hic & Romæ vendiſ piper. Vbiq; eſt corpus, &c. hic, ſemp erit hõ neq; n. idem piper numero ſimul vẽdiſ hic & Romæ, cũ non poſsit eſſe idẽ corpus in duobus locis, nec idem corpus numero, occupat oẽm locum, neq; idem hõ numero erit ſemper ſcd'm curſum naturæ, cum ſit nã corruptibilis vt patet.

Sexta regula eſt. Termini modales excepto neceſſe nominaliter ſumpti, & aduerbialiter, cõfundunt cõfuſe tm̃ mobiliter oẽs terminos cões nõ diſtributos ſiue præcedant modum ſiue ſequanſ, ita tñ q; fiat modalis de ſenſu compoſito: exemplum qñ modus præcedit, contingens eſt hoiem eſſe album, impoſe eſt hoiem eſſe lapidem. Exemplum, qñ modus ſubſequiſ, Hoiem eſſe album eſt cõtingẽs, Hoiem eſſe lapidẽ eſt impoſe. Apud reales contingit deſcendere diſiunctim tã ſub ſubõ quam ſub prædicato ipſius dicti. Nã bñ ſequitur contingens vel poſe eſt hoiem eſſe albũ, ergo vel hũc vel hunc hoiem, g̃ vel hoc, vel hoc albũ. Itẽ bñ ſequiſ, impoſe eſt hoiem eſſe lapidẽ, g̃ impoſe eſt hũc vel hũc hoiem eẽ lapidẽ, eodẽ modo deſcẽde ſub lapide. Dixi termini modales excepto neceſſe, qm̃ ꝓpõ de neceſſe ſi eſt vera, eſt in materia nãli, in qua p̃tum eſt de eſſen-

tiã, vel cõſequitur eſſentiam ſubiecti: vt neceſſe eſt hõminem eſſe aĩal, vel rõnale, vel riſibile &c. tũc ſuppoſitio eſt nãlis, in qua non fit aliquis deſcẽſus, vt docuimus in cap. 4. Vnde in iſta, neceſſe eſt hoĩem eſſe aĩal tã ly hoĩem quam ly animal ſtat immobiliter, qm̃ in ſuppoſitione naturali non requiritur exiſtentia extremorũ, & in hoc diſcordant reales a terminiſtis, vt docuimus in eodẽ cap. Dixit ter. cões, vt excipiam diſcretos, vt hic cõtingẽs eſt ſortẽ eſſe album, vel impoſe eſt ſortẽ eſſe aſinũ. Terminus. n. diſcretus non eſt capax ſuppoſitionis cõfuſæ, eſt aũt capax ſuppoſitionis diſcretæ. Dixi nõ diſtributus, qm̃ ſi fiat propoſitio modalis vlis de dicto ſiue affirmatiua, ſiue negatiua, extrema dicti ſupponunt ſicut extrema categoricæ vlis affirmatiuæ, vel negatiuæ, quẽ modum ſupponendi declarauimus in cap. præcedẽti, & in ſequentibus magis declarabimus. Dixi ita qđ fiat in ſenſu compoſito, qm̃ non eſt eadem ratio de modali in ſenſu cõpoſito, & de ea in ſenſu diuiſo, nã diuerſimode ꝓbať, vt tibi declarabiť in trac. de ꝓbationibus terminorũ, ideo nõ ſeruatur eadem ſuppoſitio, in quo aũt differant, & in quot iam diximus in tract. 3. cap. 4. Vide tu illic.

Septima regula, Hæc verba, promitto, debeo, obligor, terminũ cõem non diſtributum, quẽ regunt, confundunt cõfuſe tantum immobiliter: vt ſortes ꝓmittit tibi denariũ, ly denarium ſtat immobiliter, qa hic deſcẽſus eſt falſus, ꝓmitto tibi hũc, vel hũc vel hũc denarium. Nã poſſum tibi promittere denarium, q nondũ fabricatus aut formatus eſt, ideo nõ licet deſcendere.

Octaua regula. Dictio conditionis vt ſi, & rõnis, vt ergo, oẽs ſuos terminos cões non diſtributos confundũt cõfuſe tantũ immobiliter, & hoc in ordine ad hypotheticã, vt ſi hõ eſt, animal eſt. Homo currit, ergo aĩal currit: tam ly hõ, q̃ ly aĩal confuſe tãtũ immobiliter in vtraq; ſupponũt, mõ ſumanť i ordine ad hypotheticã. Pro cuius notitia aduerte, ꝙ ly hõ & ly aĩal

dupliciter conſiderari poſſunt, primo vt ſunt pars categoricæ, nam hæc eſt categorica, homo currit, cuius pars eſt ly hō, & hæc eſt categorica, animal currit, & vt ſic ly hō, & ly aīal ſupponunt determinate, & licet deſcēdere diſiunctiue, cum ſint duæ indefinitæ: ſcd'o vt ſunt pars hypotheticæ, & intēdo qd' cōſiderentur nō inquantum cōponunt has duas categoricas, vt categoricas, ſed in quantum componunt has, vt partes hypotheticæ p notam cōditionis vel rōnis, & hoc eſt ſumere in ordine ad hypotheticā, & non in ordine ad categoricā, vt categorica eſt, & in hoc ſenſu intelligendū eſt, qd' confundunt confuſe tm̄ immobiliter.

Sed dices. Videt̄ hic deſcēſus eſſe bonus, Si homo eſt, aīal eſt, ergo ſi hic homo, vel hic homo eſt, animal eſt, repugnat.n. ponere hominem ſine animali, cū animal ſit prædicatum per ſe in primo modo de hoīe.

Reſpondetur pro nunc, quod regula intendit deſcenſu valido de forma, & non de materia, valet autē prædictus deſcenſus de materia, ſed non de forma. De materia quidē valet, qā in vtraq; propōne prædicta hō eſt aīal ſupponunt perſonaliter. Si aūt formentur duæ propoſitiones de tertio adiacēte, in quibus hō, et, animal habeant ſuppoſitionē nālem, vt hic, Si hō eſt animal, homo eſt ſenſitiuus, non licet aliquis deſcēſus, quia oīs deſcenſus eſt ad ſuppoſita Sed, vt docuimus ſupra, in naturali ſuppōne non requiruntur ſuppoſita, nec exiſtentia ſuppoſitorum. Hæc.n. conditionalis eſt vera, ante creationem mundi, ſi homo eſt animal, homo eſt ſenſitiuus. Hæc de regulis pro terminis confuſiuis tm̄ mobiliter vel immobiliter dicta ſint.

Quātū ad ſcd'm, vt ſcias terminos hn̄tes vim diſtribuēdi mobilr̄, vel ımobilr̄ ponunt̄ q̄tuor rlæ gn̄ales.

Prima regula. Oē ſignum vl'e affirmatiuū poſitum in recto terminum immediante ſequentem facit ſtare diſtributiue, & immediate ſequentem confuſæ tm̄, dūmodo ſit terminus communis, & ſignū non ſit impe-

ditum ꝑ aliud ſuperueniens ſignum diſtributiuum, vt oīs homo eſt albus, ly homo diſtribuitur, qm̄ licet deſcēdere ſub eo copulatiue, & ly albus cōfunditur cōfuſe tantum mobiliter: qm̄ licet deſcēdere ſub eo diſiunctim. Dixi poſitum in recto, vt excipiam has ꝓpōnes, videns oēm hoīem eſt aīal. Nec ly videns diſtribuit, nec ly aīal confunditur: qm̄ eſt vna indefinita, in qua ꝑtum, & ſubiectum ſupponūt determinate. Nec obſtat ly oēm hoīem, qm̄ cum nō ſit ſubiectum, ſed pars ſubiecti, virtus ſigni non tranſit ad ꝑtum. Secus eſſet ſi diceretur oīs videns hoīem eſt aīal, tunc ly vidēs diſtribueretur, & ly animal confunderetur. Item intellige in hac, Cuiuslibet hominis aſinus eſt currens, ly aſinus nō diſtribuitur, nec ly currens confunditur, ſed ſtat vtrunque determinate: qm̄ virtus ſigni vlis poſiti in obliquo non tranſit ſuper ea, ſolum ly hoīs diſtribuitur: qm̄ eſt eiuſdem obliqui cū ſigno vli. Dixi dūmodo ſit terminus cōis: qm̄ diſcretus nō eſt capax diſtributionis, nec confuſionis, cum non habeat inferiora, ad q̄ fiat deſcēſus. Dixi, & ſignum non ſit impeditum: qm̄ ſi aliud ſignum, vel ſyncategorema diſtributiuum ſuperuenerit mutat ſuppōnem. V.g. in iſta, omnis homo eſt albus, ly homo diſtribuitur, & albus confunditur. Si aūt ſuperueniat non, & dicatur non omnis homo eſt albus, cum hæc æquipolleat huic, quidam homo non eſt albus, ly homo ſtat determinate, & ly albus diſtribuitur pp negationem, quæ habet vim diſtribuendi, ſi non eſt impedita, vt dicemus in regula ſequenti.

Secunda regula, omnia ſigna vlia negatiua, & omnis negatio non impedita faciūt ſtare diſtributiue mobiliter terminum cōem mediate, & īmediate ſequentem, ita quod diſtribuunt ſubiectum, & ꝑtum, remoto impedimento, vt nullus homo eſt albus, tam ſubm quam ꝑtum diſtribuitur, qm̄ licet ſub vtroq; deſcendere copulatiue. Dixi terminum cōem, vt excludam diſcretum. Dixi mediate, & immediate ſequentem, vt diſ

ſtinguatur a ſigno vl̃i affirmatiuo, qui non diſtribuit niſi terminum imediate ſequẽtem. Dixi remoto impedimento. quod pōt eſſe duplex. primo, ſi ſignum non apponatur ſubiecto in recto, ſed parti ſubiecti in obliquo, vt hic, Nullius hoīs aſinus currit, nec ly aſinus, nec ly currens diſtribuitur, ſed tantum ly hoīs: q̃m virtus ſigni negatiui non ſe extendit vltra obliquum, cui apponitur. Vnde cum hæc ſit indefinita aſinus currit, ſtat ſubm, & p̃tum determinate, ſecundo ſi aliud diſtributiuum ſuperueniat, vt hic, Nōnullus homo currit: Ly non impedit diſtributionem factam p nullus, & facit ęquipollere particularem affirmatiuam: nam æquipollet iſti, Quidam homo currit. in qua conſtat ſubiectum, & prædicatum ſupponere determinate.

Tertia regula, q̃ cōtinet quatuor partes eſt hæc. Gradus comparatiuus: & ſuperlatiuus confundunt diſtributiue terminum rectum ex nã comparationis, terminum autem rectũ ex natura exceſſus confundunt confuſe tantum mobiliter. Super terminum autem rectũ a parte ante. i. poſitum in ſubiecto, nullam habẽt vim. V. g. æquus eſt maior aſino altitudine cubiti, ly aſino ſtat diſtributiue, ly altitudine cubiti ſtat confuſe tãtum mobiliter Ly æquus ſtat determinate, cum ſit ꝓpō indefinita. Si autem apponatur ſignum vl̃e ſtabit diſtributiue per primam regulam, vt oīs æquus eſt maior aſino. Hæc eſt prima pars regulæ. Secunda pars ē hæc, Iſtæ dictiones ita, ſicut, tam, & quam, terminum immediate ſequentem diſtribuunt, vt Hercules eſt ita fortis ſicut leo, ly leo ſtat diſtributiue, canis eſt tam velox q̃ꝫ lepus, ly lepus diſtribuitur, hæc eſt ſecunda pars. Tertia pars eſt hęc, Hoc uerbũ differt, & iſti termini aliud, non idem, diuerſum, diuiſum, diſtinctum, diſtribuunt terminum ſequentem aliquod p̄dictorum, vt aſinus differt ab hoīe, eſt aliud ab hoīe, non eſt idem hoī, eſt diuerſus, & diuiſus, & diſtinctus ab homine, ly homine in oibus p̄dictis diſtribuitur, & ratio huius aſsigna

bitur infra. Quarta pars eſt hæc, Iſta verba egeo, indigeo, careo diſtribuunt terminum imediate ſequentem capacem diſtributionis .i. communem deducto oĩ impedimento, quod etiam debet intelligi in partibus p̃cedentibus. V.g. Sortes caret veſte, eget pecunia, ly veſte, & pecunia ſtant diſtributiue: qm hæc ꝓpõ, Sortes caret veſte, æquipollet huic, ſortes non habet veſtem. Negatio autem per ſecundam regulam diſtribuit terminum ſequentem. Vnde aduerte quod rõ iſtius regulæ quo ad omnes partes p̃dictas ſtat in hoc, quia omnes termini præn ominati includunt negationem, vt tibi manifeſtabitur in tractatu de probationibus terminorum, ideo habent ex negatione incluſa virtutem diſtribuendi terminum ſequentem.

Quarta regula eſt hęc, dictio excluſiua terminum ſequẽtem mediate .i. p̃tum, ſi eſt terminus cõis diſtribuit, vt tãtum homo eſt rõnalis ly rõnalis diſtribuitur & rõ huius regulæ eſt, quia excluſiua æquipollet vl'i affirmatiuæ de terminis tranſpoſitis, vt tantum homo eſt rõnalis, ergo omne rõnale eſt homo. conſtat quod ly rõnale diſtribuitur p primam regulam: Hæc de reliquis pro terminis habentibus uim diſtribuendi dicta ſint.

De pluribus ſignis diſtributiuis. *Cap. 8.*

IN octauo cap. agẽdum eſt de pluribus ſignis, q̃ ponũtur in eadẽ ꝓpõne, & h̃nt uim diſtribuẽdi. Hic igitur pro vl'i reſolutione tria aduertenda ſunt.

Primo aduerte, quod ſi ſub̃m ꝓpoſitionis ſit terminus communis non diſtributus. puta quia eſt ſub̃m indefinitæ vel particularis, adueniẽte ſigno diſtributiuo, diſtribuitur. V.g. in iſta, homo currit, ly homo ſtat determinate. Si adueniat ſignum vl'e affir vel neg. diſtribuitur, vt omnis homo currit, nullus homo currit. Si autem ſigno diſtributiuo adueniat aliud diſtributiuum, impedit diſtributionẽ, & aliam ſuppoſitionẽ inducit. Verbi gratia in iſta, omnis homo currit, ly omnis cauſat diſtributionem. Si autem addas aliud

diſtributiuum,puta ly non,impeditur virtus diſtributiua de ly oīs,vt dicendo,non oīs homo currit,ly homo non amplius diſtribuit̄,ſed ſtat determinate , qm̄ æq̄pollet iſti,Quidam homo non currit,in qua cū ſit indefinita ly homo ſtat determinate : ex p̄dictis ergo infertur apud Logicum,hoc vl̄iſsimum principium,et vt vl̄iſsima lex,Quicquid mobilitat imobilitatum immobilitat mobilitatum. Cuius ſenſus eſt iſte,Quodcūque ſignum diſtribuit terminum non diſtributum impedit diſtributionem diſtributi. V.g in hac,p̄pōne homo eſt albus,ly homo eſt terminus nō diſtributus : ſi p̄ponatur ſibi ſignum vl'e affir. vel nega. diſtribuetur, vt oīs homo eſt albus,vel nullus homo eſt albus. Si autem aduenìat aliud ſignum diſtributiuum impedit diſtributionem termini prius diſtributi , puta huic oīs homo eſt albus,ſuperueniat non,& dicatur ſic,nō oīs homo eſt albus,ly nō impedit ne diſtribuatur homo, qui prius diſtribuebatur per ſignum vl'e affir. ſenſus ergo illius principij erit iſte,Quicquid diſtribuit non diſtributum,immobilitat,i.impedit diſtributum.

Secundo aduerte,quod ex illo principio vl'iſsimo, extrahuntur iſtæ regulæ,ſi duo ſigna affirmatiua diſtributiua cadāt immediate, ita quod virtus vtriuſque ſigni æque primo cadat ſup eūdem terminum,faciūt ipſum ſtare non diſtributiue,ſed determinate. vt aſinus eſt differēs ab oī hoīe,ly hoīe ſtat determinate. Si vnū ſit affir. & alterum neg. faciunt ſil'r ſtare determinate, vt non oīs homo eſt albus. Si vtrūq; ſit negati. faciunt ſtare ſil'r determinate,vt nōnullus homo eſt albus. Dixi quod cadant immediate,qm̄ ſi inter illa mediat terminus diſtributus,non faciūt ſtare terminum,ſup quē cadunt determinate,ſed cōfuſe tātum,vt in iſta,nullus homo nō eſt albus,ly albus non ſtat determinate, ſed cōfuſe tm̄:nam æq̄pollet iſti,Quilibet homo eſt albus in qua cōſtat quod ly albus ſtat cōfuſe tantum, ſit p̄tū vl'is affirmatiuæ. Dixi ita quod virtus vtriuſque ſigni

æque primo cadat ſuper illum terminum: qm̄ ſi quo-
dam ordine caderet, ita quod prius ſuper aliquod p̄ce
dens terminum, quam ſupra ipſum terminum, non fa
ceret ſtare ipſum determinate, vt hic, nullus homo eſt
oīs homo, ly homo a parte p̄ti non ſtat determinate,
quia licet ſupra ipſum cadāt duo ſigna, ſ. nullus & oīs,
non tamen ęque primo, ſed nullus cadit primo ſuper
hoīem in ſubiecto, deinde ſuper hominem in p̄to. Simi
liter in iſta, nullum differens ab ente eſt ens, ly ab ente
non ſtat determinate, licet cadant ſuper ipſum duo di-
ſtributiua, ſ. nullum, & differens: quoniam ly nullum
prius cadit ſuper differens quam ſuper ly ente.

Tertio aduerte, quod ſi duo ſigna diſtributiua cadāt
ſup̱ aliquem terminum, quorum nō quodlibet per ſe
ſumptum diſtribuit terminum, ſup̱ quem cadit, vnum
nō impedit diſtributionem alterius, vt hic. Oīs homo
oē riſibile eſt, ly riſibile ſtat diſtributiue: qm̄ licet duo
ſigna diſtributiua p̄cedant ipſum, ſ. oīs & oē, tamē pri
mum per ſe ſumptum non diſtribueret ipſum dicēdo
oīs homo riſibilis eſt, nam cum ſit p̄tum vl'is affirma-
tiuæ, ſtat confuſe tantum mobiliter. Si autem duo ſi-
gna diſtributiua, quorum quodlibet per ſe ſumptum
eſt aptum diſtribuere terminum ſequentem, cadant ſu
per eūdem terminum, vnum impedit aliud ne diſtri-
butio fiat tert. vltimo, vt hic Hector eſt fortior omni
hoīe, ly hoīe non diſtribuitur, qa cadunt ſup̱ ipſum ly
fortior, & ly oī, quorum vtrūq; per ſe ſumptum diſtri
buit hominem, ut hic Hector eſt fortior hoīe, & hic,
Deus illuminat omnem hominem &c. Hæc de pluri-
bus ſignis cadentibus ſuper eundem terminum haben
tibus uim diſtribuendi dicta ſint, & hic terminatur cō
ſideratio noſtra de ſuppoſitione abſoluta.

De Suppoſitione Relatiua. Cap 9.

IN hoc capitu. agendum eſt de ſuppoſitione termini
relatiui, ſumendo relatiuum grammaticum, vt qui,
qualis, quātus, alius &c. Nam relatiuum Logicum

de quo actum eſt in p̄nto ad aliquid, ſupponit ſicut terminus abſolutus. V ñ i iſta, nullus pater eſt filius, ly pater eſt, & ly filius ita ſtāt diſtributiue mobiliter, ſicut in iſta, nullum nigrum eſt album. De ſuppōne igiẗ, & de modis ſupponēdi relatiuorum terminorū apud Grāmaticū hic agēdum eſt, & hic agēda ſunt quatuor; p̄ qd ſit relatiuum grāmaticale, de quo hic intēdimus, ſecūdo quotuplex ſit, tertio q ſint modi generales, quibus ſupponit, quarto q ſint modi ſpeciales, q̄bus ſupponit. ſ an diſcrete, an determinate an confuſe &c.

Relatiuū quid. Quantum ad primum aduerte, qđ apud Grāmaticum ſic diffiniẗ. Relatiuum eſt rei ante latæ, i ante poſitæ rep̄ſentatiuum ſiue recordatiuū. Nam relatio apud Grāmaticum eſt rei ante latæ, i. poſitæ ſiue rei p̄poſitæ recordatio. V. g. in hac ꝓpōne, Sortes, qui loquitur, orat ly qui eſt relatiuum, quia repreſentat ſortem ante poſitum in propoſitione. Sic enim exponitur, Sortes, qui, ſcilicet ſortes loquitur orat.

Sed dices, cum Grāmatica & Logica ſint diſtinctæ ſcientiæ non habent conſiderare de eodem, qm̄ verſantur circa diſtincta obiecta, vt Grammaticus circa congruum & incongruum, Logicus circa verum, & falſum Sed Grammaticus conſiderat de terminis relatiuis Grammaticalibus, vt patet in Priſciano, ergo non ſpectat ad Logicum conſiderare de eodem.

Rñdetur, licet relatiuum, de quo hic intēdimus, conſideretur a Grāmatico, & a Logico, non tamen eadem rōne. nam cōſideratur a Grāmatico, vt p ipſum pōt fieri oratio ꝯgrua, & incōgrua, vt hic, Sortes q currit mouetur, hæc eſt cōgrua, hic autem eſt incongrua. Sortes qđ currit mouetur. Apud Logicum aūt conſideratur inq̄tum ex diuerſo modo ſupponendi vt tibi declarabitur, pōt reddere ꝓpōnem veram, & falſam. Conſtat igitur tibi quid ſit relatiuum Grammaticale.

Quantum ad ſcōm aduerte qđ vſitate, & famoſe diuiſione generales relatiui Grammaticalis ſunt iſtæ,

Prima eſt. Relatiuorum quoddam ē relatiuum ſubſtantiæ, vt qui, quæ, quod, quoddam eſt relatiuum accidentis, vt talis qualis, tantus quantus.

Secunda eſt. Relatiuorum ſubſ̄ę, quoddam eſt relatiuum idētitatis, vt qui, quoddam: diuerſitatis, vt alius.

Tertia eſt. Relatiuorum ſubſ̄æ idētitatis, quædā ſunt nomina vt quis, qui, quæ, quod: quædam ſunt ꝓnomina, vt ille, ipſe, iſte, & is.

Quarta eſt. Relatiuorum ſubſ̄æ idētitatis, q̄ ſunt ꝓnomina, q̄dam ſunt reciproca, vt ſui ſibi, & poſſeſsiuum ſuus ſua ſuū, q̄dam non reciproca, vt ille, iſte, hic & is.

Quinta eſt. Relatiuorum accidentis, aliud eſt identitatis, vt talis, qualis, tantus, quantus: aliud eſt diuerſitatis, vt alter, & alterius modi.

Sexta. Relatiuorum accidentis idētitatis, q̄dam ſunt q̄litatis, vt talis, qualis: q̄dam ſunt q̄titatis cōtinuę, et diſcretæ. Cōtinuæ, vt tātus q̄tus, diſcretæ, vt tot quot.

Septima. Relatiua accidētis identitatis, aliq̄n ſignant̄ ꝑ nomina, vt talis qualis, tantus quātus, aliq̄n ꝑ aduerbia, vt taliter qualiter, tm̄ quantum, totiens quotiens.

Poſitis his diuiſionibus aſsignandæ ſunt deſcriptiones ſuorum membrorum principalium.

Relatiuum ſubſ̄ę eſt illud, quod refert idem numero cum ſuo añte, vt ſortes, qui diſputat, eſt doctus, ly qui refert ſortem. Item homo, qui comœdit, viuit.

Relatiuum accidentis eſt illud, quod refert idem in ſpē & non idem in numero cum ſuo antecedente, vt ſortes eſt albus & talis eſt Plato. Dico idem in ſpē et nō idem in numero, quia idem accidens numero, puta eadem albedo in numero non poteſt eſſe in diſtinctis ſubiectis, ergo nec in ſorte, & Platone.

Relatiuum identitatis ſubſ̄æ eſt quod refert, & ſupponit pro eodem numero, pro quo ſupponit ſuū antecedens. vt Plato, qui currit, mouetur, ly qui refert Platonem, ſupponit pro eo.

Relatiuum diuerſitatis ſubſtantiæ eſt illud, quod

refert idem numero cum ſuo antecedente, ſed ſuppo‑ nit ꝑ alio, vt Plato diſputat, & alius, puta ſortes, qui ē alius a Platone, legit. ly alius refert Platonem, ſed non ſupponit pro Platone, ſed pro ſorte.

Relatiuum idẽtitatis ſubæ reciprocum eſt illud, qđ refert ãns ꝑ modum patiẽtis, vt ſortes ꝑcutit ſe: ly ſe re ſert ſortem ꝑ modum patiẽtis, qa ꝑcuſsio recipitur in ſorte. & aduerte, qđ relatiuum reciprocũ ſemꝑ ponit ĩ obliquo: qm̃ apud Grãmaticũ, licet nominatiuũ poſ‑ ſit eſſe patiẽs, vt ſortes verberat, nõ tñ põt hr̃e modũ patiẽtis, vnde modus patientis ſemper eſt in obliquis.

Relatiuum identitatis ſubæ nõ reciprocum eſt illud quod refert, & ſupponit abſolute ꝑ eadem re nume‑ ro, & nõ ꝑ modum patientis, vt ſortes diſputat, & ip‑ ſe ē doctus, ly ipſe refert, & ſupponit abſolute ꝑ ſorte.

Relatiuum accidẽtis identitatis eſt illud, quod refert eandem qualitatem, aut q̃titatem in ſpecie, & ſuppo‑ nit pro eadem in ſpecie, vt ſortes eſt doctus, & talis eſt Plato, ſortes eſt magnus, & tantus eſt Plato.

Relatiuum accidentis diuerſitatis eſt illud, qđ refert eandem qualitatem, aut quantitatem in ſpẽ, ſed ſuppo nit pro alia diſtincta ſpecie, ut ſortes eſt albus, & alte‑ rius modi eſt Plato, puta quia niger. Sortes eſt bicubi talis, & alterius modi eſt plato, quia cubitalis.

Quantum ad tertium vt ſcias modos generales, qui bus ſupponunt diuerſa relatiua iuxta diuiſiones prędi ctas aduerte quinque regulas.

Prima eſt. Relatiuum identitatis ſubæ reciprocum, & nõ reciprocum, dũmodo nõ ſit poſseſsiuum ſuppo nit ꝑ eodẽ numero, ꝑ q̃ ſupponit ſuũ ãns, in cõpara‑ tione tñ ad alterũ extremorũ. exẽplum de nõ recipro co nõ poſſeſſiuo, ut aliqs hõ ē iuſtus, & ille defendit iu ſtitiã, ly ille non ſupponit abſolute & indeterminate ꝑ aliquo hoie, ſed ꝑ aliquo hoĩe iuſto, & ꝓpea ſecunda pars copulatiuę, ſ & ille defendit iuſtitiam, non ſignat abſolute et idiſtĩcte, ꝙ aliqs hõ defendit iuſtitiã, ſed ꝙ

aliquis

aliquis homo iuſtus defendit iuſtitiam, & hoc eſt dictũ in cõparatione ad alterum extremorũ. Nam ly iuſtus eſt extremũ primæ categoricę, quia eſt eius pdicatum, ex hoc ſequitur q haec copulatiua eſt falſa, aliquis homo eſt aĩal, & aſinus eſt illud: nam ſecunda categorica eſt falſa. Significat.n. q aſinus ſit illud aĩal q eſt aliquis homo, & hoc eſt falſum, vt patet. Hæc autẽ eſt vera, Plato eſt homo, & ſortes non eſt ille, quia ly ille ſignificat q ſortes licet ſit homo, non tñ eſt hõ qui eſt Plato ſed alius. Excẽplum de reciproco. Oĩs homo videt ſe. Sicut ly homo diſtribuitur ſic ly ſe. Sed intelligendum eſt qđ non eſt ſenſus q omnis homo videat abſolute omnem hominem, ſed referendo ſingulos ad ſeipſos. Sic deſcendendo, Oĩs homo videt ſe, ergo iſte homo videt ſeipſum & ille videt ſeipſum, & ille &c.

Secunda regula, Relatiuum diuerſitatis ſubæ & relatiuum poſſeſsiuum nõ ſupponit p eodem, pro quo ſupponit ſuum añs, ſed pro alio: excẽplum de primo; Duorum contrariorũ immediatorũ vnum eſt in ſubiecto, alterum non. Patet q pro alio contrario ſupponit ly vnũ, & pro alio ſupponit ly alterũ; puta ly vnũ ſupponit pro ſano, & ly alterũ ſupponit pro ægro. Exemplum de ſecundo, i. de poſſeſsiuo, aliquis homo currit; & ſuus aſinus dormit: conſtat q añs ſupponit pro hominem & relatiuum ſuus ſupponit pro aſino.

Tu tñ aduerte, q relatiuum poſſeſsiuum duo ſignificat, vnum in recto, ſ. rem poſſeſſam, alterum in obliquo, ſ. poſſeſſorem: vt quando dicitur; Sortes currit, et ſuus aſinus dormit: ly ſuus in recto ſignificat aſinũ poſſeſſum, & in obliquo ſortem poſſeſſorem: Sic.n. intelligitur, & ſuus aſinus, i. aſinus ſortis ſiue poſſeſſus a ſorte dormit. Cum igit̃ relatiuum poſſeſsiuũ duo ſignificet, poteſt p duobus ſupponere, ſ. pro re poſſeſſa in recto, & pro poſſeſſore in obliquo. Et ſic erit verũ, q relatiuum poſſeſsiuum ſupponit p eodem, pro quo ſuum añs, ſed in obliquo, et p alio, ſed in recto, vt docuimus.

Verum, quia ſuppoſitio in recto eſt principalior, ideo regula nõ faciat mentionẽ de ſuppoſitione in obliquo.

Tertia regula. Relatiuum identitatis accidentis non ſupponit ꝓ eodem numero, pro quo ſupponit ſuum antecedens, ſed pro alio ſimili, aut æquali: vt ſortes eſt albus, qualis eſt Plato: ly qualis nõ ſupponit pro ſorte albo, ſed pro Platone albo, qui eſt alius a ſorte albo. Et hic, Sortes eſt cubitalis, quantus eſt Plato, ly quantus non ſupponit pro ſorte, ſed pro Platone. Sed dices: Si non ſupponit pro eodem, ꝓ quo ſuum antecedens, ergo non debet dici relatiuum identitatis. Eſt enim relatiuum identitatis quod refert & ſupponit pro eodem quo ſuum antecedens.

Rñdetur, differt relatiuum identitatis ſubſtantię a relatiuo identitatis accñtis, & conuenit. Conuenit quidẽ in hoc, ꝙ vtrũq; refert idem aliquo modo identitatis, eſt.n. identitas triplex, ſ. in ſubſa; quæ abſolute dicitur identitas; & identitas in qualitate, quæ dicitur ſimilitudo. Eſt.n. ſimilitudo rerum differentium eadem qualitas, & idẽtitas in q̃titate, quæ dicitur æqualitas, eſt.n. æqualitas rerum differentium eadẽ q̃titas. Differt aũt in hoc ꝙ relatiuum identitatis ſubſtãtiæ refert & ſupponit ꝓ eodem numero ſubſtantialiter, ꝓ quo ſuum añs ſupponit, vt ſortes qui diſputat eſt doctus. Relatiuum autem identitatis accñtis ſupponit pro eodem accidentaliter, quia pro identitate in qualitate, vt talis & qualis: vel pro identitate in q̃titate, vt tantus & q̃tus. Verum, quia identitas accidentalis non eſt ſimplr̃ identitas, ſicut eſt identitas ſubſtantialis, ideo dicĩ in regula apud Logicum, ꝙ relatiuum identitatis accidẽtis non ſupponit pro eodem numero, ꝓ quo ſupponit ſuum antecedens, ſed pro ſimili aut æquali. Et hoc eſt ꝙ diximus ſupra, ꝙ ſupponit pro eodem in ſpecie.

Quarta regula, Relatiuum diuerſitatis accñtis, ſupponit ꝓ diſsimili illi, aut inæquali illi, ꝓ quo ſupponit ſuũ añs: vt nix eſt alba, et aliuſmodi eſt fuligo, ly aliuſ-

modi non ſupponunt pro re alba, ſed pro nigra, quæ eſt diſsimilis rei albæ.

Quinta regula. Omne relatiuum ſupponit eodem modo gñali quo ſupponit ſuum añs. Nam modi generales ſupponendi ſunt iſti, Materialiter, nãlr ſimplr, perſonaliter. Intendit ergo hæc regula, ꝙ ſi antecedẽs ſupponit materialiter, ſic et ſuum relatiuum: vt ibi, Ly homo eſt nomen, ꝙ eſt primitiuum. Ly qđ ſupponit materialiter, ſicut ly homo. Si añs ſupponit naturaliter, ſic & relatiuum, vt homo eſt animal, qui .ſ. homo eſt ſubſtantia. Si antecedens ſupponit ſimplr, ſic & relatiuum vt animal eſt genus, ꝙ eſt prædicabile de pluribus. Idem intellige de ſuppoſitione perſonali, vt homo currit qui mouetur. Hæc dicta ſint de modis generalibus, quibus relatiua ſupponunt.

Quantum ad quartũ vt ſcias modos ſpeciales ſupponendi relatiuorum, aduerte quinque regulas.

Prima regula, omne relatiuum idẽtitatis ſubæ in eadem categorica ſui añtis, ſemper ſupponit eodem mõ particulari, quo ſupponit ſuum añs, ita ꝙ ſi añs ſupponit diſtributiue, ſic & relatiuũ, ſi confuſe confuſe, ſi determinate determinate, ſi diſcrete diſcrete: ꝙ probatur inductiue, vt hic, oĩs homo q currit mouetur, ly homo & ly q ſtant diſtributiue: & hic, oĩs homo eſt aĩal, ꝙ eſt rõnale, ly aĩal & ly qđ ſtant confuſe tantum. Et hic, homo, q currit, mouetur, ly homo & ly qui ſtant determinate, & hic, Sortes q dormit quieſcit, ly ſortes & ly q ſtant diſcrete. Idẽ intellige de relatiuo idẽtitatis ſubſtantiæ reciproco tam nõ poſſeſsiuo ꝙ̃ poſſeſsiuo. Exemplum de nõ poſſeſsiuo, vt oĩs homo videt ſe, ly homo & ly ſe ſtant diſtributiue: nam bene ſequit̃, oĩs homo videt ſe, ergo iſte videt ſe & iſte videt ſe, et ſic de ſingulis, nõ abſolute, ſed referendo ſingulos ad ſemetipſos. Exẽplum de poſſeſsiuo, aliqs homo diligit filiũ ſuum, ly homo & ly ſuũ ſtant determinate. Et in iſta, Pr̃ ſortis vocauit illũ, ly ſortis & ly illũ ſtant diſcrete.

Et aduerte, ꝙ ex hac regula extrahunť tres concluſ. Prima eſt, datur aliqua ꝓpoſitio vl̄is affirmatiua, cuius prædicatum ita diſtribuitur ſicut ſubiectum, vt in iſta. Oīs homo videt ſe, ſecunda eſt, Quando prædicatum eſt relatiuum identitatis ſubæ, ſignum vniuerſale affirma. ita habet virtutem diſtribuendi prædicatum ſicut ſubiectum, vt patet in ꝓpōne præmiſſa. Dixi quando prędicatum eſt relatiuum, vt excipiam abſolutum. Dictum eſt.n ſupra, ꝙ in abſolutis ſignum vniuerſale affirmatiuum diſtribuit terminū immediate ſequentem, & mediate ſequētem confundit, vt in iſta, omnis homo eſt aīal. tertia eſt. Dantur duo termini communes ſequentes ſignum vniuerſale affirmatiuum nō impeditum per aliud ſignum diſtributiuū ſuperueniens, ex quibus remotior a ſigno diſtribuitur, & non propinquior, vt patet in iſta. Omnis homo eſt videns ſe, ly videns ꝙ eſt propinquius ſigno vniuerſali affir. confunditur, & ly ſe, ꝙ eſt remotius, diſtribuitur.

Secunda regula, omne relatiuum diuerſitatis ſubæ, non ſemper ſupponit eodem mō particulari, quo ſupponit ſuum ãns, ſed diuerſimode: eodem quidem modo ſupponunt vt hic, Vnus homo currit, & alius dormit: ly homo & ly alius ſupponunt determinate: & in hac, Oīs homo doctus docte loquitur, & omnis alius ruditer loquitur: ly homo et ly alius ſtant diſtributiue. Diuerſo modo ſupponunt vt hic, Oīs homo iuſtus iuſte viuit, & alius iniuſte, ly homo diſtribuiť & ly alius ſtat determinate. Aliqñ antecedens ſupponit confuſius ꝙ̄ relatiuum, vt in propoſitione præmiſſa: aliquando econuerſo, vt hic, aliquis homo diſputat, & tantum alius currit: ly homo ſupponit determinate: & ly alius confuſe propter notam excluſionis.

Tertia regula, omne relatiuum identitatis ſubſtantię relatum hypothetice ad ſuum ãns ſupponens confuſe tantum, non ſupponit eodem mō, ſed determinate, habito reſpectu ad totam cōpoſitionem ſui ãtis, vt hic,

Omnis homo eſt aĩal., & illud eſt rationale: ly animal ſtat confuſe, & ly illud ſtat determinate. & iõ hæc ſecũda categorica. ſ. & illud eſt rõnale, eſt falſa. Significat.n. ꝙ illud ꝙ eſt omnis homo, eſt rõnale, et hoc eſt falſum ſignificatum; qm̃ nullum eſt aĩal ꝙ ſit omnis homo. Vnde non poteſt vere dici qđ illud eſt rationale.

Quarta regula, omne relatiuum idẽtitatis ſubſtæ, hypothetice relatum ad ſuum añs ſupponens diſcrete aut determinate aut diſtributiue; ſupponit eodem mõ vt ſuum añs, habito reſpectu ad totam compoſitionem ſui añtis, vel ad alterum extremorũ. Exemplum de ſuppoſitione diſcreta, Sortes eſt hoc aĩal, ꝙ eſt hoc rõnale: ly animal in añte, & ly hoc in ſecunda categorica ſtant diſcrete. Exemplum de ſuppoſitione determinata, aliquis homo currit, & tu es ille: ly homo & ly ille ſtãt determinate. Exemplum de diſtributiua, Quilibet homo eſt animal, & idẽ eſt rõnalis. Senſus eſt, quilibet homo eſt animal, & idem. i. quilibet homo eſt rationalis.

Quinta regula. Relatiuum accñtis ſiue idẽtitatis ſiue diuerſitatis, nõ ſemper ſupponit eodem mõ particulari, quo ſupponit ſuum añs, ſed ſecundum exigentiam ſui ſigni eodem mõ ſupponit, vt in iſta, aliqs homo eſt albus, & talis eſt cignus: ly albus, & ly cignus ſupponunt determinate. Et in iſta, Omnis homo rudis arat, et nullus talis diſputat: ly rudis & ly talis ſtant diſtributiue. Diuerſo aũt modo vt hic, Oĩs homo albus currit, & talis diſputat: ly homo albus ſtat diſtributiue, & ly talis confuſe tantum: aliqñ aũt añs ſupponit determinate, & relatiuum diſtributiue: vt hic aliqs homo eſt albus, & nullus talis eſt æthiops: ly albus ſupponit determinate & ly talis diſtributiue. Et hic, aliqs homo eſt niger, & oĩs æthiops eſt talis: ly niger ſtat determinate, & ly talis ſtat confuſe tm̃. Idem intellige de relatiuo diuerſitatis accñtis. Nam aliqñ ſupponit eodem mõ, vt ſuum añs, vt hic aliqs homo eſt albus & aliuſmodi eſt æthiops: ly albus & ly aliuſmodi ſtant determinate.

Aliquando autem ſupponunt diuerſo modo, vt hic, aliquis homo eſt niger, & non aliuſmodi eſt coruus: ly niger ſtat determinate, et ly aliuſmodi ſtat diſtributiue, propter negationem, quæ non impedita diſtribuit terminum communem immediate & mediate ſequentẽ, vt declaratum eſt ſupra. hæc dicta ſint de modo ſpeciali ſupponendi relatiuorum. & hic terminatur intentio noſtra de ſuppoſitionibus tam abſolutis propriis & impropriis quam relatiuis.

Tractatus Septimi de Suppoſitionibus. Finis.

INCIPIT TRACTATVS

Octauus de Ampliationibus, & Appellationibus ex Doctiſsimorum uirorum Logicalibus deſumptus, & ordinatus.

POST tractatum de ſuppoſitionibus, expedit tractare de ampliatiõibus et appellationibus: quoniam vt docuimus in tracta. de ſyllogiſmo formali, ſicut propter tranſitum a ſuppoſitione ad ſuppoſitionem ſibi repugnantem committuntur multi errores & quamplures fallaciæ in arte ſyllogiſtica, ſic & a tranſitu ab ampliatione ad appellationem. Nã niſi teneantur termini in præmiſsis & in concluſione æque ample & æque ſtricte, ſyllogiſmus ſemper eſt inualidus, & ita poteſt concludi concluſio vera ex præmiſsis falſis, ſicut ex veris. Vt ergo ſcias vitare errores in arte ſyllogizandi, qui eueniunt propter ampliationem & appellationem terminorum, tradenda eſt reſoluta doctrina in hoc tractatu de ampliationibus & appellationibus. Diuidemus igitur ipſum in duo capita.

In primo agendum eſt de Ampliatione.
In ſecundo de Appellatione.

De Ampliatione. *Cap. 1.*

IN primo cap. agendum eſt de ampliatione: hic ergo tria videnda ſunt, primo quid ſit ampliatio termini, de qua hic intendimus, ſecundo quę & quot ſint vniuerſales regulæ ampliationum, tertio ſoluentur quædam dubia.

Quantum ad primum aduerte, qđ de ampliatione inuenio apud logicos duas deſcriptiones, quarū vtraque recipi & defenſari poteſt.

Prima eſt hæc. Ampliatio eſt extenſio termini communis a minori ſuppoſitione ad maiorem: vt cum dr̄, homo poteſt eſſe antichriſtus, ly homo non ſolum ſupponit pro præſentibus, ſed etiam pro futuris. Aduerte ꝙ ly extenſio ponitur loco generis, tanꝗ quid magis commune, & ſumitur per ſimilitudinem. Nam extenſio proprie eſt dilatatio alicuius q̄ti, vt quando ipſum q̄tum trahitur ad maiores dimenſiones. Verbi gratia cera congelata ſi liquefiat extenditur, quoniam recipit maiores dimenſiones, & occupat maiorem locum. Per ſimilitudinem autem in ꝓpoſito: eſt dilatatio termini communis inquātum ſumitur in aliqua propoſitione ad ſupponēdum pro pluribus ſuppoſitis ꝗ ante. nam ampliatio attenditur principaliter in ſuppoſitione perſonali, quæ eſt reſpectu ſuppoſitorum, vt diximus in tract. præced. Dicitur extenſio termini communis, ad differentiam termini diſcreti, qui non poteſt ſupponere aliquando pro pluribus, aliquando pro paucioribus, ſed tātum pro vno ſolo, & ideo iuxta terminum diſcretum non fit ampliatio, neque appellatio. Dicitur a minori ſuppoſitione ad maiorem non intenſiue, ſed extenſiue. Eſt autem minor ſuppoſitio perſonalis extenſiue, quando ſtat ter. communis in propoſitione pro paucioribus ſuppoſitis: vt hic, Homo eſt albus, ly homo ſtat tantum pro præſentibus, maior autem *Ampliatio quid.*

eſt, quando ſtat pro pluribus, vt hic, Homo poteſt eſſe albus, ly homo ſtat pro eo, qui eſt homo vel poteſt eſſe homo, vt tibi manifeſtabitur infra. Vnde in prima homo reſtringitur, in ſecunda aũt ampliatur.

Et aduerte per ly a minore ſuppoſitione &c. diſtinguitur ampliatio ab appellatione, vt tibi erit notum in cap ſeq. Hæc eſt prima deſcriptio.

Secunda talis eſt. Ampliatio eſt acceptio termini in propoſitione temporaliter ſupponẽtis vltra conſignificationem verbi principalis vel participij eiuſdẽ. Pro cuius notitia aduerte, ꝙ ampliatio termini, eſt ampliata ſuppoſitio termini reſpectu verbi, cui coniungitur pro diuerſa differentia tpis. V. G. Hic terminus homo ſi coniungitur verbo præſentis temporis, vt dicemus in cap. ſeq. ſtat ſolum pro præſentibus, vt homo currit. Si aũt coniungitur verbo præteriti vel futuri temporis, ſtat pro præſentibus vel præteritis vel futuris, vt album fuit nigrum, vel album erit nigrum. Cõſtat igitur quid ſit ampliatio apud logicum.

Cognitio ampliationis. Quantum ad ſecundum aduerte quatuor regulas gñales: Prima eſt, Oĩs terminus ſupponẽs a parte ante reſpectu verbi de præterito vel ſui participij ſupponit pro eo ꝙ eſt vel fuit. V. G In hac propoſitione, homo fuit ab æterno, Ly homo non ſupponit ſolũ pro homine qui nunc eſt, nec ſolum pro homine, qui fuit, licet pro hoc diſiuncto, homo qui eſt vel fuit homo, fuit ab æterno, & ſecunda pars eſt vera, ſuppoſito qđ mundus ſit æternus in via peripatetica.

Pro confirmatione huius regulę aduerte, ꝙ idem dicendum eſt de verbo præteriti imperfecti ſicut p̃teriti perfecti. Vnde in iſta, homo currebat, ly hõ ſupponit ampliatiue ꝓ eo, qui eſt vel erat homo, hoc aũt nõ verificatur rõne ſui participij, qm̃ præſens & præteritum imperfectum habent idem participium. Verbum aũt preſentis tpis vt dicemus in cap. ſeq. reſtringit terminũ ad ſupponendum ſolum ꝓ eo qđ eſt. Sic et participiũ

eius inquantum deſeruit tempori præſeriti. Aduerte etiã, ꝙ regula debet ſic intelligi, Omnis terminus ſupponens a parte ante reſpectu verbi de pterito vel eius participio, ſupponit pro eo qđ eſt vel fuit, niſi talis terminus reſtringatur: vt hic, homo, qui nunc eſt, fuit: ly homo non ampliatur, ſed ſtat ſolum pro præſentibus per ly qui nunc eſt. Quare autem magis ampliatur a parte ante quam a parte poſt dicam infra.

Ex iſta regula trahitur veritas harum propõnum. Puer fuit vir. Nam qui eſt vel fuit puer, fuit vir, & ſecũda pars eſt vera: qui.n.eſt vir in trigeſimo anno, fuit puer in decimo anno. Virgo concepit, nã quæ eſt vel fuit virgo, cõcepit. Quę.n.fuit virgo, in decimoquarto anno cõcepit, licet nunc non ſit virgo. Qđ dictum eſt de verbo præteriti tpis, intellige de participio eiuſdem. Nam in iſta, homo eſt ſuſcitatus a mortuis: ly homo ſupponit ꝓ eo. qui eſt vel fuit homo, & ſecunda pars eſt vera: & in iſta, Cæcus eſt illuminatus: ly cæcus ſupponit pro eo, q eſt vel fuit cæcus, & ſecunda pars eſt vera. Vnde vt diximus in tract. de ſyllogiſmo formali, hoc argumentum non valet in Darij, Oĩs cæcus eſt illuminatus: Sortes eſt cæcus: ergo ſortes eſt illuminatus. Nam in maiori ſupponit cæcus pro eo q eſt vel fuit cæcus, in minori autem ſolum ꝓ eo qui eſt cæcus, vt declarabitur in capi. ſeq. vnde cum in ma. ſtet ampliatiue & in mi. reſtrictiue non valet argumentum. Hæc de prima regula dicta ſint.

Secunda regula eſt Omnis terminus ſuppponens a parte ante reſpectu verbi de futuro, vel ſui participij ampliatur ad ſupponendũ ꝓ eo ꝙ eſt vel erit, vt hic, Homo generabitur, i. qui eſt vel qui erit homo generabitur, & ſecunda pars eſt vera. Nam homo qui eſt, iam genitus eſt, ergo non generabitur. Qui vero erit homo, & nondum eſt, ille generabitur. Hæc regula reſoluta eſt apud logicos, nec indiget alia expoſitione aut limitatione, & ex ea ſequitur harum propoſitio-

num veritas,Magnus erit paruus,i qui eſt vel erit magnus,erit paruus, & ſecũda pars eſt vera. nam ſi puer quinque annorum, qui in ſecundo anno erit magnus, in decimo anno erit paruus.Corrupta erit virgo,Meretrix erit virgo.Nã quæ eſt vel erit corrupta,& quæ eſt vel erit meretrix, erit virgo: ſit.n. puella quinque annorum,quæ ſit futura meretrix,aut corrupta in decimoquinto anno,iſta quę erit meretrix in decimotertio anno,erit adhuc virgo in decimo anno.

Mortuus ambulabit,i.qui eſt vel erit mortuus,ambulabit, & ſecunda pars eſt vera. Nam ſit homo qui hinc ad annum morietur. Verum eſt dicere ꝙ hinc ad menſem ambulabit,& forte hodie vel cras.

Tertia regula.Oĩs terminus ſupponens a parte ante vel a parte poſt reſpectu horum verborũ incipit,& definit,poteſt,& contingit,& ſuorum participiorum,& nominum verbalium deſinentium in bilis, vel in bile, vel in or, ampliatur ad ſupponendum pro eo qđ eſt, vel incipit vel deſinit vel contingit vel poteſt eſſe:exẽplum de incipit,Album incipit eſſe,i. ꝙ eſt album vel incipit eſſe album incipit eſſe.Exemplum de deſinit,calidum deſinit eſſe,i. ꝙ eſt calidum vel deſinit eſſe calidum,deſinit eſſe.Exemplum de poteſt,album põt eſſe nigrum,i.ꝙ eſt vel poteſt eſſe album,põt eſſe nigrum. Exemplum de contingit,Calidum contingit eſſe frigidum,i. ꝙ eſt vel contingit eſſe calidum contingit eſſe frigidum.Exempla de eorum participiis et verbalibus nominibus,quia non ſunt multum in vſu,iõ pertranſeo,quære tu: Sed aduerte ꝙ licet ſecundum oĩa prædicta verba poſsit fieri ampliatio, pręcipue tamen per verbum poteſt, & per nomen verbale terminatum in bile,vt poſsibile.Nam poteſt & poſsibile faciunt propoſitionem de ſenſu compoſito & diuiſo, vt tibi declarabitur in tractatu de probationibus terminorum, & ideo eorum ampliatio eſt magis in vſu & reſtrictio. Ex hac regula ſequitur veritas harum ꝓpoſitionum.

Dulciſsimum poteſt eſſe dulcius, ideſt quod eſt dulciſsimum poteſt eſſe dulciſsimum, poteſt eſſe dulcius, & ſecunda pars eſt vera. Nam ſumpta vua quando incipit maturari, & eſt aliquantulum dulcis, eritq; hinc ad menſem dulciſsima hodie verum eſt dicere, quod poteſt eſſe dulciſsima, & hinc ad decem dies erit dulcior, ergo verum eſt dicere quod dulciſsimum, ideſt quod poteſt eſſe dulciſsimum, poteſt eſſe dulcius.

Infimum poteſt eſſe inferius, ideſt qđ eſt infimum vel poteſt eſſe infimum, poteſt eſſe inferius, & ſecunda pars eſt vera & declaretur ſicut præcedens. Verbi gratia. Sumatur lapis, qui debeat deſcendere a loco ſupremo ad infimum per tria media A B C: & D ſit locus infimus, quando lapis erit in B, verum erit dicere, quod lapis eſt vel poteſt eſſe infimus, & quando erit in C, erit inferior & continue erit inferior, donec perueniat ad D: tunc.n.erit infimus, quia de facto erit in loco infimo. Ergo infimum, ideſt quod poteſt eſſe infimum poteſt eſſe inferius. Ex eadem regula patet veritas harum propoſitionum, reſpectu participij & nominis verbalis. Genitum eſt generabile, ideſt quod eſt genitum, vel poteſt eſſe genitum, eſt generabile, & ſecunda pars eſt vera: nam ſicut quod poteſt eſſe calefactum, eſt calefactibile, ſic quod poteſt eſſe genitum eſſe generabile. Corruptum eſt corruptibile, ideſt quod eſt corruptum vel poteſt eſſe corruptum, eſt corruptibile, ideſt poteſt corrumpi, & ſecunda pars eſt vera. Nam ſicut quod poteſt eſſe viſum, eſt viſibile, aliter non poſſet eſſe viſum niſi eſſet viſibile, ſic nihil poteſt eſſe corruptum, niſi ſit corruptibile, ergo iſta eſt vera, corruptum eſt corruptibile modo præexpoſito.

Quarta regula. Oīs terminus ſupponēs a parte poſt in verbo actiuo, vel a parte ante in verbo paſsiuo reſpectu verbi extendētis actum ſuū tam ad rem exiſtētem, q̃ non exiſtētem, vt ſunt iſta verba, cognoſco, in-

telligo, imaginor, opinor, ampliatᷣ ad ſupponendū ꝓ eo ꝙ eſt vel eſt cognoſcibile aut intelligibile, aut imaginabile aut opinabile, aut poſsibile eſſe. Vt in iſtis, intelligo roſam, vel roſa intelligitᷣ, Imaginor montem aureum, opinor alterum mundum: prædicatum ampliatᷣ ad ſtandum pro eo qđ eſt, vel eſt poſsibile, vel intelligibile, &c. dato ꝙ non ſit in rerum natura. Vnde roſa non exiſtente, vt in hieme, ſi dico, intelligo roſam, ſic habet intelligi, intelligo roſam, quæ eſt vel poteſt eſſe. Si dico, opinor alterum mundum, ſic habet intelligi, opinor alterum mūdum qui eſt vel opinabilis eſt eſſe. Si dico imaginor montem aureum, ſic habet intelligi, imaginor montem aureum, qui eſt, vel qui eſt imaginabilis eſſe. Iſtæ ſunt præcipuæ & magis famoſæ regulæ ampliationum apud Logicum, ex quibus omnibus ſequuntur tria corollaria. Primum, qn̄ ſubiectū vel prædicatum eſt terminus ampliatiuus ſiue ſit participium ſiue nomen, non valet conſequentia a tertio adiacente ad ſecundum adiacens Exemplum de participio, nō ſequitur. homo eſt mortuus. ergo homo eſt, homo eſt generandus, ergo homo eſt. Nam in antecedente homo ampliatur vt patet per primam & ſecundam regulam, in conſequēte autem reſtringitur ad hominem præſentem, & ideo antecedens eſt verum, & conſequēs falſum. exemplum de nomine, Roſa eſt intellecta a me, ergo roſa eſt: non ſequitur, qm̄ in antecedente ampliatur roſa ad ſupponendum pro roſa, quæ eſt vel poteſt eſſe, vt eſt intelligibilis, in conſequente autem reſtringitur ad roſam exiſtentem de præſenti, ꝓpter copulam præſentis temporis.

Secundum. Hæc conuerſio non valet, Aliquis homo eſt futurus, ergo aliquod futurum eſt homo. ſed debet ſic conuerti, ergo aliquod futurum eſt vel erit homo.

Tertiū. Hic ſyllogiſmus non valet, Omne p̄teritum fuit, Diluuium eſt præteritum, ergo diluuium eſt, qm̄

in minori tenetur diluuium ampliatiue ꝓ eo ꝙ eſt vel fuit, in concluſione aūt tenetur reſtricte ad tempus pręſens, ergo ſyllogiſmus non valet. Docuimus.n in trac. de ſyllogiſmo formali, ꝙ argumentum non tenet qñ termini non tenentur æque ample & æque ſtricte. Hęc pro regulis ampliationum dicta ſint.

Quantum ad tertium aduerte ꝙ in prędictis regulis multa videntur dici ad placitum, & abſq; rõne, et ideo multi non admittunt has regulas, & dicunt terminum non ſupponere niſi iuxta differẽtiam temporis, cui adiungitur. V.G. Si iungitur tempori pñti ſupponit pro tempore pñti, ſi præterito, ꝓ præterito, ſi futuro, pro futuro. Primum dictū ad placitum eſt, ꝙ verbum de præterito, vel de futuro, vel eorum principia ampliāt terminum a parte ante, & non fit mentio de termino a parte poſt, cum tamen videatur eadem ratio. Nam in iſta puer fuit ſenex, tam ſubiectum ꝗ prædicatum ſupponunt determinate, ergo qua ratione ampliatur ſubiectum, eadem ratione & prædicatum. *Hos nota erro-res.*

Secundum dictum ad placitum eſt, ꝙ terminus ſupponens reſpectu verbi de præterito vel de futuro, ampliatur ad ſtandum ꝓ his, ꝗ ſunt vel fuerunt, vel erūt, non aūt terminus ſupponens reſpectu verbi de pñti, quoniam ille ſtat tantum pro his qui ſunt, Hæc autem differentia videtur mere voluntaria, quoniam pro ea nulla adducitur ratio in regulis ſupradictis.

Tertium dictum ad placitum eſt, quod iſta verba poteſt, incipit, deſinit, contingit, habent particularem vim ampliandi terminum a parte ante & a parte poſt, quod non habet verbum ſubſtantiuum, nec alia verba, & præcipue in tempore pñti modi indicatiui, vt excipiam verbum ſubſtantiuum & multa alia verba, quæ habent vim ampliandi in tempore præterito & futuro, vt patet per primam & ſecundam regulam. Cum ergo non aſsignetur cauſa talis regulæ, quæ eſt tertia in ordine, videtur voluntarie poſita.

Quartum dictum ad placitum eſt, ꝙ ſolus terminus rectus a parte poſt verbi actiui, vel a parte ante verbi paſsiui vel eius participij habentis naturam tranſeundi indifferenter ad poſsibile & imaginabile, ampliatˀ ad ſtandum pro eo ꝙ eſt, vel eſt poſsibile eſſe, vel imaginabile. Hoc aũt dictum videtur mere voluntariũ, cum non aſsignetur ratio propter ꝙ̃ appareat qđ id magis conuenit tali termino quam alij.

Ad primum dr̃, ꝙ regulas ampliationum nõ oportet fundare tam in aperta rõne ꝗ̃ in vſu primorum authorum: nã quia primi authores videntur loqui ſecundum hos modos ampliatiuos iõ poſteriores eos reſpiciunt: & quidẽ ꝙ authores primi vtãtur his modis patet ꝑcipue apud Ariſt. nã in primo priorum vtitur ampliatiue hoc verbo cõtingit, & in primo elenchorum hoc futuro ſanabitˀ, & in ſecundo peri herme. hoc verbo põt. Qđ igitˀ reſpectu verbi de præterito vel de futuro vel reſpectu ſuorũ participiorũ terminus rectus a parte ante amplietˀ, & nulla fiat mẽtio de termino recto a parte poſt, alia non eſt manifeſta rõ niſi ꝗa authores primi ſic vſi ſunt loqui. Nec id debet mirũ videri, qm̃ cũ tractatus ampliationũ multũ adhæreat grãmatice, in qua magis attenditur authoritas primorum inſtituentium ꝙ̃ euidens rõ, ſufficere debet ꝓ approbatione regularum ampliationum eadem authoritas.

Quidam tñ cupiẽtes ſatisfacere his, qui in omnibus rõnem quærunt, quos reprehendit Ariſto. in ſecundo metaphyſicę, qm̃, in multis oportet credere primis inuentoribus, dicunt huius rõnem eſſe, quia terminus rectus a parte ante ſupponit de per ſe reſpectu huius verbi incluſi eſt in verbo ampliatiuo, ſed terminus ſequẽs verbum non ſupponit de per ſe reſpectu huius verbi eſt, ſed ſolum reſpectu participij, a quo determinatur. Verum ſi aduertis, hæc rõ videtur ad placitum adducta, ſicut & regula ampliationũ. & iõ melius eſt aſſentire primis authoribus, ꝙ̃ rationi incuidenti.

Ad ſecundum dicitur ꝙ & ſi principaliter inhæren dum ſit primus authoribus, tñ aliquantulum euidẽter ratio haberi poteſt q̃ in antedictis: & ratio quidem eſt hæc, verbum ſubſtantiuũ de preterito & futuro inclu dit idem verbum de pñti, vt patet reſoluẽdo in ſuum participium, vt hic, Homo fuit, i. homo ex præteritis, homo erit, i. homo eſt futurus Qđ.n. fuit, verum fuit aliquando dicere, hoc eſt, & qđ erit. Verum erit ali quando dicere, hoc eſt. Verbum autem ſubſtantiuum præſentis temporis, vt ly eſt, non includit præteritum & futurum. Stat.n. vt declarabitur tibi in ſexto phyſi corum, ꝙ aliquod pro hoc inſtanti ſit, qđ tamen ante hoc inſtans non fuit, nec poſt hoc inſtans erit. Non eſt ergo eadem ratio de verbo præterito & futuro, & de verbo præſentis temporis.

Ad tertium dr̃ vt ſupra, ſed & aliqualis ratio eſt in promptu. Nã iſta verba incipit & deſinit cõtingit põt ſunt talis naturæ, ꝙ eorum actus poſſunt ſe extendere ad rem actu exiſtentem & non exiſtentẽ, i. ad rem prę teritam vel futuram Nam, vt declarabit̃ in trac. de ꝓ bationibus terminorũ aliqua incipiunt eſſe per poſitio nem de pñti & negationẽ de præterito, vt hic, Homo incipit eſſe, Homo nunc eſt, & ante hoc nunc nõ fuit, ergo homo incipit eſſe. Aliqua aũt incipiunt eſſe per negationem de pñti, & poſitionem de futuro, vt mo tus incipit eſſe. Motus nũc nõ eſt, & poſt hoc nunc im mediate erit, ergo motus incipit eſſe. Idem intellige de hoc verbo deſinit. Nã quædã deſinunt ꝑ poſitionem de p̃terito, & negationẽ de pñti quędam aũt ꝑ poſitio nem de pñti & negationem de futuro, & hæc oĩa tibi manifeſta erunt in trac. de probationibus terminorũ.

Siſr actus iſtorum verborum põt & contingit, & ſuorum participiorũ & ſuorum noĩm verbalium, vt poſſibile & cõtingens, poſſunt tranſire ſuper rem actu exiſtentem & actu non exiſtentem. Nã hæc eſt vera, homo currens põt currere, nam ſi non poſſet currere,

non curreret,& hæc eſt vera, Homo ſedens pōt curre re. Nam remoto impedimento, ꝑ potentiam motiuā, poteſt homo quieſcere per ſeſsionem, & velociter mo ueri per curſum. De contingit hæc eſt vera, Hoīem ſe dere cōtingens eſt,& hæc eſt vera, roſam gñari in vere contingēs eſt, in prima verificatur contingens de hoīe exiſtente, in ſecunda verificatur de roſa non exiſtente, & iō non eſt mirum ſi prædicta verba habent vim am pliandi, ꝙ non habent cōiter omnia alia verba.

Ad quartum dicendū eſt, vt ad tertium. nam verba, quæ concernunt actum aīę cognoſcitiuę, ita verificant de exñte, ſicut de non exñte, dummodo non exñs ſit intelligibile aut opinabile, aut imaginabile, & iō nō eſt mirū ſi ſunt verba ampliatiua. Et quidē ꝙ talia verba puta intelligo, cognoſco, opinor, imaginor, ſomnior verificentur tam de re exñti ꝙ non exñti, declaratum eſt in regula quarta, & eadē tibi manifeſtiora erunt in lib. 3. de aīa. Hæc de ampliationibus dicta ſint ꝓ ꝙto eas incipiunt logici cōiter Qđ dixerim, qm̄ Pet. Man tuanus terminiſta, apparuit negans abſolute ampliatio nem termini reſpectu cuiuſcūꝙ verbi & tpis verbi, vt patet in logica. Verū ne nouitij intellectus confundat, hoc ꝑtranſeo Si tñ tibi eſt appetitus id vidēdi & intelli gendi, quęre in Mengo. in parte. 2. vbi defenſat amplia tionem terminorū contra Petrū Mant. & illic inuenies fundamēta & argu. Petri Mant. & Mengi Fauentini ſa tis reſolutas rñſiones. Hęc de ampliationib. dicta ſint.

De Appellationibus. *Cap. 2.*

IN ſecundo cap. agendum eſt de appellationibus, de qbus tria videnda ſunt. Primo, quot ſint modi famoſi quibus dr̄ appellatio. Secundo quid ſit ap pellatio in ſenſu, de quo hic intendimus. Tertio quę & quot ſint regulæ magis vſitatæ de appellatione.

Appella. tionis mo di. Quantum ad primū aduerte, ꝙ appellatio ſolet cōi ter dici quatuor modis: Primo dr̄ recurſus a minori iudice ſuſpecto ad maiorem propter iniuſtitiam latæ

ſententiæ

ſententiæ,& de hac cōſiderat Ciuilis,nō aūt Logicus, neq; Phyſicus,neq; Mathematicus,neq; Metaphy.ſecundo dicitur appellatio cōicatio multorū in aliquo vno noīe,& ſic ab appellatione dicitur nomē appellatiuū,quod pluribus cōuenit,vt hō,a.al,corpus, & de hac conſiderāt grāmaticus diſtinguens nomen in proprium & appellatiuum,quod dicitur apud Logicum terminus diſcretus & terminus cōis: tertio dicitur denominatio alicuius ab aliquo accidentalis, tam ab intrinſeco quā ab extrinſeco,vt nix appellať alba,i.denominatur alba ab albedine. Dixi tam ab intrinſeco quam ab extrinſeco, qm̄ res aliquando appellať talis ab accn̄te ſibi inhærēte,vt aqua calida a calore ſibi intrinſeco,aliqn̄ aūt ab accidente inhærente alteri,vt res appellatur locata à loco,& tn̄ locus non eſt ſubiectiue in loco,ſed in locante. Idem intellige de re tpali, vt denominatur a tempore, & de agente vt denoīatur ab actione.Et hæc tibi manifeſtabuntur in.3.&.4.Phyſi. Et de hoc modo appellationis locuti ſumus in Antepræ dicamētis tractantes de denominatiuis: quarto dicitur reſtrictio termini ſupponentis, & vt ſic opponiť ampliationi.Nā ſicut ampliatio eſt extenſio termini a minori ad maiorē ſuppōnē, modo quo expoſuimus in cap. præcedenti, ſic appellatio oppoſito modo eſt reſtrictio termini a maiori ad minorē ſuppoſitionem, vt tibi manifeſtabitur infra, & de hoc quarto modo tantum agendum eſt hic.

Quantum ad ſcd'm aduerte, ꝙ appellatio quarto modo ſumpta,& vt opponitur ampliationi ſic diffinitur, Appellatio eſt acceptio termini in ꝓpōne ſupponentis tm̄ pro dn̄a temporis verbi,cui adiungitur,ita quod ſi adiungitur verbo præſentis temporis, ſupponit ſolū pro p̄ſentibus,vt hō currit. Si verbo p̄teriti tēporis,pro eo qd' fuit,ſi verbo futuri temporis, ꝓ eo quod erit,vt tibi declarabiť in ſequētibus. Et aduerte, qd' hæc deſcriptio nō diſcordat ab ea, q̄ ponunt rea-

les dicentes quod appellatio eſt reſtrictio termini cõmunis a maiori ad minorem ſuppoſitionẽ. Nã in ampliatione ſupponit terminus ꝓ pluribus cũ pluribus differentijs tẽporis, vt pro eo qđ eſt vel fuit, aut pro eo quod eſt vel erit, aut pro eo quod eſt vel põt eſſe, vel eſt intelligibile vel opinabile vel imaginabile eſſe. Ex cõſequenti ſupponit pro pluribus ſuppoſitis, qm pro præſentibus aut p̃teritis, aut futuris, aut poſsibilibus, aut imaginabilibus. In appellatione aũt ſupponit terminus pro paucioribus, qm pro his tm̃, quæ ſunt ſub vna dr̃ia tẽporis, vt pro præſentibus tm̃, aut præteritis & futuris & poſsibilibus tm̃. Et ideo bene dicitur, quod eſt reſtrictio termini a maiore ad minorem ſuppoſitionem, quia in appellatione terminus ſupponit pro paucioribus ſuppoſitis modo q̃ dictum eſt.

Quantũ ad tertium aduerte, ꝙ de appellationibus datur talis diuiſio. Appellationũ q̃dã eſt appellatio tẽporis, quædam ampliationis, quædam formæ.

Appellationis modi.

Appellatio temporis eſt acceptio termini in ꝓpoſitione pro aliquo vel pro aliquibus ſecđm ſolam conſignificationem verbi, cui coniungitur, vel ſui participij: vt homo currit, ly homo appellat tẽpus præſens, quia ſupponit ſolum pro præſentibus.

De appellatione temporis dantur duæ regulæ, generales. Prima eſt. Omnis terminus ſupponẽs reſpectu verbi de præſenti non ampliatiui, nec diſtracti ꝑ participium ampliatiuum, tam ſubm̃ quam p̃dm ap pellat tempus præſens: ideſt ſupponunt ſolũ pro præſentibus, vt homo eſt albus, hõ currit. Dicitur nõ ampliatiui: vt excipiantur iſta verba incipit, & deſinit, cõtingit poteſt, & verba cõcernentia actum mẽtis, vt intelligo, cognoſco, quæ vt docuimus in cap. præcedẽti in tertia & quarta regula, hñt vim ampliandi etiam in tp̃e p̃ſenti, vt album põt eſſe nigrum, ly album ſtat ꝓ eo quod eſt vel põt eſſe album &c. Dicitur nec diſtracti per participium ampliatiuum, vt excipiantur par-

ticipia præteriti & futuri tẽporis: vt hic, homo eſt genitus, homo eſt generandus, ly homo ſtat pro hoīe, q eſt, vel fuit, vel erit, q̄a licet coniugatur verbo ſubſtãtiuo pręſentis temporis, tamen rationem participij præteriti, & futuri, non appellat tempus præſens, ſed ſtat ampliatiue.

Secunda regula eſt hæc, Omnis terminus ſequens verbum præteriti, vel futuri temporis ſolummodo, appellat tẽpus præteritum, vel futurum: ideſt ſupponit tm̄ pro præteritis ſiue pro futuris, vt hic, albũ fuit nigrum, album erit nigrum, ly nigrum appellat tẽpus pręteritum in prima propoſitione, ſupponit n. ſolum pro eo quod fuit nigrum, & in ſecunda appellat tempus futurum: qm̄ ſupponit ſolum pro eo quod erit nigrum. Dicitur terminus ſequens, ad differẽtiam termini præcedentis, qui regitur a parte ante: qm̄, vt tibi declaratum eſt in cap. præcedenti in regula prima, & ſecunda ampliatur ad ſupponendum pro eo quod eſt vel fuit, vel erit. Vnde in iſta album fuit nigrum, ly album ſtat ampliatiue, & ly nigrum appellatiue.

Appellatio ampliationis eſt acceptio terminis in ꝓpoſitione limitati per verbũ, qđ hēt vim ampliandi, tã a parte ante quã a parte poſt, vel per ſuum participium. Verba aũt habentia vim ampliandi a parte ante, & poſt ſunt iſta. Incipit, deſinit, cõtingit, pōt. V. G. Hō incipit eſſe iuſtus, tã ly hō quã ly iuſtus ſtant ampliatiue rōne verbi incipit, & ſupponũt ꝓ eo qđ eſt, vel incipit eſſe, tñ ly iuſtus appellat, & reſtringit inceptionẽ, ita quod licet ſtet, & poſſit verificari ꝓ eo qđ eſt, vel incipit eſſe iuſtũ, tñ reſtringitur ad ſtandũ pro eo ſolũ, qđ incipit eſſe iuſtum. Subiectũ vero ſtat ſimpliciter ampliatiue, ſ. pro eo, q eſt vel incipit eſſe hō.

Pro appellatione ampliationis datur hec vl'is regula, oīs terminus rectus a parte poſt, ita ꝙ ſequat̃ verbũ aliqđ ex iſtis, incipit, deſinit, pōt, cõtingit &c. vel ſuũ participiũ, vel ſuũ verbale appellat, i. reſtringit il-

lorum ampliationē, vt patet in exemplo dato de hoīe incipiente eſſe iuſto, ita quod verum eſt dicere, qđ in cipit vel deſinit, vel contingit, vel pōt eſſe iuſtum.

Appellatio formę eſt acceptio termini in propōne ſequentis verbum vel eius participium, qđ concernit actum mentis. Sunt aūt hmōi verba intelligo, volo, cognoſco ſcio opinor, imaginor &c. Terminus igiť ſequens aliquod iſtorum verborum dicitur appellare formam. i. ſtare pro ſua rōne formali, quā inſinuamus per dictionē reduplicatiuā: vt cognoſco p̄rem meū, i. ſub rōne qua pater ratio aūt eſt, quia genuit me Dico ergo cognoſcere p̄rem meū, ſi cognoſco eū inquantū genuit me. Similiter cognoſco hoiem, ſi cognoſco eū inquantum eſt homo i. vt eſt animal rōnale.

Et aduerte, quod appellatio formæ ſemp̄ eſt ex par te prædicati. vnde dicimus quod p̄tum formā appel- lat. i. ſtat formaliter, ſub̄m aūt materialiter. Hæc de cā multæ ſunt propōnes, quæ aliquādo ſunt vere, & ali- quando ſunt falſæ factæ per verba concernentia actū mentis ſcđ'm quod terminus præcedit aut ſubſequiť verbum. Verbi gratia ſi dico, Deum trinum cogno- uit Ariſto. eſt vera qm̄ Ariſtote cognouit Deum qui eſt trinus. Si aūt dico. Ariſto. cognouit Deum trinū, eſt falſa, quoniam licet cognouerit Deum, qui eſt tri- nus, non tamen cognouit eum inquantum eſt trinus, ideſt prout eſt una ſubſtantia in tribus ſuppoſitis: nam hoc negaſſet Ariſto. Item ſi dico, cibum venenoſum deſidero pōt eſſe vera, qa poſſum deſiderare fongiū, qui eſt venenoſus, licet neſciam eſſe venenoſum. Si au tem dico, deſidero cibum venenoſum, eſt falſa, quo- niam ſenſus eſt. Deſidero cibū inquantum ſcio ipſum eſſe venenoſum & mortiferū, quē nullus ſanæ mentis deſiderat. Item aduerte, quod inter ſpēs appellationis prima & tertia eſt ſatis in vſu apud doctores, & maxi me tertia, vt tibi declarabitur in tract. de ſyllō ſophiſti co. Secunda autem minime eſt in vſu. Item aduerte

quod regulæ præpoſitæ de appellatione temporis & ampliationis, magis acceptãtur ex authoritate primorum authorum, quam ex euidenti rõne. Sicut etiam diximus de regulis ampliationum. Et ideo non eſt hic immorandum ad inueſtigandum, quæ ſit efficax & manifeſta apud intellectum rõ de prædictis, ſed ſufficit quod recipiantur ex firmato vſu apud authores. Hæc de appellationibus dicta ſufficiant.

Tractatus octaui de Appellationibus, Finis.

TRACTATVS NONVS,

Magiſtri Iauelli, de Conſequentijs.

IN hoc noſtro Tracta. de conſequentijs non eſt intentio noſtra immorari in recitandis modernorum Logicorum varijs & captioſis ſententijs, quę magis inuolunt quam illuminent addiſcentis intellectum. Noſtra ergo intẽtio eſt agere de cõſequentijs ad viam peripateticam, prout ſunt nobis via in acquirendis alijs ſcientijs, & compendioſius ac efficacius quacũq; alia via argumentatiua. Hũc igitur tractatum diuidemus in quatuor cap.

Primo diffinietur conſequentia.

Secundo ponentur ſuæ diuiſiones vles.

Tertio aſsignabuntur regulæ generales conſequentiæ formalis.

Quarto deſcendemus ad regulas particulares.

Quid ſit Conſequentia. Cap. I.

IN primo capite ne tendamus per incognita, inueſtigandum eſt quid ſit conſequentia. Sed antequam deueniam ad diffõnem aduerte, quod cõſequentia poteſt tripliciter conſiderari, primo abſolute vt conſequentia eſt, non cõtrahendo ipſum ad bonam, nec ad malam, ſed vt ab vtraq; abſtrahit: ſecundo vt contra-

ſtitur ad bonam: tertio vt cōtrahitur ad malam. Item aduerte quod conſequentia abſolute ſumpta dupliciter poteſt diffiniri. ſ. quo ad materiam, & q̄ ad formā, ſicut & domus: nā ſi dicat̃ quod domus eſt quid compoſitum & lapidibus, & lignis, & cemento eſt diffinitio per materiam, quæ & mālis dicit̃, ſi aūt dicatur q̄d domus eſt habitaculum prohibens nos a frigore, & ab eſtu, pluuia, & niue &c. eſt per formā, quæ etiam dicitur diffinitio formalis, ſiue per finem. Hic igit̃ ad vlem doctrinam habendam de cōſequentia diffinienda eſt primo abſolute, vt eſt abſtrahens a bona, & a mala, ſiue vt eſt cōis bonæ, & malæ, ſecundo diffiniet̃ conſequentia, vt eſt bona, tertio vt eſt mala.

Quantum ad primū aduerte, ꝙ materialiter ſic diffinitur. Conſequentia eſt oro plures cōtinens ꝓpōnes coniunctas per notam illationis denotātem ſequelam vnius ad alteram, vt hō eſt rōnalis, ergo eſt riſibilis.

Primo ly oratio ponitur loco generis: eſt. n. magis communis quā conſequentia, nam & ſyll's eſt oratio, nō tamen eſt conſequētia: ſecūdo dicitur plures continens propoſitiones, vt diſtinguatur ab orone categorica: nā conſequentia eſt oratio hypothetica, hypothetica aūt oro continet plures categoricas coniunctas ꝑ aliquā coniunctione. Sed aduerte, ꝙ per ly plures intelliguntur duæ, vna præcedens notā illationis, altera ſubſequēs: nam ſi plures quā duæ, & ordinarentur in modo & in figura iam non eſſet conſequentia, ſed ſyllogiſmus, vt docuimus in trac. de ſyll'o formali: tertio dicitur coniunctas per notam illationis. i. per ly ergo, vel igitur, qm̄ denotat quod ſecunda propō ſequitur ex prima vere aut putatiue. Vere quidem, vt hic, Sol eſt ſuper terram, ergo dies eſt, putatiue autem vt hic, Deus creauit mundum, ergo creauit ab æterno.

Formaliter aūt ſic diffinitur, Conſequentia eſt habitudo vera vel exiſtimata ſubſequentis ꝓpoſitionis ad præcedētē deſignata ꝑ notā illationis illatiue tentā.

Primo dicitur habitudo, qm̃ ſequētia, & ſequela, et conſequentia dicunt formaliter reſpectū, reſpectus au tē eſt habitudo apud Logicū, vt docuimus in p̃nto ad aliquid, ſicut paternitas eſt reſpectus, & habitudo pr̃is ad filiū, & filiatio econuerſo. Sic & cōſequētia eſt habi tudo ſubſequētis ꝓpōnis ad præcedētē, vt hic. Homo currit, ergo homo mouet̃: nã ex eo ꝙ currit ſequitur ꝙ mouetur, qm̃ curſus eſt ſpecies motus, & de quocū que p̃tur ſpēs, prædicatur genus: ſecundo dicit̃ habitu do vera vel exiſtimata, qm̃ hic diffinitur conſequētia vt cōis eſt bonæ, & malæ, in vtraq; aũt denotat̃ habi tudo, ſed differenter, qm̃ in vera conſequētia eſt vera habitudo, in mala aũt eſt putatiua, ſiue exiſtimata, & ideo vt ſcias ꝙ hic diffinit̃ cōſequētia vt cōis eſt bonę, & malæ, dicit̃ disiunctim ꝙ eſt habitudo vera vel exi ſtimata: tertio dr̃ deſignata p̃ notã illationis illatiue tē tam, qm̃ nota illationis habet vim cōcluſiuam ex ſui natura, dũmodo teneat̃ illatiue, quoniam ſi teneretur materialiter, nō deſignaret illationē, vt in hac propoſi tione, ergo eſt coniunctio, ſiue ergo eſt indeclinabile.

Quantum ad ſcd'm aduerte qd' diffō bonæ conſe quentiæ, ſi diffiniatur quo ad mãm eſt hæc, Cōſequē tia bona eſt orō, ſ. hypothetica rōnalis, habens verum añs, & verum cōſequēs eiuſdem añtis tanquam princi pales partes ſui, & notã illationis illatiue tentã, vt ſor tes eſt hō, ergo ſortes eſt aĩal. Antecedens eſt propō, quæ in bona cōſequētia p̃cedit notã illationis, vt ſor tes eſt homō. Conſequens eſt propō ſubſequens notã illationis, vel quæ infertur ex antecedente mediãte no ta illatiua, vt ḡ ſortes eſt aĩal. Si aũt diffiniatur quo ad formã, ſic diffinienda eſt. Cōſequentia bona eſt ꝯña, in qua eſt vera illatio ſiue vera ſequela veri conſequentis ex vero antecedente per notã illationis deſignata.

Primo lȳ ꝯña ponit̃ loco gñis, qm̃ eſt in plus q̃ ꝯña bona: ſcđo dr̃, in qua eſt vera illatio et totũ reſiduũ dr̃ ad differentiam conſequentiæ malæ, in qua eſt illatio

nõ vera, ſed exiſtimata, nec prima ꝓpõ eſt verũ antecedẽs nec ſecunda eſt verũ ꝯñs, nec nota illationis vere infert, ſed hæc oĩa tm̃ ſunt apparenter, ſiue ſuperficialiter in conſequentia mala, vt tibi manifeſtabitur.

Quantũ ad tertium aduerte, qm̃ conſequẽtia bona & mala ſunt oppoſitæ, cognitio quid ſit cõſequentia bona, de facili tibi cõſtat quid ſit mala: nã oẽs cõditiones oppoſitæ cõditionibus conuenientibus cõſequentiæ bñ manifeſtãt tibi ꝯñam malã. Eſt igiť ꝯña mala, q̃ licet ſit orõ hypothetica rõnalis, tñ nõ hẽt verũ antecedẽs, nec verũ ꝯñs ex eodẽ antecedente, nec notam illationis vere illatiuã, nec eſt formaliter illatio vera ſiue ſequæla ꝯñtis ex antecedente, ſed oĩa hæc in ea continentur quaſi per quandam ſimilitudinẽ ad ꝯñam bonam Vnde in rei veritate conſequentia mala non eſt proprie conſequentia, licet nominetur cõſequentia.

Et ſi quæras in quo ſtet eſſentialis dr̃ia inter ꝯñam bonam & malam, per quã infallibiliter cognoſcunť.

Rñdeť ſcd'm reales bona ꝯña eſſentialiter diſtinguitur a mala ꝑ hoc, ꝙ in bona antecedẽs non põt eſſe verũ ſine ꝯñte, in mala aũt nihil ꝓhibet antecedẽs eſſe verum ſine conſequente. Exẽplum de bona, tu es hõ, ergo tu es rõnalis: nã nõ eſt poſ'e, ꝙ tu ſis hõ, quin ſis rationalis: qm̃ rõnale eſt de diffõne hominis, & prædicatur de eo eſſentialiter, vt docuimus in tracta. de prædicabilibus. Exemplum de mala, tu es homo, ergo tu es diues: nam bene ſtat, ꝙ tu ſis homo, & tñ non ſis diues, nõ. n. eſt neceſſe hominem eſſe diuitem, quoniam hęc eſt in materia contingenti, homo eſt diues.

Scd'm terminiſtas aũt diſtinguitur bona a mala in hoc, ꝙ in bona oppoſitũ conſequentis repugnat añti, tũc aũt repugnat qñ ex añte & oppoſito ꝯñtis nõ põt fieri vna copulatiua, cuius vtraque pars ſit poſſis. v. g. hęc eſt bona, Sortes eſt hõ, ergo eſt aĩal: qm̃ oppoſitũ conſequentis, ſ. ergo eſt non animal, non poteſt ſtare cum antecedente. Hæc. n. copulatiua eſt impoſſibilis,

Sortes eſt homo,& non eſt animal,qm̄ animal eſt de diffõne hominis,& hæc eſt in mã nãli,homo eſt animal,in qua negatiua ſemper eſt falſa.In mala autẽ oppoſitum conſequentis non repugnat añti, immo põt ſtare cum eo.cuius ſignum eſt quod poteſt fieri vna copulatiua poſſis,cuius prima categorica erit antecedens & ſecunda erit oppoſitum conſequentis.vt gratia exẽpli,hæc eſt mala, Tu es homo,ergo tu vigilas.Nã oppoſitum conſequentis,ſ.tu non vigilas , ſtat cum antecedente. Vnde hæc copulatiua eſt poſſibilis,qm̄ vtraq; pars eſt poſſibilis,tu es homo,& tu non vigilas.

Et aduerte quod reales & terminiſtæ in hoc nõ diſſentiũt,ſed cõueniunt ſm ſenſum.Nam ſi in ꝯña bona antecedens non poteſt eſſe verum ſine conſequente,ergo oppoſitum conſequentis repugnat añti, & ſi in cõſequẽtia mala antecedens poteſt eſſe verum ſine conſequente,ergo oppoſitum conſequentis ſtat cum antecedente,vt exemplificatum eſt.Conſtat igitur quid ſit conſequentia vt eſt communis bonæ & malæ , & qd ſit bona,& quid mala,et per quid eſſentialiter differũt & infallibiliter cognoſcuntur.

De generali diuiſione conſequentiæ bonæ. **Cap. 2.**

IN hoc ſecũdo cap.relicta ꝯña mala, quæ ꝓprie nõ eſt ꝯña,vt docuimus in cap.præcedenti,& quę nobis non deſeruit in ſcientijs acquirendis, ſed potius eſt cauſa erroris,immorandum eſt circa diuiſicnes generales bonæ cõſequentiæ.Tu igitur aduerte,ꝙ apud terminiſtas & reales prima diuiſio eſt in bonam,et malam,ſiue in veram & falſam.& quid vtraq; ſit & qũo differant dictum eſt in cap. præcedenti.

Secunda diuiſio eſt,bona conſequentia prima diuiſione diuiditur in formalem,& materialem.

Formalis qdem eſt illa,in qua oppoſitum ꝯñtis formaliter & manifeſte repugnat añti,ita quod apud nullum vtentem rõne,& ſcientem terminos imaginabile non eſt,nec opinabile,quod oppoſitum conſequentis, *Formalis qua.*

poſsit ſtare cum antecedente. Vnde hæc eſt bona formalis, homo currit, ergo homo velociter mouet. Nā nullus vtens ratione & ſciens ſignificatum huius termini currit, poteſt concipere nec imaginari quod homo currat, & quod non velociter moueatur: nam motus velox eſt de ratione curſus.

Conſequētia materialis. Mālis eſt illa, in qua oppoſitum ꝯn̄tis repugnat an̄ti, ſed non manifeſte. poteſt enim quis imaginari & opinari quod ſtet oppoſitum ꝯn̄tis cum an̄te, licet imaginatio & opinio ſit falſa. Vnde hæc eſt mālis, Homo ē, ergo aīa eius eſt immortalis. Nam oppoſitum ꝯn̄tis nō manifeſte & ad ſenſum repugnat an̄ti. Multi enim, licet falſo, opinantur hanc copulatiuam eſſe veram, homo eſt, & aīa eius eſt mortalis. Similiter hæc eſt mālis, De⁹ non eſt, ergo nullus homo eſt. qm̄ licet in veritate oppoſitum ꝯn̄tis repugnat an̄ti, tamen apud multos eſt imaginabile quod ſtet cum antecedente, vt apud illos, qui negant deum eſſe, vnde ipſi reputant hanc copulatiuam eſſe poſsibilem Deus non eſt, & aliquis homo eſt. Qui tamen ſeipſos decipiunt. Patet igitur quid ſit conſequentia formalis & materialis.

Vſq; hūc reales & terminiſtæ conueniunt, Diſcordant autem reales a terminiſtis in duabus regulis datis de conſequentia bona materiali. Dicunt enim terminiſtæ, quod ex impoſsi ſequitur quodlibet, i. ſi an̄s ſit ꝓpō impoſsis, ꝯn̄s poteſt eſſe quæcunq; alia ꝓpō, & ꝯn̄a erit bona mālis. vt hic, Aſinus eſt homo, ergo baculus eſt in angulo, & hic, deus non eſt, ergo gallus cantat. Dicunt etiam quod neceſſarium ſequitur ad quodlibet, i. Quacūq; ꝓpōne poſita ꝓ an̄te, ſi in conſequente ponitur ꝓpō neceſſaria, conſequentia erit bona mālis, vt hic gallus cantat, ergo homo eſt rōnalis. Has regulas non cōcedunt reales, vt ſonant, i. in ſua vītate, qm̄ diffō bonæ conſequentiæ non ſeruatur per eas. Diximus enim, quod bona conſequentia eſt vera illatio & ſequela conſequentis ex antecedente.

Per has autem regulas conſtat apud ſane mentis virum non ſeruari veram ſequelam, nec depēdentiam cō ſequentis ex āte in conſequentijs p̄dictis, nec oppoſitum conſequentis repugnat ãti. Nam hæc duo nō repugnant, Aſinus eſt homo, & baculus nō eſt in angulo. Nec iſta duo repugnant, Gallus cantat, & hō non eſt rōnalis Reales igitur non concedunt primam, niſi in hoc ſenſu. Ex ãte impoſſi ſequitur quodlibet impoſſibile incluſum in tali ãte impoſſi. Nam bene ſequit, homo eſt aſinus, ergo eſt irrōnalis: ergo eſt rudibilis, ergo eſt indiſciplinabilis, ergo eſt iumentum, ergo ē quadrupes. Nam hæc omnia p̄dicantur de aſino, & ideo conceſſo primo impoſſibili ſequuntur prædicta omnia impoſsibilia, ſecundam autem regulam concedunt in hoc ſenſu. Si conſequens eſt neceſſarium ſequitur ad quodlibet antecedens neceſſarium includens ipſum cōſequens. Nam, quia hoc conſequēs eſt neceſſarium, ergo homo eſt riſibilis, ſequitur ad hoc ãs, homo eſt rationalis, & ad hoc homo eſt animal rōnale, & ad hoc homo eſt animal admiratiuum. In hoc igitur ſenſu reales concederent p̄dictas regulas & non aliter. Verum, ſi bene aduertis in ſenſu dicto faciunt conſequentiam formalem, q̄m oppoſitum formaliter repugnat antecedenti, ita quod non eſt imaginabile a viro ſanæ mentis oppoſitum conſequentis poſſe ſtare cum antecedente. Nam poſito per impoſſibile hominem eſſe aſinum ſequitur infallibiliter aliud impoſsibile, ergo eſt rudibilis, & poſito hoc conſequente neceſſario, homo eſt riſibilis, antecedit ad ipſum ineuitabiliter, quod homo eſt rationalis. Vnde apud reales non datur conſequentia materialis, niſi quæ dicitur bona de materia, de qua ſtatim loquemur.

Tertia diuiſio eſt iſta. Conſequentia bona formalis eſt duplex; ſ. bona de forma, & bona de materia.

Bona de forma eſt illa, in qua oppoſitum conſequentis nō poteſt, nec eſt imaginabile poſſe ſtare cum

añte,& talis modus arguēdi valet in oĩ mã,nulla exceptione facta vt qñ arguitur ab inferiori ad ſuum ſuperius affirmatiue,& ſine diſtributione,& in oĩ modo arguendi,quem aſsignabimus in cap.4.ſeruatis debitis limitationibus,vt tibi declarabitur.Nam ſicut ſeruatis modo & figura,de quibus áctum eſt in trac.de ſyllogiſmo formali,ſemper fit validus ſyllogiſmus,quo ad formam,ſic ſeruatis regulis,de quibus agemus infra, ſemper fit valida conſequentia quo ad formam.

Bona de materia eſt illa,in qua oppoſitum ꝯñtis repugnat antecedēti,nec eſt imaginabile ſtare cum añte, & tamen non quælibet ſibi conſimilis ſeruató eodem modo arguēdi eſt bona.V.g hęc eſt bona de mã.Tu non es homo,ergo tu non es aĩal,& tamē hic modus arguendi non tenet in oĩ mã. Nam hæc eſt ſimilis in modo arguendi.Hoc,demonſtrato aſino,non eſt homo,ergo non eſt animal,& tamen non valet,qm̃ antecedēs eſt verum,& ꝯñs falſum,vt patet Sir̃r hæc eſt bona de mã,Si tu es homo,tu es riſibilis,ergo ſi tu nõ es homo,non es riſibilis.Nam hæc eſt ſimilis in modo arguendi.ſ a deſtructione añtis ad deſtructionem conſequentis Si tu es homo,tu es animal, & tamen non valet,ergo ſi tu non es homo,tu non es animal, qm̃ demonſtrato aſino,añs eſt verum,& conſequēs falſum.

Vſq; huc conueniūt reales & terminiſtæ.Sed terminiſtæ eliciunt ex p̃dictis.quod iſtæ duæ ſunt ꝯñtia bonæ formales,ſed non de forma.Tantum pater eſt, ergo nõ tãtum pater eſt.Tu ſcis te eſſe lapidem,ergo tu non ſcis te eſſe lapidem.Reales autē negant eas qm̃ nõ ſunt necq; bonæ,neq; formales,neq; bonæ de forma, qm̃ per nullam cõſequentiam bonam cõcluduntur cõtradictoria.Nam in oĩ cõſequentia bona formali ſi antecedens eſt verum cõſequēs eſt verum,vt tibi manifeſtabitur infra.Non.n.ex vero concluditur niſi verum ſtãte valido modo arguendi,vt docuimus in tract. de ſyllõ formali,ergo in p̃dicta conſequentia ſi antecedēs

eſt verum conſequens eſt verum Sed antecedens et cõſequens ſunt contradictoria, ergo contradictoria ſunt ſimul vera, quod eſt contra primum principium.

Et qm̃ ſequentes viam terminiſtarum conantur eas ꝓbare ideo recitandæ ſunt eorum ꝓbationes & ſoluẽtur. Hanc. ſ. tantum pater eſt, ergo nõ tãtum pater eſt, ſic deducũt. Tantum pater eſt, ergo pater eſt. Nam ab excluſiua ad ſuam p̃iacentem valet conſequentia, qm̃ bene ſequitur, tantum homo eſt riſibilis, ergo homo eſt riſibilis Tunc vltra, pater eſt, ergo filius eſt. Nã ab vno correlatiuo ad aliud in ꝓpõne de ſecundo adiacẽte valet conſequentia, vt dicemus infra. Vnde bene ſequitur, pater eſt, ergo filius eſt, & econuerſo: & negatiue, vt pater non eſt, ergo filius non eſt, & econuerſo. Tunc vltra, filius eſt, ergo aliud a patre eſt. nam filius eſt aliud ſuppoſitum a patre vt patet, quia nihil ſeipſum generat Tunc vltra aliud a patre eſt, ergo non tãtum pater eſt, quoniam dictio excluſiua excludit quãdocunque aliud a termino cui additur. Valet ergo a primo ad vltimum. Tantum pater eſt, ergo non tantum pater eſt.

Iſtam vero, tu ſcis te eſſe lapidem, ergo tu nõ ſcis te eſſe lapidem, ſic deducunt. Tu ſcis te eſſe lapidem, ergo eſt verum te eſſe lapidem, quia nihil ſcitur niſi verum vt tibi alias declarabitur. Si eſt uerum te eſſe lapidem ergo tu non es homo, qa lapis & homo ſunt termini diſparati, ſed ab vno diſparato affirmatiue, ad aliud negatiuæ valet ꝯña, vt patebit infra, Nam bene ſeqtur. Tu es lapis, ergo tu non es homo. Tunc vltra, tu nõ eſt homo, ergo tu non es ſciens. Nam inter oĩa inferiora tantum homo eſt ſciens, ergo ſi non es homo, nõ es ſciẽs. Tunc vltra. Tu non es ſciens, ergo tu non ſcis te eſſe lapidem. ergo a primo ad vltimum, tu ſcis te eſſe lapidẽ, ergo tu non ſcis te eſſe lapidem. Ad primum nego hãc conſequentiam, tantum pater eſt, ergo pater, immo ſequitur negatia, ſ. ergo pater non eſt, qm̃ dictio excluſi-

ua excludit quodcūq; aliud ſuppoſitum a termino cui additur, ergo excludit filium, cum ſit aliud ſuppoſitū a patre. Si excludit filium, ergo pater non eſt, qm̄ remoto vno correlatiuo remouetur reliquum, ergo excluſo filio pater non eſt, & quando ꝓbatur conſequētia, qm̄ ab excluſiua ad ſuam præiacentem valet conſequentia, illa regula non valet in correlatiuis de ſecundo adiacente, valet autem vniuerſaliter in ter. abſolutis, vt tibi declarabitur infra.

Ad ſecundam dico, vt inquit Ariſ. in. 1. phy. arguēs antiquos ponentes tantum unum ens, Dato vno incōuenienti multa ſequūtur. Vnde dato añte, ſeqtur ꝯdictoria eſſe ſimul vera, ſ. tu ſcis te eſſe lapidē, ergo nō ſcis te eſſe lapidem, cum igitͬ non ſit concedendum ꝯdictoria poſſe eſſe ſimul vera. i. nullo modo eſt concedendū antecedens, quo nō conceſſo, non ſequitur, ergo tu es lapis nec ſequitur, tu non es homo nec ſequitur tu nō es ſciens, nec ſequitur vltimate, ergo tu non ſcis te eſſe lapidem, & ſic patet quod nō valet conſequentia a primo ad vltimum. Hæc igitur dicta ſint de diuiſionibus generalibus conſequentię bonæ.

De regulis generalibus conſequentiæ formalis. *Cap. 3.*

IN tertio cap. relicta cōſequentia mãli, qm̄ aut nō datur, aut parum deſeruit ꝓ aliis ſcientijs acquirendis, aſsignandæ ſunt regulę generales magis famoſæ, quæ ſolent dari de conſequentia bona formali.

Prima eſt. Oīs conſequētia, in qua ꝯdictorium conſequentis infert ꝯdictoriū antecedentis eſt bona & formalis vt hic, aliquis homo currit, ergo aliquod aīal currit. Nam bene ſequitur, nullum aīal currit, ergo nullus homo currit, implicat enim ꝯdictionem quod nullum aīal & quod aliquis homo currat. Nam ſi aliquis homo currit, aliquod aīal currit, quia homo eſt aīal: ſed iſtæ duæ ſunt ꝯdictoriæ, aliquod aīal currit & nullum animal currit: ergo conſtat quod implicatur contradictio. Si autem cōtradictorium cōſequētis nō infert cō-

tradictorium ãntis,ſed ſtat cum ãnte, cõſequentia eſt mala,& nulla,& ſemp negãda,vt hic,tu es homo, ergo tu es doctus. Nam non ſequitur,tu non es doctus, ergo tu non es homo:immo ſtat,& de facto eſt qd' p maiori parte hoies non ſunt docti & tamẽ ſunt hoĩes.

Secunda regula.Oĩs conſequentia, in qua antecedẽs eſt verum,& conſequens verum,& in qua antecedens & conſequens ſunt falſa,eſt bona & formalis. Exemplum primi. Tu curris,ergo tu moueris.Exemplum ſecundi,Tu es aſinus,ergo tu es irrõnalis, & hçc ſecũda regula fundatur in prima,quia.ſ.contradictorium cõſequentis infert contradictorium antecedentis. Nam bene ſequitur,tu non moueris,ergo tu non curris, & bene ſequitur tu non es irrõnalis,ergo tu non es aſin?. Si autem antecedens eſt uerum,& conſequens falſum, conſequentia non eſt bona,qm̃ ſtãte debito modo arguendi,vt inquit Ariſtoteles in primo priorum,ex veris non ſequitur niſi verum:quod ſi ex veris concludatur falſum, neq; ſyllogiſmus neq; conſequentia valet, vt docuimus in trac.de ſyllogiſmo formali. Vnde hçc non eſt bona, Tu es homo,ergo tu es Papa,& rõ huius fundatur in ſecunda parte primæ regulç,ſ.qm̃ contradictorium conſequentis non infert contradictoriũ antecedentis. Non enim ſequitur,tu non es Papa,ergo tu non es homo, immo ſtat de facto quod tu non es Papa,& tamen tu es homo.

Tertia eſt,Oĩs cõſequentia,in qua ãns & conſeq̃ues ſunt neceſſaria,uel vtrũq; nõ neceſſarium, eſt bona & formalis. Exemplum primi,homo eſt aĩal,ergo eſt habens aĩam. Excẽplum ſecundi,homo dormit,ergo q̃eſcit.& rõ huius regulæ fundatur in prima,qm̃.ſ.contradictorium conſequentis infert contradictorium antecedentis. Nam reſpectu primi bene ſeq̃tur,homo non eſt habens animam, ergo non eſt animal, & reſpectu ſecundi bene ſequitur,homo non quieſcit,ergo homo non dormit. ſi autem antecedens ſit neceſſarium, &

conſequens non neceſſarium, conſequentia nõ eſt bona, vt hic, homo eſt aĩal, ergo homo eſt vidẽs. & rõ huius fundatur in ſecunda parte primæ regulæ, ſ. qm̃ cõtradictorium conſequentis non infert cõtradictorium antecedentis. non enim ſequitur, Homo non eſt vidẽs, ergo non eſt animal, immo de facto videmus, quod aliquis homo non eſt videns, vt cæcus, & tamẽ eſt animal, quoniam ſentit & mouetur.

Quarta eſt. Oĩs ↄña, in qua añs, & conſequens ſunt poſſia. Vel vtrũq; impoſſe, eſt bona & formalis. exẽplũ primi, tu es dux belli, ergo tu habes exercitum. Exemplum ſecũdi, tu es lapis, ergo tu es inanimatus Et rõ huius fundatur ſuper primam, nã ꝯdictorium conſequentis infert ꝯdictorium añtis, qm̃ bene ſequitur, tu nõ habes exercitum, ergo tu non es dux belli, Exemplum ſecundi, tu es lapis, ergo tu es inanimatus, & fundatur ſup idem nam bene ſequitur, tu non es inanimatus, ergo tu non es lapis. ſi autem antecedens ſit poſſe, & conſequens impoſſe, conſequentia non eſt bona nec formalis. vt hic, homo vigilat, ergo lapis vigilat, vel ſic, homo loquitur, ergo motus loqtur. Nõ valet qm̃ ꝯdictorium cõſequẽtis, non infert ꝯdictorium añtis, imo ſtat cum antecedente. nam bene ſtat quod lapis non vigilet, & quod homo vigilet. & bene ſtat qđ motus non loquatur, & homo loquaẗ, qm̃ ſtat homo indefinite.

Quinta eſt, Oĩs cõſequẽtia, in qua quicquid antecedit ad añs, antecedit ad cõſequens, & quicquid ſeqtur ad cõſequẽs, ſequens eſt ad añs, eſt bona & formalis. Exemplum primi, Hæc eſt cõſequẽtia bona formalis. Homo currit, ergo aĩal currit. Ad añs antecedit iſta, Plato currit, & antecedit ad cõſequens. Nam ſicut iſta eſt vera, homo currit, ergo aĩal currit, ſic iſta eſt vera, Plato currit, ergo aĩal currit, qm̃ Plato eſt homo, ergo eſt animal. Similiter ualet hic, Homo currit, ergo animal currit ad conſequens ſequitur iſta, ergo corpus currit, & iſta, ergo ſubſtantia currit, & idem ſequitur

ad

ad antecedēs. Nam bene ſequitur,hō currit,ergo corpus,ergo ſubſtantia currit. Nam ſicut corpus ꝑtur de animali,& de corpore ſubſtantia, vt patet in arbore Porphyrij,ſic ꝑntur de homine. Ex hac regula ſequit̃ illa famoſiſsima,a primo antecedente ad vltimum cōſequens qñ cōſequētiæ intermediæ ſunt bonæ & formales,& non variatæ eſt bona & formalis conſequētia:qđ manifeſte & infallibiliter patet in linea ꝑntali. Nā ſiat hæc cōſequentia,ſortes eſt hō, ğ ſortes eſt ſubſtantia: & probatur ſic, ſortes eſt homo, ergo eſt animal, ſi eſt aīal,ergo corpus,ſi corpus,ergo eſt ſubā: ğ a primo ad vltimum,ſortes eſt hō,ergo eſt ſubā:& ad uerte qđ valet dummodo conſequentiæ intermediæ ſint bonę & formales & nō variatæ. Nā ſi aliqua ex intermedijs non ſit bona & formalis, conſequētia nō valet a primo ad vltimū.vnde hæc nō valet,ſortes bñ bibit,ğ ſortes ſaluabit̃.Solet.n.ſic probari, ſortes bene bibit,ğ bene dormit,ſi bene dormit nō peccat, ſi non peccat ſaluabitur,ergo a primo ad vltimū ſortes bene bibit.ergo ſaluabit̃.Non valet inquam,qm̃ prima nō eſt bona,ſtat.n.quod nō bene dormiat,& tñ bene bibat. Sił̃r ſecunda non eſt bona, qm̃ & ſi dum dormit nō peccat,pōt vigilans peccare. Dicit̃ & non variatę. Pro cuius noticia aduerte,quod non variatur ſi cōſequens prioris conſequentiæ eſt præciſe antecedēs poſterioris,vt patet in tota linea ꝑntali arguendo a ſpecialiſsimo ad generaliſsimum. Si aūt aliquid addatur,variantur intermediæ,& tunc non valet conſequentia a primo ad vltimum. Vnde hæc non valet, tu in nullo loco es,ergo in aliquo loco es. Sic.n.ſolet probari, tu in nullo loco es,ergo tu non es Romæ, ſi non es Romæ et alibi es,ergo alibi es,ſi alibi es,ergo in aliquo loco es,ergo a primo ad vltimum,tu in nullo loco es,ergo in aliquo loco es:non valet inquam,qm̃ ſecūda eſt variata:nam añs ſecundæ continet plus quam conſequens primæ,ſcilicet ly & alibi es.

Sexta eſt. Omnis conſequentiæ bonæ, ſi aňs eſt cõcedendum, & conſequens ſimiliter, et ſi antecedens eſt negandum, & conſequens ſimiliter, dummodo conſequentia ſit ſcita eſſe bona. Exemplum primi, tu es hõ, ergo tu es riſibilis: nam cum riſibile ſequatur ad hominem, vt proprium quarto modo, qua rõne concedis aňs, debes concedere conſequens. Exemplum ſecũdi, tu non es aſinus, ergo tu non es rudibilis. Nam ſicut riſibile ſequitur ad hoiem, ſic rudibile ad aſinum, ergo qua rõne negandum eſt antecedens negandum eſt & ɔñs, ſi autem antecedens eſt concedendum & conſequens negandum, conſequentia non eſt bona: vt hic, animal ſentit, ergo planta ſentit: non valet, qm̃ contradictorium conſequentis ſtat cum antecedẽte. Nam bene ſtat, quod planta non ſentiat, qm̃ caret anima ſenſitiua, & quod animal ſentiat, quoniam conſtituitur animal per animam ſenſitiuam, vt tibi hæc declarabunť in lib. de anima. dicitur dummodo ɔña ſit ſcita eſſe bona ab eo cui fit ɔña: nã ſi hæc conſequentia fiat pbo, ſol eclipſatur, ergo luna interponitur inter ſolem & aſpectum noſtrum, concedet totum, qm̃ ſcit eam eẽ bonam, ſi aũt fiat idiotę, concedet quidem aňs, quoniam videt ad ſenſum ſolem obſcurari, ſed negabit conſequens quoniam neſcit cauſam huius eclipſiꝰ. Iſtæ ſunt regulæ famoſæ & generales conſequentiæ formalis, quas admittunt Logici reales, & terminiſtæ.

De regulis particularibus conſequentiæ formalis. Cap. 4.

IN cap. quarto ponẽdæ ſunt particulares regulę cõſequentiæ formalis. Ordo. n. doctrinæ exigit vt ab vlibus regulis ad particulares deſcendamus.

Diuidemus aũt præſens caput in ſeptem partes.

In prima ponenť regulę penes ſuperius & inferius.

In ſecunda ponentur regulæ penes propoſitiones quantas.

In tertia ponentur regulæ penes propoſitiones nõ quantas.

In quarta ponentur regulæ penes terminos pertinentes & impertinentes.

In quinta ponentur regulæ penes probationes propoſitionum.

In ſexta ponentur regulę penes hypotheticas copulatiuas & diſiunctiuas.

In ſeptima ponenť regulæ, penes hypotheticas conditionales. Et aduerte qđ oēs regulæ, q̄ infra ordinabuntur, fundamētū hn̄t in via peripatetica, vt tibi notum erit, cum exercitatus fuerit in doctrina Ariſto.

Prima pars. De conſequentia ſuperioris & inferioris.

IN parte prima huius capitis aſsignandæ ſunt regulæ p̄ticulares cōſequētiæ formalis iuxta ſuperius & inferius. & aduerte quod arguendo ab inferiori ad ſuperius aſsignātur tres regulæ, & tres a ſuperiori ad inferius.

Prima eſt ab inferiori per ſe ad ſuum ſuperius per ſe affirmatiue & ſine diſtributione, & ſine ſigno immobilitante, & in ſuppoſitione perſonali, valet conſequentia formalis: tu es homo, ergo tu es animal. Primo dicitur ab inferiori per ſe: pro quo nota quod ea ſe hn̄t vt ſuperius & inferius per ſe & econuerſo, quæ in linea p̄ntali ita ſe habent quod vnum ſubordinatur alteri, vt aſcendendo a ſpecialiſsimo ad generaliſsimū. Vnde hæc eſt vera conſequentia, homo eſt animal, ergo hō eſt corpus animatum: & hæc, homo dormit, ergo aīal dormit. Ea aūt ſe hn̄t vt inferius & ſuperius p̄ accn̄s, quorum vnum eſt minus commune, & alterū magis, ſed nō ſubordinantur in linea prædicamētali, nec magis p̄tur de minus communi per ſe & eſſentialiter, ſed per accidens, & hoc modo ſe hn̄t, homo, & album. Nam de multis prædicatur album, de quibus non p̄tur homo. In his igitur non valet conſequentia ab inferiori ad ſuperius. Nō enim ſequitur, hō currit, ergo album currit. Stat enim quod nullum albū currat, & quod homo, puta ethiops currat.

Secundo dicitur affirmatiue, quia non valet negatiue, non enim ſequitur, nullus homo eſt quadrupes, ergo nullum animal eſt quadrupes.

Tertio dicitur ſine diſtributione, qm̃ cum ſigno diſtributiuo non valet neq; affirmatiue, neq; negatiue: Non.n.ſequitur, Omnis homo eſt riſibilis, ergo omne animal eſt riſibile: neque ſequitur, nullus hõ eſt aſinus, ergo nullum animal eſt aſinus.

Quarto dicitur, ſine ſigno, ideſt ſine dictione immobilitante. Non.n.ſequitur, ſi tu es aſinus, tu es rudibilis, ergo ſi tu es aĩal, tu es rudibilis. Stat.n.quod tu ſis animal demonſtrando canem, & tamen non ſis rudibilis, quia canis non eſt rudibilis.

Quinto dicitur in ſuppoſitione pſonali, qm̃ in ſuppoſitione materiali non valet, vt hic, homo eſt biſyllabum, ergo animal biſyllabum: nec in ſimplici, vt hic, Homo eſt ſpecies ſpecialiſsima, ergo animal eſt ſpecies ſpecialiſsima.

Secunda regula, ab inferiori ad ſuum ſuperius, licet non valeat diſtributiue niſi gratia materiæ, valet tamẽ in ſuppoſitione confuſa mobili.

Primo dicitur, licet non valet diſtributiue.ſ.ordinarie & formaliter, vt docuimus in regula præcedenti, valet tamen gratia materię: vt hic, nullus numerus binarius eſt, ergo nullus numerus eſt. Nam quia binarius eſt primus numerus, remoto primo remouentur ſubſequentes includentes primum. Omnis.n.numerus ſequens binarium includit binarium.

Secundo dicitur, valet tamen in ſuppoſitione confuſa mobili. Nam quod nõ valeat in ſuppoſitione cõfuſa immobili, diximus in regula præcedenti, qđ autem valeat in ſuppoſitione confuſa mobili, patet hic. Omnis homo eſt animal, ergo omnis homo eſt aĩatus eſt corpus, eſt ſubſtantia.

Tertia regula ab inferiori, et ſuũ ſuperius, negatione nõ præpoſita, ſed poſtpoſita inferiori, & ſuperiori,

ſtante ſuppoſitione diſcreta vel determinata & perſonali,& cũ debito medio,valet conſequentia.

Dicitur negatione nõ præpoſita, qm̃ præpoſita diſtribuit terminum immediate & mediate ſequentem, vt docuimus in tractatu ſuppoſitionum. Diximus autem in prima regula,quod ab inferiori ad ſuum ſuperius non valet conſequentia cum diſtributione. Vnde non valet,nõ aliquis hõ currit, ergo non aliquod aĩal currit. Stat.n.ꝙ aliquod animal currat,puta canis, & tñ non aliquis homo currat.

Dicitur ſtante ſuppoſitione diſcreta vel determinata,quia in ſuppoſitione diſtributiua & cõfuſa mobili, nõ valet.Exemplum primi,oĩs hõ non currit, omnis homo eſt animal,ergo omne aĩal non currit.

Exemplum ſecundi,tantum ſubſtantia non eſt accidens,& omnis ſubſtantia eſt aliquid, ergo tantum aliquid eſt accidens.

Dicitur et perſonali,qm̃ in ſuppoſitione ſimplici nõ valet,non enim ſequitur.Homo non eſt genus,& hõ eſt animal, ergo animal non eſt genus.

Dicitur cum debito &c.qm̃ ſine eo nõ valet,& ꝓbatur ſic,pono qđ omne aĩal currat, & volo qđ demonſtretur hõ mortuus,puta ſortes,& arguaſ ſic, ille hõ.ſ.ſortes mortuus non currit, & hõ eſt aĩal, ergo animal non currit Non valet,qm̃ añs eſt verũ, & cõſequens falſum per caſum poſitum,ſ.quod omne animal currat:non valet inquam,qm̃ non ſumitur debitum medium:nam debitum medium non eſt hoc, & homo eſt aĩal,ſed eſt hoc, & ille homo.ſ.ſortes mortuus eſt exiſtẽs animal.Iſte ſunt tres regulæ generales arguendo ab inferiori ad ſuum ſuperius modo præexpoſito.Econuerſo autem ſunt aliæ tres regulæ.

Prima eſt a ſuperiori ad ſuum inferius ſine diſtributione nõ valet cõſequentia:Vnde nõ ſequiſ, aĩal currit,ergo hõ currit, põt.n.animal puta aſinus currere, & tñ homo nõ curret. Sed aduerte, qđ licet nõ va-

leat de forma, valet tñ in aliqua materia, vt in genere numeri: nam bene ſequitur, numerus eſt, ergo binarius eſt, qm̄ omnis numerus ſupponit binarium.

Secunda eſt, A ſuperiori ad ſuum inferius diſtributiue affirmatiue cum debito medio valet conſequẽtia. Vt omne animal currit, ergo ſor. currit.

Dicitur diſtributiue, qm̄ ſine diſtributione nõ valet per primam regulam, nec ſufficit ſuppoſitio confuſa: nõ.n. valet tm̄ animal currit, ergo tm̄ homo currit, nã patet conſequens eſſe falſum, & antecedẽs verum.

Dicitur cũ debito medio, quia ſine eo nõ valet vl'ter. Non enim ſequitur, tu differs ab aſino, ergo differs a brunello, ſed dicat̃ ſic, tu differs ab aſino, brunellus eſt aſinus, ergo tu differs a brunello.

Tertia eſt, a ſuperiori ad ſuũ inferius negatione præpoſita & diſtribuente valet conſequentia. Nã bene ſequitur, nullum animal currit, ergo nullus hõ currit.

Dicitur negatione prępoſita, ſcilicet ad ſuperius, qa ſi poſtponatur non valet: non.n. ſequitur, animal non currit, ergo homo non currit: nam bene ſtat, quod aliquis homo currat, & qđ aliquod animal, puta brunellus non currat: ſtat.n. animal & homo determinate, & non diſtributiue.

Dicitur diſtribuente, qm̄ negatio pręponitur ſuperiori, & impeditur per aliam negationem, quod non diſtribuat ipſum ſuperius: conſequentia non valet, vt hic. Nonnullum animal currit, ergo nonnullus homo currit: nam ly animal & ly homo non ſtant diſtributiue, ſed determinate, vt docuimus in tractatu de ſuppoſitionibus. Vnde æquipollent iſtis, aliquod animal non currit, ergo aliquis homo non currit, conſtat autem hanc conſequentiam non valere vt diximus. Idem iudicium eſt de iſta conſequentia, non omne animal currit, ergo non omnis homo currit: non valet, quoniam ly non, non diſtribuit ly animal, ſed ſtat determinate. Quare &c.

Hæc de regulis pœnes ſuperius & inferius dicta ſint.

Pars ſecunda. De conſequentia propoſitionum alicuius quantitatis.

IN parte ſecunda aſsignandæ ſunt regulæ conſequẽtiæ formalis pœnes propoſitiones alicuius quantitatis, quæ ſcilicet ſunt vniuerſales, vel particulares, vel indefinitæ, vel ſingulares.

Et aduerte, quod ex parte vniuerſalium dantur tres regulæ, & ex parte particularium indefinitarum & ſingularium dantur quatuor regulæ.

Prima ex parte vniuerſalium eſt hæc, ab vniuerſali affirmatiua & negatiua ad ſuas ſubalternas, valet conſequentia. Exēplum primi, bene ſequitur, Omnis homo eſt albus, ergo homo eſt albus, quæ eſt ſua indefinita, ergo quidam homo eſt albus, quæ eſt ſua particularis, ergo hic homo eſt albus, quæ eſt ſua ſingularis. Exemplum ſecundi. Nullus homo eſt albus, ergo homo non eſt albus, ergo quidam homo non eſt albus, ergo hic homo non eſt albus.

Secunda eſt. Ab vniuerſali affirmatiua ad omnes ſuas ſingulares tam collectiue quam diuiſiue eſt bona cōſequentia. Collectiue quidem, vt hic, omnis homo currit, & iſti ſunt omnes homines, ergo & iſte homo currit, & iſte & iſte & ſic de omnibus alijs. Diuiſiue autem ſic, omnis homo currit, ergo tu curris. Et aduerte quod ratio regulæ eſt hæc, qm̃ vt docuimus in tractatu de ſuppoſitionibus ſub termino cōmuni ſtante, & ſupponente diſtributiue, licet deſcendere ad omnia ſua ſuppoſita copulatiue. Vide tu illic.

Sed aduerte, qđ reales et terminiſtæ ĩ hac regula cōueniunt & diſconueniunt. Cōueniũt qđẽ in hoc qđ quando ſit vl'is affirmatiua in materia cōtingẽti, regula valet cum debito medio: vt hic, omnis homo currit, & iſti ſunt omnes homines, ergo iſte currit & iſte & ſic de ſingulis. Nam ſicut añs eſt contingens, ſic

& conſequens. Diſconueniunt aũt qñ ſit vniuerſali af firmatiua in materia nãli, vt omnis homo eſt aĩal. Dicunt.n. terminiſtę regulam non valere niſi gratia aliqñ materiæ, quoniam antecedens eſſet neceſſarium, ſcilicet omnis homo eſt animal, & conſequens cõtingẽs, ſcilicet iſte homo, & iſte eſt animal. Nolunt.n. aliquã ſingularem in rebus corruptibilibus eſſe neceſſariam, qm̃ quodlibet ſingulare corruptibile aliqñ eſt, & aliquando non eſt. Reales aũt dicunt ſingulares in materia naturali eſſe neceſſarias, eo quod prædicatum ſemper verificatur de ſubiecto, poſito quod ſubm̃ non exiſtat. qm̃ in tali propoſitione ly eſt, non dicit exiſtẽtiam ſubiecti, ſed habitudinem prędicati ad ſubm̃. In materia vero contingenti, ly eſt dicit exiſtẽtiam & habitudinem, quare non eſt ſimile. Tenet ergo regula vniuerſaliter, & non ſolũ gratia materiæ, & hãc viam ſequimur in doctriua peripatetica.

Tertia eſt ab vniuerſali negatiua ad quãlibet ſingularem, eſt ſemper & vl'r bona conſequentia. Nam bene ſequitur, in omni materia tam naturali quam cõtingenti, quam remota: vt hic, nullus homo eſt rõnalis, ergo nec iſte, nec iſte, & ſic de ſingulis: nullus homo eſt ſapiens, ergo nec iſte nec iſte, & ſic de ſingulis: nullus homo eſt aſinus, ergo nec iſte nec iſte &c. Et aduerte, quod ratio huius regulæ eſt eadem cum ratione ſecundæ, qm̃ ſcilicet ſub termino diſtributo, licet deſcendere copulatiue tam affirmatiue quam negatiue.

Iſtæ ſunt tres regulæ generales pœnes propoſitiones vniuerſales.

Ex parte autẽ particulariũ indefinitarũ, & ſingulariũ, ſit hæc prima regula. A particulari vel indefinita vel ſingulari ad vl'em: non valet conſequẽtia, niſi grã materiæ. Non.n. ſequitur, aliqs homo eſt albus, ergo omnis homo eſt albus. Dico niſi gratia materiæ, qm̃ licet non valeat, in materia contingenti, valet tñ in materia naturali & in materia remota. Nam prædicatũ

in materia naturali conuenit inſeparabiliter oĩ conten to ſub ſubiecto,& in materia remota remouet̃ imutabiliter ab oi cõtẽto ſub ſubiecto. Vnde in vtraq; materia particularis,& indefinita,& ſingularis infert vlẽm. nam bene ſeqtur,aliquis homo,& homo,& hic hõ eſt aĩal,ergo oĩs homo eſt aĩal.& bene ſequitur in materia remota,aliquis homo,& homo, & hic homo non eſt aſinus,ergo nullus homo eſt aſinus. vnde docuim⁹ in trac de ſyllõ demonſtratiuo,qũo ꝓpõ per ſe eſt de omni,etiam quod non apponatur ſignum vl'e.vt hęc eſt per ſe,& de oĩ,homo eſt riſibilis, aliquis homo eſt rõnalis,qm̃ ſunt virtualiter vniuerſales.

Secunda eſt a particulari ad ſuã indefinitam, & ecõuerſo,& affirmatiue,& negatiue,& in oĩ materia tam naturali quam cõtingenti quam remota tenet ꝯñtia. nam bene ſequitur,aliquis homo currit, ergo homo currit,& econuerſo,aliquis homo non currit,ergo homo non currit,& econuerſo.& in materia naturali aliquis homo eſt rõnalis,ergo homo eſt rõnalis,& econuerſo.& in materia remota,aliquis hõ nõ eſt aſinus,ergo homo nõ eſt aſinus,& ecõuerſo.& rõ huius regulæ eſt,qa ſub̃m ꝓpõnis particularis,& indefinitæ ſi eſt terminus communis eandem ſuppõnem habet.ſ.determinatam,vt docuimus in trac de ſuppoſitionibus.

Tertia eſt a particulari,vel indefinita ad oẽs ſuas ſingulares diſiunctiue ſumptas eſt bona conſequentia.nã bene ſequitur,aliquis homo currit,ergo hic vel hic, vel hic currit Idem intellige de indefinita. Nam bene ſeqtur,homo currit,ergo hic vel hic &c.& rõ huius regulæ eſt,quia ſubiectum ꝓpõnis particularis,& indefinitæ ſi ſit terminus cõis,ſupponit determinate, ſub quo licet deſcendere ad ſua ſingularia diſiunctiue,vt docuimus in tracta.de ſuppoſitionibus.

Sed aduerte,quod in hac regula ſicut in ſecũda ſupra poſita reſpectu ꝓpõnum vlium differunt terminiſtę, & reales, nam terminiſtæ nolũt hanc regulam valere

niſi in materia cõtingēti, Dicūt enim in materia naturali hāc nō valere, Homo eſt aial, ergō hic homo eſt animal, vel hic homo eſt aial &c qm̄ ſm eos antecedens eſt neceſſarium, & cõſequēs cõtingēs, qm̄ vt iam diximus, nolūt aliquam ſingularem eſſe neceſſariam in his corruptibilibus. Reales autem volūt hāc regulam valere in oī materia, qm̄ in materia cõtingēti ſicut antecedēs eſt cõtingēs, ſic & cõſequēs. In materia naturali ſicut antecedēs eſt neceſſarium, ſic & conſequēs, quoniā copula non dicit exiſtētiam, ſed neceſſariam habitudinem prædicati ad ſubiectum. In materia autem remota ſicut antecedens eſt impoſsibile, ſic & conſequens, & hanc viam ſequimur vt peripateticam.

Quarta eſt, ab oībus ſingularibus ſufficiēter enumeratis ad ſuam vlēm tam affirmatiue q̃ negatiue, valet cõſequētia. nam bene ſeqtur Hic homo currit, & hic, & hic, & ſic de ſingulis nullo excepto, ergo oīs homo currit idem intellige negatiue, & hæc valet in oī materia vt patet. & aduerte qđ hæc regula coincidit cū illa, in q̃ dr̄, qđ ab inducētibus ad īductam valet cõſequentia. Inducentes enim ſunt ſingulares ſufficienter acceptæ, inducta autem eſt vniuerſalis tam affirmatiue q̃ negatiua. Hæc de regulis conſequentię formalis pœnes ꝓpoſitiones quantas dicta ſint.

Pars tertia. De Conſequentia propoſitionum non alicuius quantitatis.

IN tertia parte aſsignādæ ſunt regulæ cõſequētiæ formalis pœnes ꝓpõnes nō q̃tas, quales ſunt illæ in q̄bus īgreditur dictio excluſiua vel exceptiua. q̄rum prima eſt iſta. Prima regula, ab excluſiua ꝓpõne primi ordinis affirmatiua ad ſuā vlēm affirmatiuā de terminis trāſpoſitis exiſtētibus ī recto, valet ꝯn̄a. vt tm̄ hō. i. ſolus homo, eſt riſibilis, ergo oē riſibile eſt homo.

Dr̄ primi ordinis, nam excluſiua habet tres ordines, vt docuimus in trac. de ſuppõnibus, & diffuſius dicemus in tra. de ꝓbationibus terminorū, & tu vide ī lic. Dr̄ igitur in pręſenti regula ab excluſiua primi ordinis

quoniam ſi fiat ſecūdi, aut tertij ordinis, nō valet cōſequētia. exēplum ſecūdi ordinis, homo tantum eſt aīal, ergo oē aīal eſt homo. Nam cōſequēs eſt falſum, ut patet, & antecedēs eſt uerum, ut tibi declarabitur in trac. ſequēti: quoniam exponemus excluſiuam primi, & ſecūdi & tertii ordinis. Dicitur affirmatiua, quia in negatiua nō ualet, ſiue negatio præcedat notam excluſionis, ſiue ſubſequatur, modo fiat propoſitio negatiua, exemplum primi, nō ualet, nō tātum homo eſt aīal, ergo oē aīal eſt homo, ꝯſtat enim antecedēs eſſe uerum, & cōſequēs falſum. exemplum ſecūdi nō ualet, tātum accidēs nō eſt ſubſtā, ergo oīs ſubſtā eſt accidēs: nam conſequēs eſt falſum ut patet, antecedēs uero eſt uerum, quoniam inter oīa entia, ſolum accidēs nō eſt ſubſtā. Dr̄ ad ſuam vlēm affirmatiuam, quoniam ad negatiuam nō ualet, ut hic, tātum homo currit, ergo nullum currēs eſt homo, cōſtat n. añs eſſe uerum uel ſaltem poſſe, conſequens autem eſt falſum, ut ad ſenſum patet.

Dr̄ de terminis trāſpoſitis, qm̄ ſubiectum excluſiuæ ſit prædicatum vl'is affirmatiue, & prædicatum excluſiue ſit ſubiectum vl'is affirmatiue ut hic, tātum homo eſt rationalis, ergo omne rationale eſt homo.

Dicitur terminis exiſtētibus in recto, qm̄ in obliquo nō ualet, ut hic, tātum pecunia eſt hoīs, ergo quilibet homo habet pecuniam: nam antecedēs eſt uerum poſito ꝙ homo nō aliud poſſideat quam pecuniam, & tñ ꝯñs eſt falſum, aīr nullus eſſet egenus. ergo nō ualet.

Secūda regula ab exceptiua negatiua ad excluſiuā affirmatiuam, ſibi correſpondentem, ualet conſequentia. ut hic, nullum animal præter hominem eſt riſibile, ergo tantum homo eſt aīal riſibile. Dicitur ab exceptiua negatiua, quia ab affirmatiua non ualet, ut hic, omnis homo p̄ter Chriſtum eſt mendax, ergo tātum Chriſtus eſt homo mendax, conſtat enim antecedēs eſſe uerum, & tamen conſequens eſt falſum, & deteſtabile.

Dr̄ ad excluſiuam ſibi correſpondentem. Pro quo

aduerte, qđ nūc exceptiua negatiuā corrn̄det excluſiuę, qn̄ pars extra capta fit ſubm̄ excluſiuæ, & aggregatū ex ſubiecto, & p̄ro exceptiuæ fit p̄tum excluſiuæ. Vnde hęc eſt corrn̄dens huic exceptiuę, nullus homo p̄ter ſortem eſt ſapiens, ergo tantum ſortes eſt aliquis homo ſapiens: hæc aūt nō bene correſpōdet, nullum aīal p̄ter hoīem intelligit, ergo tantum homo intelligit: nā prædicatum huius excluſiuæ nō continet ſubiectum, & prædicatum exceptiuæ, ſed tantum prædicatum. Vt igitur bene correſpondeat formetur ſic, ergo tantum homo eſt animal intelligens.

Tertia eſt ab inferiori ad ſuum ſuperius affirmatiue, dictione excluſiua oppoſita ſubiecto, valet cōſequētia vt tatum homo currit, ergo tantum aīal currit. Dicitur ad ſuum ſuperius affirmatiue. Non enim valet negatiue, vt hic non tantum homo eſt ſenſitiuus, ergo non tantum animal eſt ſenſitiuum, eſt enim antecedens verum vt patet, & conſequens falſum.

Quarta eſt ab inferiori ad ſuum ſuperius ex parte p̄dicati, & dictione excluſiua addita ſubiectis, nō valet ꝯn̄a. Non. n. ſeqtur, tm̄ homo currit, ergo tm̄ hō mouetur. Nam reſoluēdo currit, & moueť in ſua participia, & formando vlēm affirmatiuam de terminis trāſpoſitis, cōſtat tibi manifeſte qđ arguiť ab inferiori ad ſuum ſupius diſtributiue, qđ nō valet, vt docuimus ſupra. V. g. tm̄ hō eſt currēs, ergo tm̄ homo eſt motus. Dico qđ ly currēs qđ eſt inferius ad motum, & ly motus ſtāt diſtributiue, vt patet p vl'es de terminis trāſpoſitis, vt hic, Oē currēs eſt hō, ergo oē motū eſt hō. Conſtat quod nō ſeqtur, qm̄ an̄s eſt verū p caſum poſſem, & tamen conſequens eſt falſum, non. n. inconuenit ſolum hoīem currere, & aſinum q non eſt hō moueri.

Quinta eſt, a termino ſtāte cōfuſe tm̄ mobiliter, vel determinate ad eūdem ſtātem diſtributiue p appoſitionem dictionis excluſiuæ, nō valet ꝯn̄a. exemplum primi. non ſequitur, oīs homo eſt aīal, ergo tm̄ homo eſt

aīal. Nam aial in ante ſtat confuſæ tm̄ mobiliter, & in conſequente diſtributiue, & conſtat anſ eſſe verum, & cōſequens falſum. exemplum ſecundi. Non ſequitur, Homo eſt aīal, ergo tm̄ homo eſt aīal. Nam aīal ſtat in ante determinate & inconſequente diſtributiue, & cōſtat antecedens eſſe verum, & conſequens falſum.

Sexta eſt, a termino ſtante confuſe diſtributiue ex parte p̄ti, dictione excluſiua addita ſubiecto, ad eūdem ſtātem determinate valet ꝯña. nam bene ſequitur, tantum homo eſt aīal, ergo homo eſt animal. Nam in prima animal diſtribuitur, in ſecunda ſtat determinate.

Septima eſt, a termino ſtante confuſe tantum mobiliter, ad eundem ſtātem determinate, reſpectu eiuſdem ſyncategorematis vel diſtributionis, non valet conſequentia. nō enim ſequitur, tm̄ homo eſt aīal, ergo aīal eſt omnis homo. Hæc de regulis conſequentię formalis pœnes ꝓpoſitiones non quantas, dicta ſint.

Pars quarta. De Formali conſequentia terminorum Pertinentium, & Impertinentium.

IN parte quarta agēdum eſt de regulis conſequentię formalis, pœnes terminos ꝑtinentes, & impertinentes. Sed prius aduerte, qđ termini ꝑtinētes dn̄r illi, quorū ſignificata nullam habent repugnātiam adinuicem. & poſſunt ſimul in eſſe, vt album, & dulce, hō, & iuſtum, ſiue iniuſtum, homo & riſibile, &c. Impertinētes ſunt illi, quorum ſignificata habēt oppōnem, & non ſe cōpatiuntur reſpectu eiuſdem, ut qualitates contrariæ, & ſpēs eiuſdem generis, quæ dicuntur diſparate, oppoſitæ, vt hō & canis, æquus, & aſinus, & priuatiue oppoſita, & relatiue oppoſita, vt cæcus, & vidēs, ſeruꝰ, & dn̄s His p̄notatis aſsignādę ſunt quinq; rł́æ.

Prima eſt, ab affirmatiua vnius cōtrarij vel diſparati, ad negatiuā vlterius contrarij, vel diſparati eſt bona cōſequētia, ſed nō ecōuerſo, niſi in cōtrariis īmediatis. exēplum primi, tu es albus, ergo tu nō es niger. exemplum ſecūdi, tu es homo, ergo tu nō es aſinus; ſed ecō-

uerſo nõ valet, niſi in cõtrarijs imediatis. non. n. ſequit, tu non es niger, ergo tu eſt albus. Nam inter album & nigrum ſunt medij colores, q poſſunt affirmari ſine albo. Poſito. n. quod tu nõ ſis niger, potes eſſe rubeus, croceus, pallidus &c. Dr̃ niſi in contrarijs imediatis, qm̃ in illis valet conſequentia ab affirmatiua ad negatiuam, & econuerſo, cum conſiſtentia ſubiecti. Nam bene ſequitur, ſortes eſt ſanus, ergo non eſt æger, & econuerſo, ſortes non eſt æger, ergo eſt ſanus. & hic, ſortes iudex eſt iuſtus, ergo non eſt iniuſtus, & econuerſo, ſortes iudex non eſt iniuſtus, ergo eſt iuſtus.

Secũda eſt ab uno cõuertibili ad reliquum affirmatiue & negatiue, & ſeruata eadem qualitate, & quantitate, & ſuppõne in ꝓpõnibus ualet conſequentia, vt ſortes eſt homo, ergo eſt riſibilis. brunellus non eſt homo, ergo non eſt riſibilis, & valet, econuerſo, quia vnũ infert reliquum affirmatiue, & negatiue. Dicitur ſeruata eadem qualitate ꝓpõnis. i. quod vtraq; ſit affirmatiua, aut negatiua. Vnde non ſequitur, homo currit, ergo riſibile non currit. Dicitur ſeruata eadem quantitate, ita quod ſi vna eſt vl'is, altera ſit vl'is &c. & ſi in vna ſubiectum ſupponit determinate, & in altera ſimiliter. Vnde non ſequitur, homo currit, ergo tantum riſibile currit. Nam ly homo ſupponit determinate, & riſibile cõfuſe tãtum mobiliter neq; ſequitur hic, homo currit, ergo oẽ riſibile currit. Supponit enim homo determinate. & riſibile diſtributiue. Et aduerte, quod iſta regula complectitur quæcũq; cõuertibilia, ſiue ſint tranſcẽdẽtia, vt ens, & vnum, ſiue generica eſſentialia, vt animal, & ſenſitiuum, ſiue ſpecifica eſſentialia, ut homo, & rõnale, ſiue alterum cõuertibile ſit per ſequelam nãlem, vt homo, & riſibile, aſinus, & rudibile.

Tertia eſt, ab vno correlatiuo totali ad alterum correlatiuum totale tam affirmatiue, quam negatiue, ſtãte ꝓpõne de ſecundo adiacente, valet conſequentia ꝓ oĩ dĩa temporis. vt pater, vel mater eſt, ergo filius vel fi-

lia eſt.neq; enim pater tantum,neq; mater tantum,ſed vterq;,neq; filius tantum,neq; filia tantum, ſed vterq; ſunt adinuicem correlatiua.Dr̃ affirmatiue, & negatiue:qm̃ vt docuimus in p̃nto ad aliqd,poſito vno correlatiuo,ponitur,& reliquum,& remoto vno,remouetur reliquum.Dicitur ſtante ꝓpõne de ſecundo adiacente:qm̃ de tertio non valet.non enim ſequitur pater eſt ſenex,ergo filius eſt ſenex,immo vt in pluribus ſequitur negatiua.Dicitur ꝓ omni dr̃ia temporis,ſ.preteriti p̃ſentis,& futuri.nam bene ſequitur,pater fuit,& nunc non eſt,ergo filius fuit,& nunc non eſt ſumendo patrem,& filium formaliter,& non materialiter. Item ſequitur,pater eſt,ergo filius eſt.Item ſequitur, pater erit,ergo filius erit.& rationem huius regulæ aduerte hinc pendere,quia in rõne patris ſumpti formaliter ſumitur filius,& in rõne filij ſumitur pater,ergo quo ad eſſe,& non eſſe,fuiſſe,& non fuiſſe,fore& non fore,ſe inuicem mutuo conſequuntur inſeparabiliter. Qui autem tenent quod regula non valet,niſi pro tempore p̃ſenti non conſiderant correlatiua formaliter, ſed materialiter,& ideo non ſunt audiendi.

Quarta eſt,a termino priuatiuo ad terminum infinitum ꝓpõnibus exiſtentibus affirmatiuis valet conſequentia,ſed nõ ecõuerſo.vt ſortes eſt iniuſtus,ergo eſt non iuſtus.Dicitur ꝓpoſitionibus exiſtẽtibus affirmatiuis,quia in negatiuis nõ ſequitur,vt hic,Lapis nõ eſt iniuſtus,ergo nõ eſt nõ iniuſtus.Cõſtat enim antecedẽs eſſe verum,quia lapis nõ eſt aptus eſſe iuſtus, ergo nõ eſt iniuſtus.Cõſequens autem eſt falſum : quoniam negatio iuſtitiæ eſt in lapide,licet nõ priuatio . Nam iuſtus,& nõ iuſtus ſunt cõtradictoria,quorum alterum de quolibet ente uerificatur.Cum igitur lapis non ſit iuſtus,eſt non iuſtus,hæc ergo eſt falſa,lapis nõ eſt nõ iuſtus . Dicitur ſed non econuerſo.Non enim ſequitur, hoc animal eſt non videns,puta catulus ante nonum diem,ergo eſt cæcũ. Nam ad hoc quod ſit non

videns, ſufficit quod nõ videat, ad hoc autem quod ſit cæcum oportet quod nõ videat eo tempore q̃ eſt aptũ videre. Sed catulus ante nonũ diẽ nõ eſt aptus videre, & ideo licet ſit non vidẽs, non tamen põt dici cęcus.

Quinta eſt ab affirmatiua de p̃to infinito vel priuatiuo, ad negatiuam de p̃to finito, valet cõſequentia, ſed nõ ecõuerſo niſi cum debito medio. Nam bene ſeqtur ſortes eſt nõ vidẽs vel cæcus, ergo nõ eſt vidẽs. lapis eſt nõ homo, ergo nõ eſt homo. Sed ecõuerſo non valet, qm̃ ordinarie ex negatiua non ſeqtur affirmatiua. Qd ſi ſequitur erit cum debito medio. vt hic, tu non es homo, demonſtrato aſino, & tu es, ergo tu es nõ homo. Hæc de regulis conſequẽtiæ formalis pœnes terminos pertinentes, & impertinentes dicta ſint.

Pars quinta. De conſequentia penes propoſitionum probationem.

IN parte quinta aſsignãdæ ſunt regulæ cõſequentiæ formalis q̃ ſumunt̃ a ꝓbationibus ꝓpõnum ſed aduerte qd̃ has regulas non intelliges, niſi prius cognoueris modos vl'es, q̃bus ꝓpões ꝓbãtur modo Logico. Sunt aũt iſti modi quinq;, nam oĩs propõ mediata, i. q̃ ꝑ aliquod medium põt ꝓbari, aut ꝓbatur reſolubiliter, aut exponibiliter, aut officiabiliter, aut deſcriptibiliter, aut ꝑ cauſas veritatis. & de his quinq; modis facturi ſumus in tra. ſequẽti, q̃ erit de ꝓbationibus terminorũ. Pro nũc igiť ſuſtine, donec in p̃dicto tractatu exercitatus fueris. Hic aũt aſsignandæ ſunt decem r'læ.

Prima eſt, ab oĩbus ꝓpõnibus exponentibus ſimul ſumptis, ad ſuam expoſitam, valet conſequẽtia. V. g. Hæc propõ vl'is, omnis homo eſt animal, habet duas exponentes. prima eſt iſta, homo eſt animal, ſecũda eſt iſta, & nihil eſt homo, quin illud ſit animal: ab his duabus ſimul ſumptis ad expoſitam, valet conſequentia: nã bene ſeqtur, homo eſt aĩal, & nihil eſt homo quin illud ſit aĩal, ergo oĩs homo eſt aĩal. Dr̃ ſimul ſumptis, quia diuiſim non valet. nõ enim ſequitur, homo currit, ergo omnis homo currit: qm̃ ab indefinita ad vniuerſalem

uerſalem non valet conſequentia niſi gratia materiæ, vt docuimus in parte ſecunda.

Secunda eſt. A propoſitione expoſita ſiue exponibili, ad ſingulas ſuas exponentes diuiſiue & ſimul ſumptas eſt bona conſequentia. Exemplū de diuiſiue ſumptis, Nam bene ſequitur, omnis homo currit, ergo homo currit, ergo nihil eſt homo, quin illud currat. Exēplum de ſimul ſumptis, Omnis homo currit, ergo homo currit, & nihil eſt homo, quin illud currat.

Tertia eſt, ex contradictoria ꝓpoſitionis exponentis, ſequitur contradictorium propoſitionis expoſitæ. Nam bene ſequitur, Homo currit, & aliquid, ꝙ non eſt homo, currit, ergo non tantum homo currit. Et aduerte, ꝙ regula ſupponit propoſitionem expoſitam ſiue exponibilem eſſe excluſiuam, cuius exponentes ſunt iſtæ, homo currit, & nihil non homo currit, ergo tm̄ homo cur. Contradictoria huius exponentis, nihil non homo cur. eſt iſta, aliquid non homo, vel aliquid ꝙ non eſt homo currit, & ex iſta bene infertur contradictoria expoſitæ, ſ. non tantum homo currit.

Quarta eſt, a ꝓpōnibus reſoluentibus ad reſolutam ſiue reſolubilem eſt bona ꝯn̄a, & econuerſo tam in materia cōtingenti, q̄ꝫ naturali. Pro cuius notitia aduerte, ꝙ probatio ꝓpōnis per reſolutionem fit per duas ſingulares factas non per terminum diſcretū, ſed p ꝓnomen demōſtratiuum: & ꝓpō reſolubilis eſt indefinita, vel particularis, vel ſingu. cuius ſubiectū eſt terminus diſcretus. V. G. Hęc indefinita, homo currit reſoluēdo ſic ꝓbatur, Hoc currit, & hoc eſt homo, ergo hō cur. Dr̄ igitur in regula, A reſoluentibus, ſ. ſimul ſumptis, ad reſolutam valet ꝯn̄a. Nam bene ſequitur, hoc currit, & hoc eſt homo, ergo homo cur. Dicitur & econuerſo. i. a reſoluta ad reſoluentes nā bene ſequit̄ in mā contingenti, homo cur. ergo hoc currit & hoc eſt homo, demonſtrato ſorte. Item ſequitur in materia nāli, homo eſt aīal, ergo hoc eſt animal, & hoc eſt homo.

Sed aduerte, ꝙ terminiſtæ diſcordant in hoc a realibus. Dicunt.n. terminiſtæ prædictam conſequentiam non valere, qm̃ ſecundum eos antecedens, ſ. homo eſt animal eſt neceſſarium. Sed conſequens, ſ. hoc eſt aĩal & hoc eſt homo ſecundũ eos eſt contingens, quia non concedunt aliq̃ ſingularem in his corruptibilibus eſſe neceſſariam. Reales autem dicunt ipſum valere, qm̃ antecedens & conſequens ſunt neceſſaria, & negant quin ſingulares in materia naturali ſint neceſſariæ, qñ ſunt de tertio adiacente: neq̃.n copula denotat exiſtentiam extremorum, ſed habitudinem prædicati ad ſubiectũ, vt ſæpe diximus, & hanc viam ſequimur.

Quinta eſt, ab officiantibus ad officiatam, valet conſequẽtia. Pro cuius notitia aduerte, ꝙ propoſitio officiabilis eſt illa, cuius oratio infinitiua determinatur per aliquem terminum modalem, ſ. per poſsibile, aut contingens, aut impoſsibile, aut neceſſe: & ſic probatur. V. G. hæc eſt officiabilis, neceſſe eſt Deum eſſe, & ꝓbatur ſic, Hęc ꝓpoſitio eſt neceſſaria Deus eſt. quę adæquate ſignificat Deum eſſe, ergo neceſſe eſt Deũ eſſe. dicit igitur regula a ꝓpõnibus officiantibus ad ꝓpõnem officiatam valet conſequentia, vt hic, Hæc ꝓpõ eſt contingens, homo currit, quæ adæquate ſignificat hominem currere (iſtæ ſunt officiantes) tertio contingens eſt hominem currere, hæc eſt officiata.

Sexta eſt. A deſcriptione ad deſcriptum valet conſequentia & econuerſo, vel ſic a ꝓpõne deſcribente ad ꝓpõnem deſcriptam valet conſequentia et econuerſo. Pro cuius notitia aduerte, ꝙ ꝓpõ deſcriptibilis eſt illa, in qua verbum concernens actum mentis determinat incomplexum. Verba aũt concernentia actum mẽtis ſunt hæc, ſcio, cognoſco, intelligo, imaginor &c. Sic autem probatur. V. G. ſcio Deum, ſic deſcribitur, ſcio aliquid ea rõne qua Deus, ergo ſcio Deum. Antecedẽs eſt ꝓpõ deſcribens, & conſequens a ꝓpõ deſcripta ſiue deſcriptibilis. Dicit igitur regula, a deſcribẽte ad de-

ſcriptam valet conſequentia Nam bene ſequitur, cognoſco aliqd ſub ratione qua cœlum; ergo cognoſco cœlum. & valet econuerſo, vt cognoſco cœlum, ergo cognoſco aliquid ſub ratione qua cœlum.

Septima eſt. A ꝓpōne de ſenſu compoſito ad ꝓpoſitionem de ſenſu diuiſo non valet conſequentia, nec econuerſo. Pro cuius noticia aduerte, ꝙ ꝓpō de ſenſu compoſito et diuiſo conſueuit fieri vt in pluribus p ter minum modalem: vt poſsibile eſt ſortem currere: ſed tunc dicitur de ſenſu compoſito, qñ modus præponiť dicto, aut poſtponitur, vt poſsibile eſt album eſſe nigrum, vel ſic, album eſſe nigrum eſt poſsibile. Dr̄ aūt de ſenſu diuiſo qñ modus mediat inter partes dicti, vt album poſsibile eſt eſſe nigrum, vel ſic, album pōt eſſe nigrum. Dicit igitur regula, ꝙ a ſenſu cōpoſito ad ſenſum diuiſum non valet conſequentia, nec econuerſo: qm̄ añs erit falſum & conſequens verum, econuerſo autem añs erit verum & conſequens falſum: non.n.ſequitur, poſsibile eſt album eſſe nigrum, ergo album pōt eſſe nigrum: nam añs eſt falſum et impoſsibile. Senſus.n.eſt, Res quæ eſt alba.i.inquantum ſtat ſub albedine, pōt eſſe nigra, ita ꝙ hæc poteſt eſſe vera, album eſt nigrum: hoc autem eſt impoſsibile, cum ſint cōtraria, quorum vnum eſt incompoſsibile alteri. Conſequens autem eſt verū: ſenſus.n.eſt, res quæ eſt alba.i.quæ eſt ſubiectum albedinis, pōt eſſe ſubiectum nigredinis, nō quidem ſimul, ſed ſucceſsiue. Nā, vt diximus in tract. de prædicamentis, proprium eſt ſubſtantiæ eſſe ſuſceptiuam contrariorum: conſtat ergo ꝙ conſequens erit verum. Conſtat etiam, ꝙ econuerſo añs erit verum & conſequēs falſum & impoſsibile ſic arguendo, album pōt eſſe nigrum: ergo poſsibile eſt album eſſe nigrum.

Sed aduerte, ꝙ regula intendit conſequentiam non valere, qñ dictum ꝓpōnis modalis cōſtat ex terminis diſparatis ſiue oppoſitis, quorum ſignificata nō ſimul verificantur de eodem: nam ſi fiat modalis, cuius dictū

non conſtet ex terminis oppoſitis, valet conſequentia a modali de ſenſu compoſito ad eam quæ eſt de ſenſu diuiſo. Nam bene ſequitur, neceſſe eſt Deum eſſe, ergo Deum neceſſe eſt eſſe, & econuerſo: & hic, Contingenter homo currit, ergo homo contingenter currit.

Octaua eſt, Ab vna cauſa veritatis, ad ꝓpõnem habentem illam cauſam, eſt bona conſequentia, ſed non econuerſo. Pro cuius notitia aduerte, ꝙ propoſitio ꝓbabilis ꝑ cauſas veritatis eſt illa, quæ habet multas cauſas veritatis diſiunctiue ſumptas, vt tibi declarabitur in tract. de probationibus terminorum. Dicit igitur regula, ꝙ ab vna cauſa veritatis ad propoſitionem habentem illam, eſt bona conſequentia & nõ econuerſo. Nam bene ſequitur, dum homo currit, riſibile currit, ergo homine currente riſibile currit. Implicat. n. contradictionem, ꝙ pro aliquo tempore homo currat, & in illo riſibile non currat, cum omnis homo ſit riſibilis infallibiliter & per ſe. Dicitur ab vna cauſa veritatis, q̃m a pluribus non valet. V. G. ꝙ homo habeat pulſum concitatum poteſt eſſe a pluribus cauſis, puta ab ira, a labore, a cibo, a febre. vnde ſic arguere, Sortes habet pulſum concitatum, ergo bene comedit & bibit, non valet conſequentia, quia põt eſſe ab alia cauſa, vt tibi declarabitur in tract. de ſyllogiſmo ſophiſtico. Dr̃ & non econuerſo, quia non ſequitur, Homine currẽte riſibile currit, ergo dum homo currit riſibile currit. Nã poſito ꝙ nihil currat, tunc conſequens eſt falſum, cum aſſerat hominem currere, & antecedens eſt verũ, quia concluditur eius veritas per aliam cauſam veritatis ſcilicet per conditionalem, quæ eſt hæc, ſi homo currit, riſibile currit. Nam propoſitio denominata ab ablatiuo in conſequentia poteſt habere tres cauſas veritatis, ſcilicet conditionalem, temporalem, cauſalem. Exemplum primi, homine currente, riſibile currit, ideſt, Si homo currit riſibile currit. Exemplum ſecundi, Hoĩe currente, riſibile currit, i. dũ homo currit, riſibile currit.

Exemplum tertij, homine currente riſibile currit, ideſt quia homo currit riſibile currit.

Nona eſt, a propoſitione verbi actiui, ad ſibi correſpondentem verbi paſsiui, eſt bona conſequentia & ecōuerſo. Nam bene ſequitur, ergo amo Deum, ergo Deus amatur a me. Hæc regula eſt vera vniuerſaliter, dummodo ſeruetur eadem ſuppoſitio terminorum vt homo videt lupum, ergo lupus videtur ab homine. Nam in vtraq; homo, & lupus ſupponunt determinate. Si autem mutatur ſuppoſitio, non valet, vt hic promitto tibi denarium, ergo denarius promittitur a me tibi. Nam in prima ly denarium ſtat confuſe, vt docuimus in tract. de ſuppoſitionibus, in ſecunda autem determinate. vt ergo ſeruetur eadem ſuppoſitio, fiat paſsiua ſic, A me tibi promittitur denarius.

Decima eſt. A propoſitione de tertio adiacente, ad eam quæ eſt de ſecundo, valet conſequētia affirmatiue arguendo, dummodo non ſit excluſiua, nec in materia naturali, nec prædicatum ſit terminus diſtrahēs, nec verificabilis tam de ente q̃ de non ente, & ſeruetur eadē ſuppoſitio. Dicitur affirmatiue, quia negatiue non valet non enim ſequitur, nullus homo eſt aſinus, ergo nullus homo eſt. Dicitur dummodo nō ſit excluſiua, quia in excluſiuis non tenet. non enim ſequitur, tantum homo eſt ſtaturæ rectæ, ergo tantum homo eſt. Dicitur nec in materia naturali, quia copula non dicit exiſtentiam, ſed habitudinem prædicati ad ſubiectum. Vnde ſemper eſt vera ſiue extrema exiſtant, ſiue non. In ſecundo autem adiacente copula dicit exiſtentiam. vnde non ſequitur, homo eſt animal, ergo homo eſt. Nam prima eſt ſempiternæ veritatis, etiam ante mondi creationem, ſecunda autem non vera niſi homine exiſtente, & in hac conditione diſcordant terminiſtæ a realiſtis. Tenent enim terminiſtæ regulam valere tam in materia naturali quam contingenti. Reales vero tantum in materia contingenti. Dicitur nec prædicatum

ſit terminus diſtrahens, ideſt cum quo nõ ſiat præſens exiſtentia ſubiecti. Tales termini ſunt iſta participia, prç teritus, futurus, mortuus, interfectus, generãdus & generabilis: in his omnibus regula non tenet non enim ſequitur, homo eſt præteritus ſiue mortuus ſiue occiſus, ergo homo eſt. nec ſequitur, homo eſt generãdus, vel generabilis, ergo homo eſt. Dicit̃ nec verificabilis &c. Tales termini ſunt opinabile imaginabile fingibile &c. Vnde non ſequit̃, Mons aureus eſt imaginabilis, ergo mons aureus eſt. nec ſequitur, alter mundus eſt opinabilis, ergo alter mundus eſt. Nam opinari et imaginari poſſumus tam exiſtentia quam nõ exiſtentia, ſicut & ſomniari. Dicitur & ſeruetur eadem ſuppoſitio. vnde non ſequitur, homo eſt nomen, ergo homo eſt, quoniam in antecedente ſupponit materialr̃, in conſequente perſonaliter. Nec ſequitur, homo eſt ſpecies, ergo homo eſt, quoniam in antecedente ſupponit ſimpliciter, in conſequente autem perſonaliter. Hæc de regulis conſequentiæ formalis penes probationes propoſitionum dicta ſint.

Pars ſexta. De hypotheticarum conſequentiis.

IN parte ſexta aſsignandæ ſunt regulæ conſequentiæ formalis penes propoſitiones hypotheticas copulatiuas, & diſiunctiuas & ſunt ſex. Prima eſt. A tota copulatiua affirmatiua diuiſiua, ad quamlibet eius partem, valet conſequentia, ſed non econuerſo, niſi in aliquo caſu. Nam bene ſequitur, ſortes loquitur, & Plato audit, ergo ſortes loquitur, ergo Plato audit. Dicitur affirmatiua, quoniam in negatiua non valet. non enim ſequitur, nõ tu es homo, & tu es aſinus, ergo non tu es homo Stat enim quod tu ſis homo & non ſis aſinus. Dicitur diuiſiua, quoniam a copulatiua collectiua non valet: non enim ſequitur, ſortes trahit nauem, & Plato trahit nauem, ergo ſortes trahit na-

uem Nam ſimul & non diuiſim trahunt nauem, ſuppoſito quod neuter per ſe ſolum ſufficiat trahere nauem.

Dicitur, ſed non econuerſo, ſcilicet a qualibet parte ad totam copulatiuam. Non enim ſequitur, ſortes comedit, ergo ſortes comedit & loquitur. ſtat enim quod comedat & non loquatur. Dicitur in aliquo caſu Caſus autem eſt, quando ad partem copulatiue antecedit, eſſentialiter aliud, quod de parte ipſa prædicatur, & ſine quo pars ipſa non ſequitur: vt hic, Homo currit, ergo currit & mouetur. Nam ſine motu non ponitur curſus, & hæc eſt per ſe, curſus eſt motus, ſic iſta eſt per ſe, homo eſt animal. In hoc igitur caſu conſequentia valet a parte copulatiuæ ad totam copulatiuam, regulariter autem, & formaliter non valet.

Secunda eſt, a propoſitione de toto copulato tam a parte ſubiecti quam a parte prædicati diuiſim tento & affirmatiue, ad quamlibet eius partem, valet conſequentia, ſed non econuerſo, niſi in eo caſu, in quo dictum eſt in regula præcedenti. Nam bene ſequitur ex parte ſubiecti, ſortes & Plato comedunt, ergo ſortes comedit, ergo Plato comedit: ex parte autem prædicati ſic, Sortes comedit & loquitur, ergo loquitur, ergo comedit. Dicitur tento diuiſim, quoniam tento collectiue non valet, vt hic ſortes & Plato ſunt duo, ergo ſortes eſt duo, & hic ſortes & Plato ferunt hoc pondus, ergo ſortes fert hoc pondus. Dicitur affirmatiue, quoniam negatiue non valet, non enim ſequitur, non ſortes & Plato trahunt nauem, ergo Plato trahit nauem. Dicitur, ſed non econuerſo, quia non ſequitur, ſortes comedit, ergo ſortes comedit & bibit. Dicitur niſi in eo caſu &c. Nam bene ſequitur, ſortes eſt homo, ergo eſt homo & animal. Sortes dormit, ergo dormit & quieſcit.

Tertia eſt, a parte principale diſiunctiuæ affirmatiuæ ad totam diſiunctiuam valet conſequentia, ſed non econuerſo, niſi gratia materiæ. Nam bene ſequitur

tu es homo, ergo tu es homo, vel tu es aſinus, quia ad veritatem diſiunctiuæ ſufficit vnã partem eſſe veram, vt docuimus in tractatu tertio agentes de propoſitionibus hypotheticis: econuerſo autem non ſequitur, ſcilicet a tota diſiunctiua ad quamlibet partem. Nõ enim valet, tu es homo vel aſinus, ergo tu es aſinus, aliquando autem valet gratia materiæ, puta quando vna pars diſiunctiuæ ſequitur ad alteram, ita quod vtraq; pars eſt vera, & tunc poteſt vtraque pars inferri indifferẽter ex tota diſiunctiua, vt hic, tu es homo vel animal, ergo tu es animal, ergo tu es homo. Sed aduerte, quod apud reales, vt docuimus in tracta. tertio diſiunctiua cuius vtraque pars eſt vera, non eſt propria, ſed impropria. Nam propria diſiunctiua vera eſt illa, cuius vna pars eſt vera, reliqua autem non: dicitur enim diſiunctiua, quia diſiungit ſenſum apud logicũ. Vnde apud reales ſtante diſiunctiua propria, pro nullo caſu licet arguere a tota diſiunctiua ad partem. Et hanc viam ſequimur. Iterum aduerte, ꝙ diximus de diſiunctiua verificatur de propoſitione, cuius ſubiectum eſt totum diſiunctum, vel prædicatũ. Nam ex parte ſubiecti bene ſequitur, Sortes currit, ergo ſortes vel Plato currit: ex parte prędicati bene ſequitur, Sortes comedit, ergo ſortes comedit, vel eſt aſinus. Econuerſo autem non in propoſitione de proprio diſiuncto. non. n. ſequitur, Sortes comedit, vel eſt aſinus, ergo eſt aſinus.

Quarta eſt. A tota diſiunctiua affirmatiua cum deſtructione vnius partis ad poſitionẽ alterius valet conſequentia. Nam bene ſequitur, tu es mortuus, vel viuus, ſed tu non es mortuus, ergo tu es viuus. Pro cuius noticia aduerte, quod deſtruere vnam partem eſt negare illam, & ponere alteram eſt affirmare. Vnde qui ſic arguunt, tu es aſinus, vel tu nõ es aſinus, ſed tu non es aſinus, ergo tu es aſinus, non arguunt per regulam, quia nullam partem deſtruunt. Qđ ſi dicant, deſtruimus primam partem, & concludimus alteram, ergo

ſic habent arguere, tu es aſinus, vel tu non es aſinus. Sed tu non es aſinus, ergo tu non es aſinus, & tunc nil falſi concluditur, ſed tamen inepte. Dicitur a tota diſiunctiua affirmatiua, quia in negatiua non valet: non enim ſequitur, non tu es aſinus, vel tu es aſinus. Sed tu non es aſinus, ergo tu es aſinus.

Quinta eſt, a copulatiua negatiua ad diſiunctiuam affirmatiuam factam de partibus contradictoriis copulatiuæ affirmatiuæ eſt bona conſequentia, & econuerſo. Nam bene ſequitur, non tu es homo, & tu es aſinus, ergo tu non es hō, vel tu non es aſinus: & econuerſo: nam bene ſequitur, tu non es homo, vel tu non es aſinus, ergo non tu es homo & tu es aſinus.

Sexta eſt, a diſiunctiua negatiua ad copulatiuam affirmatiuam factam de partibus contradictoriis diſiunctiue negatiue, valet conſequentia, & econuerſo. Nam bene ſequitur, non tu es aſinus, vel tu es capra, ergo tu non es aſinus, & tu non es capra, & econuerſo: & aduerte, ꝙ ratio huius regulæ ac præcedentis eſt, quia copulatiua, & diſiunctiua compoſitæ de partibus cōtradictoriis contradicunt: ſed vt docuimus in tract. 3. agētes de æquipollentiis negatio præpoſita facit æquipollere ſuo contradictorio, & ideo vtraq; regula eſt bene poſita. Hæc de regulis conſequentiæ formalis pœnes hypotheticas copulatiuas, & diſiunctiuas dicta ſint.

Pars ſeptima. De conſequentiis pœnes hypotheticas cōditionales.

IN parte ſeptima aſsignandæ ſunt regulæ conſequentiæ formalis pœnes hypotheticas conditionales, & ſunt iſte duæ. Prima eſt. In conditionali affirmatiua, a poſitione antecedentis, ad poſitionem conſequentis valet conſequentia, ſed non econuerſo niſi gratia materiæ. Nam bene ſequitur, Si tu es homo, tu es animal, ſed tu es homo, ergo tu es animal. Dicitur in conditionali affirmatiua, quia de negatiua non valet. Non enim ſequitur, non ſi tu es homo, tu es aſi-

nus,ſed tu es homo,ergo tu es aſinus. Dicitur,ſed non econuerſo: non enim ſequitur,ſi tu curris tu moueris, ſed tu moueris, ergo tu curris. Dicitur niſi gratia materiæ: quoniam ſi fiat conditionalis de terminis conuertibilibus valet conſequentia, & econuerſo. Nam bene ſequitur, ſi tu es homo, tu es rationalis, ſed tu es homo, ergo tu es rationalis, & econuerſo. Sed tu es rationalis, ergo tu es homo. Valet ergo quando formatur conditionalis ex diffinito, & proprio ex ſubiecto, & propria differentia, ex diffinito, & diffinitione. Item valet quando formatur de duobus correlatiuis per ſecundum adiacens. Nam bene ſequitur, ſi pater eſt, filius eſt, Sed pater eſt, ergo filius eſt, & econuerſo, ſed filius eſt, ergo pater eſt.

Secunda eſt, in conditionali affirmatiua a deſtructione, ideſt negatione conſequentis, ad deſtructionem ſiue negationem antecedentis eſt bona conſequẽtia, ſed non econuerſo niſi gratia materiæ. nam bene ſequitur. Si lapis eſt viuus, lapis eſt animatus, ſed lapis non eſt animatus, ergo non eſt viuus. Dicitur in conditionali affirmatiua, quoniam in negatiua non valet, vt hic, non ſi tu es homo, tu es aſinus, ſed tu non es aſinus, ergo tu non es homo. Dicitur ſed non econuerſo, ſcilicet a deſtructione antecedẽtis, ad deſtructionem conſequentis: non enim ſequitur, ſi tu curris, tu moueris, ſed tu non curris, ergo tu non moueris, ſtat enim quod tu non curras, & tamen quod mouearis, vt ſi lente ambulas. Dicitur niſi gratia materiæ, nam tenet in terminis conuertibilibus, & in correlatiuis de ſecundo adiacente, ſicut & præcedens regula: nam bene ſequitur, ſi tu es aſinus, tu es rudibilis, ſed tu non es aſinus, ergo tu non es rudibilis: item ſequitur, ſi pater eſt, filius eſt, ſed pater non eſt, ergo filius non eſt: nam ſicut poſito vno correlatiuo ponitur reliquum, ſic remoto vno remouetur reliquum, vt docuimus in tract. de prædicamentis. Hæc de regulis conſequentiæ

formalis pœnes hypotheticas cōditionales dicta ſint, & hic terminatˀ intentio noſtra de conſequentiis, prout exiſtimamus ad mentem peripateticam.

Tractatus Noni de Conſequentiis. Finis.

TRACTATVS DECIMVS *de uariis ac multiplicibus termi= norum probationibus.*

IN hoc tractatu intendo ordinare doctrinam de probationibus terminorum conſuetam apud logicos, & vt deſeruit non ſophiſticis altercationibus, ſed euidentiori notitię de probationibus propoſitionum, & terminorum probabilium habendæ: diuidemus igitur præſentem tractatum in ſex capita.

In primo ordinabuntur præcognoſcenda, ſine quibus huius tractatus doctrinam, nouitius habere non poſſet.

In ſecundo agēdum eſt de propoſitione reſolubili.

In tertio de propoſitione exponibili, et de omnibus terminis exponibilibus.

In quarto de propoſitione officiabili.

In quinto de propoſitione deſcriptibili.

In ſexto de ꝓpōne probabili per cauſas veritatis.

De Præcognoſcendis. Cap. 1.

IN primo cap. declaranda ſunt tria, ſine quibus huius tract. doctrina haberi non poſſet. Primum eſt, quot ſint generales modi probandi propoſitionē, vel termini pœnes quos variatur propoſitio: ſecundū eſt, quæ & quales ſint propoſitiones ſiue termini, quę vel qui probari poſſunt, tertium eſt quot modis apud Logicum propoſitio vel terminus probari poteſt.

Quantum ad primum aduerte, ꝙ in doctrina peripatetica quatuor inueniuntur modi gñales probandi aliq̃ ꝓpõnem. Primus eſt per cauſam,& hic eſt perfectiſsimus & faciens vere ſcire. V. G. hæc propoſitio, homo eſt riſibilis, per cauſam ſic probatur, omne aĩal rationale eſt riſibile, homo eſt animal rõnale, ergo homo eſt riſibilis: ſecundus eſt per effectum, & hic eſt frequentior in ſcĩa naturali qm̃ in ea ꝓcedimus a ſenſatis, & ab effectibus nobis manifeſtioribus q̃ ſint cauſæ nãles, vt tibi notum erit in lib. 2. phyſ. tertius eſt ꝑ ſimile, aut per oppoſitum contradictoriũ, vt tibi declaratum eſt in tract. de ſyllõ topico: quartus eſt per reductionẽ ad aliq̃, vel aliquas ꝓpõnes notiores nobis, q̃ ſit ipſa propoſitio probanda. V. G. ſi tu dubitas vtrum iſta ſit vera, tm̃ homo eſt rõnalis, manifeſtabitur tibi per has duas propoſitiones notiores. ſ. homo eſt rõnalis, & nihil aliud ab homine eſt rõnale, ergo tãtum homo eſt rationalis, ſic autem manifeſtare eſt ꝓpõnem ineuidentem probare. Nam ſicut reprobare vel improbare ꝓpoſitionem eſt eius falſitatem notificare, ſic ꝓbare eſt per aliam, aut alias euidentiores nobis eius veritatẽ declarare: ex his aũt quatuor modis probatiuis propoſitionum primus, & ſecundus, & tertius ſunt reales, & ſpectant ad ſciẽtias reales, quales ſunt mathematica, & phyſica & metaphy. vt cognoſces tempore ſuo: quartus autem eſt modus logicus, & de hoc ſolo intẽdimus pertractare in pñti tractatu, intentio. n. noſtra eſt declarare per q̃, aut duas propoſitiones notiores nobis probetur quælibet propoſitio probabilis, vel terminus faciens propoſitionem probabilem, ſicut ſunt ſigna vniuerſalia, dictiones excluſiuę, vel exceptiuæ, termini cõcernentes actum mentis, & multa alia, vt tibi manifeſtabuntur infra deſcendentes ad particularia.

Quantum ad ſcd̃m aduerte, ꝙ ꝓpõnum, & terminorum apud Logicũ quædã ſunt immediatæ, & quędam mediatę: ſilr terminorũ quidam ſunt immediati,

& quidam mediati: ꝓpōnes immediatæ ſunt illæ, quę ꝑ alias notiores nobis non poſſunt manifeſtari, & iſtæ ſunt ꝓpōnes, quæ nō ſunt per alias, ſed per ſeipſas manifeſtæ, quales ſunt ꝓpōnes ſingulares factæ cum ꝓnomine demonſtratiuo, vt hic homo cur. non. n. eſt reſolubilis in priorem, per q̄ poſſit clarius manifeſtari, qm̄, vt docuimus in tract. de ſyllō demonſtratiuo, oīs noſtra cognitio ortum habet a ſenſu: nihil autē eſt notius ſenſui, q̄ ſingulare demonſtratum: mediatę autem ꝓpōnes ſunt illę, quę per aliam, aut alias notiores poſſunt manifeſtari reſoluēdo aut exponēdo, aut alio mō, vt patebit infra. Termini immediati ſunt termini ſimplices nō reſolubiles in aliqd notius, & tales apud Logicum ſunt ꝓnoīa demōſtratiua ſingularis numeri, vt ego, tu, ipſe, iſte, ille, hic, & is, & aduerbia demōſtrādi, hmōi. n. carent medio, per ꝙ poſſint ꝓbari & per notius: qm̄ nullus eſt terminus notior iſtis. Mediati autē ſunt oēs termini reſolubiles in aliqd prius & notius, & ſunt oēs termini præter p̄dictos, ſiue ſint cōes, ſiue diſcreti. Nam, vt tibi manifeſtabiť etiam terminus diſcretus facit ꝓpōnem probabilem. V. G. ſortes currit, pōt ſic ꝓbari, hoc currit, & hoc eſt ſortes, ergo ſortes cur. & hæc poteſt probari, Tm̄ Petrus eſt caput eccleſiæ, nam Petrus eſt caput eccleſiæ, & nullus alius a Petro eſt caput eccleſiæ, ergo tantum Petrus eſt caput eccleſiæ. Conſtat igitur quæ, & quales propoſitiones ſint probabiles. ſimiliter qui, & quales termini.

Quantum ad tertium aduerte, ꝙ apud Logicum omnis propoſitio mediata, & omnis terminus mediatus pōt vno quinque modorum probari: quorū primus eſt reſoluendo, ſecundus exponendo, tertius officiando, quartus deſcribendo, quintus per cauſas veritatis. Oīs igitur propoſitio probabilis, ſiue terminus, vel eſt reſolubilis, vel exponibilis, vel officiabilis vel deſcriptibilis, vel per cauſas veritatis notificabilis, & ſic de his quinque modis tractabimus ordinate.

IN cap. 2. agendum eſt de propoſitione, quæ probanda eſt per reſolutionem, & hic tria agēda ſunt, primo quid ſignificat in hoc loco reſolutio, ſcđo quot ꝓpōnes ſint reſolubiles. i. probandæ per reſolutionem, tertio quomodo fit huiuſmodi reſolutio.

Reſolutio qd ſignificat. Quantum ad primum aduerte, ꝙ reſolutio in hoc loco ſignificat reductionem propoſitionis probabilis in ſua ſingularia principia, ex quibus notificatur eius veritas. Vnde ſicut reſolutio compoſiti, puta domus importat reductionem domus in ſua prima principia, ex quibus conſtat, puta in lapides, & ligna &c ſic probatio ꝓpōnis per reſolutionē importat reductionem talis ꝓpōnis in ſua prima principia, quę ſunt propoſitiones nobis notiores, ex quibus ipſa propoſitio manifeſtatur, vt tibi paulo poſt declarabitur.

Quæ propoſitiones ſint reſolubiles. Quantum ad ſecundum aduerte, ꝙ apud Logicum tres ſpecies propoſitionum ꝓbantur reſolubiliter, affirmatiuæ, & nega. ſiue ſint ampliatiuæ, ſiue non. Iſtæ autem ſunt, indefinita, & particularis, & ſingularis, modo non fiat per pronomen demonſtratiuum. Illa. n. eſt immediata, vt diximus in cap. præcedenti, & de omnibus exemplificabimus infra.

Quantum ad tertium aduerte, ꝙ probatio per reſolutionem ſic fienda eſt, ſumendę ſunt duæ ꝓpōnes ſingulares factæ cum pronomine demonſtratiuo, ita qđ in prima prædicetur prædicatum, propoſitionis reſoluendæ ſiue reſolubilis, & in ſecunda prædicetur ſubiectum eiuſdem, & ex his duabus inferatur ꝓpō reſolubilis, exemplum de indefinita affirmatiua, homo eſt albus, ſic ꝓbatur: hoc eſt album, & hoc eſt homo, ergo homo eſt albus: exemplum de particulari affirmatiua, aliquis homo currit, hoc currit, & hoc eſt aliqs homo, ergo aliquis homo currit: exemplum de ſingulari, Plato currit, hoc currit, & hoc eſt Plato, ergo Plato currit: item vnigenitus ſortis filius currit, hoc currit, et hoc

eſt vnigenitus Sortis filius, ergo vnigenitus Sortis fi-
lius currit Hoc igitur modo ꝓbantur apud Logicum
affirmatiua indefinita particularis. & ſing.cuius ſubie-
ctum eſt terminus diſcretus vel circũlocutus Negatiua
autem dupl'r probari põt,primo reſolutorie,ſicut affir
matiua,qñ ſubiectum ꝑ aliquo ſuppoſito demonſtra
to ſupponit: vt hic, homo non eſt lapis, ſic reſoluitur.
Hoc non eſt lapis,& hoc eſt homo,ergo hõ non eſt la
pis: ſi aũt ſubiectum ꝑ nullo ſuppoſito demonſtrato
ſupponit,non põt ꝓbari reſolutorie,quia ſecunda re-
ſoluens ſemper erit falſa,vt hic,Chimera nõ eſt homo,
hoc nõ eſt homo,& hoc eſt chimera,ergo chimera nõ
eſt homo patet ꝙ ſecunda eſt falſa,qm̃ nullum ens de-
monſtratum eſt chimera,cũ ſit quid ficticium.ſiue ima
ginatum tm̃. Tunc ergo probanda eſt per ſuam oppo
ſitam contradictoriã ſic,hæc duo cõtradicunt,chimera
eſt homo,chimera non eſt hõ,ſed affirmatiua eſt falſa,
ergo negatiua eſt vera.Conſequentia patet,qm̃ duorũ
contradictoriorum,ſi vnum eſt falſum,reliquũ eſt ve-
rum,& econuerſo. Patet igitur quõ duobus modis ꝓ
bari poteſt indefi.& parti.& ſingu nega.

Sed aduerte, ꝙ non ſolum ſimplex categorica affir
matiua indefinita parti & ſingu.probatur reſolutorie,
ſed etiam ampliatiua, vt homo eſt mortuus,ſic proba
tur. hoc eſt mortuum, & hoc eſt vel fuit homo, ergo
homo eſt mortuus,& iſta.Homo incipit comœdere,
hoc incipit comœdere,et hoc eſt vel incipit eſſe homo,
ergo homo incipit comœdere: eodem modo ꝓbatur
indefinita parti.& ſingu cuius ſubiectum eſt terminus
obliquus ſiue in genitiuo, ſiue in datiuo, ſiue in accuſa
tiuo,ſiue in ablatiuo.V.G. Hoĩs intereſt bene viuere.
Huius intereſt bene viuere,& hoc eſt homo,ergo &c.
Sorti placet virtus Platonem delectat legere. A Deo
regitur mũdus, omnes has reſolue modo ſupradicto,
eodem modo firmatur indefi.parti.& ſingu. quorum
ſubiectum ſit cum aduerbio,ꝙ habet aduerbium infe-

rius. V. G. Aliquando tu legis ſic probatur, nunc tu legis, & nunc eſt aliquando, ergo aliquando tu legis. Alicubi tu es ſic ꝓbatur, ibi tu es, & ibi eſt alicubi, ergo alicubi tu es: eodem mō probanda eſt indefinita, & parti. & ſing. qñ prædicatum eſt participium præteritum vel futurum. V. G. Adam eſt præteritus ſic probatur. Hoc eſt præteritum, & hoc eſt vel fuit Adam, ergo Adam eſt præteritus, Antichriſtus eſt venturus, ſic probatur. Hoc eſt venturum, & hoc eſt vel erit antichriſtus, ergo &c. eodem modo probanda eſt indefinita, & part. & ſin. de ſubiecto copulato, & diſiunƈto: exemplum primi, Sortes. et Plato currunt, ſic probaẜ. Iſti currunt, & iſti ſunt Plato, & ſortes, ergo ſortes, & Plato currunt: exemplū ſecundi, hoc vel aſinus eſt aſinus, ſic probatur. Hoc vel aſinus eſt aſinus, & hoc eſt homo, ergo homo vel aſinus eſt aſinus. Conſtat igitur tibi qūo reſolubiliter probanda eſt indefinita, & parti. & ſing. ſiue ſit ſimplex categorica, ſiue ampliatiua &c.

Et aduerte, ꝙ ex hoc modo probandi manifeſtatur veritas multarum propoſitionum ampliatiuarū, quæ primo aſpeƈtu videntur omnino falſæ, inter quas iſtæ ſunt præcipue. Prima, ſenex erit puer, ꝓbatur. Summo puerum decem annorū, q viuat p ſeptuaginta annos, & q in duodecim annos adhuc erit puer, & arguiẜ ſic. Hoc erit puer, qa in duodecimo anno adhuc erit puer & hoc eſt vel erit ſenex, & ſecunda pars eſt vera, qa in ſeptuageſimo anno erit ſenex, ergo ſenex erit puer.

Secunda, puer fuit ſenex: probatur, ſummo ſenem centum annorum, q cum eſſet ſeptuaginta annorum, etiam erat ſenex, & cū eſſet decem annorū, erat puer: & arguitur ſic. Hoc fuit ſenex, qa cū nunc ſit centum annorū, exiſtens ſeptuaginta annorū fuit ſenex, & hoc eſt vel fuit puer, & ſecunda pars eſt vera: qm̄ cum eſſet decem annorum, erat puer, ergo puer fuit ſenex.

Tertia, candela lucens eſt extinƈta, ꝓbatur, ſummo candelam prius lucentē, nunc aūt extinƈtā, & arguitur

ſic, hoc

ſic, hoc eſt extinctum, & hoc eſt vel fuit candela lucēs, & ſecūda pars eſt vera, ergo candela lucēs eſt extincta.

Quarta viuum eſt mortuū: probaṫ, ſumo mortuū puta Adam, qui aliqñ fuit viuus, & arguitur ſic. Hoc eſt mortuum, demonſtrando Adā, & hoc eſt, vel fuit viuū, & ſecūda pars eſt vera, ergo viuum eſt mortuum.

Multas conſimiles inuenies in libris terminiſtarum, quas tu quæres ad libitum, nec intēdo hic tempus cōterere, quoniā huiuſmodi ampliationes & ſimiles probationes parum perficiunt intellectum quærentem ei veritatem per veram et eſſentialem probationem propoſitionis probandæ, ſed magis detinent intellectum in captiunculis inutilibus.

De propoſitione Exponibili. Cap. 3.

IN cap. 3. agendum eſt de probatione propoſitionum & terminorum per modū exponibile, ſiue per expoſitionē: & hic tria agenda ſunt. Primo declarandum eſt in quo ſenſu hic ſumitur expō, ſecundo quæ & quot propoſitiones, ſimiliter qui & quot termini per expoſitionem probandi ſunt, tertio deſcendemus ad particulares propoſitiones & terminos oſtēdētes, quoniam exponibiliter probantur.

Quantum ad primū aduerte quod expoſitio proprie ſumitur pro pōne ad extra alicuius rei prius latētis. Vnde dr̄ exponi pecunia, quæ prius latebat in capſa vel burſa, qñ expendiṫ. Per ſimilitudinē ergo dicitur expō, qñ aliqua ſcientia vel propoſitio vel terminus, per aliquid magis notum declaraṫ: & in hoc ſenſu ſumitur hic expō, & ab expoſitione denoīatur ppō exponibilis. Huiuſmodi aūt expoſitio propōnis fit per duas propoſitiones, quarū prima dr̄ præiacēs, & ſecūda dicitur vl̄is negatiua ſibi correſpondens. Et ex his duabus infertur propō exponenda ſiue exponibilis. v.g. hæc vl̄is affirmatiua, omnis homo eſt riſibilis ſic probaṫ exponibiliter apud Logicū. Hō eſt riſibilis, & nihil eſt hō, qn illud ſit riſibile, ergo oīs hō eſt riſibilis;

Quantum ad ſecūdum aduerte quot genera propoſitionum probantur exponibiliter ſcilicet.

Vniuerſalis affirmatiua quocūq; modo fiat.

duobus modis ꝓcipue, primo participatione, ſcđo ſignificatione, participatione qđem fit, qñ res in qua fit cõparatio non participatur ab vtroq; termino, vt qñ dicimus, mel eſt dulcius felle, nix ẽ albior coruo, ignis eſt calidior glacie, ſignatione autem fit tribus modis, primo qñ gradus ſiue nomẽ comparatiuum nõ plus ſignat quã ſuum poſitiuum. vt qñ dicimus, pete conſilium a ſeniore, & ſumitur ſenior ꝓ ſene & qñ ſumitur iunior ꝓ iuuene, ſecundo qñ minus ſignat quam ſuum poſitiuum, vt qñ dicimus, Socrates eſt ſub triſtior vel ſubalbior, i. parum triſtis, vel parum albus. tertio qñ ſignificat oppoſitum, & tunc fit comparatio quaſi ironica, vt qñ dicimus, fel eſt dulcius abſinthio vel aloe. De gradu comparatiuo improprie ſumpto nõ intẽdimus hic ſpectat. n. ad grãmaticum, et rhetorem. Gradus aũt ꝓprie comparatiuus ſumitur, qñ ſignificat magis quã ſuis poſitiuus, aut minus, & participatur ab vtroq; extremo, & fit tribus modis, primo per nomen comparatiuum, vt fortior, ſecũdo p nomẽ poſitiuum cũ magis, vt ſortes eſt magis ſapiẽs quam Plato, tertio p nomen poſitiuum cum minus, vt ſortes eſt minus diues quã Plato. Hic igitur intẽdimus declararẽ qũo gradus comparatiuus ꝓprie ſumptus in triplici modo ꝑdicto ꝓbandus eſt exponibiliter. Tu igitur aduerte quod p tres exponẽtes probãdus eſt, p duas qdem, in qb⁹ ambo comparationis extrema cõueniũt; & p tertiam in q̃ ſm extremum negatur a primo p poſitiuum comparabiliter ſumptum cum nota æqualitatis, quæ eſt hæc dictio ita. v. g. ſortes eſt fortior Platone: ſic exponitur, Sortes eſt fortis, & Plato eſt fortis, & Plato nõ eſt ita fortis ſicut ſortes, ergo ſortes eſt fortior Platon. & iſta, tu fortior aliquo hoĩe: ſic exponitur, tu es fortis, & aliquis homo eſt fortis, & non aliquis homo eſt ita fortis ſicut tu, ergo tu es fortior aliquo hoĩe. Iſta autem, Tu es fortior oĩ hoĩe, ſic exponenda eſt. Tu es fortis, & homo eſt fortis, & non oĩs homo eſt ita fortis ſicut

ue,ergo tu es fortior omni homine.

Eodem modo exponẽdum eſt poſitiuũ cõparabili ter ſumptũ cum magis,vt ego ſum magis ſapiẽs quam tu:ſic exponiť,ego ſum ſapiẽs,& tu es ſapiẽs,& tu nõ es ita ſapiẽs ſicut ego,ergo ego ſum magis ſapiẽs q̃ tu.

Si aũt ſumatur cum minus,vt hic,tu es minus fortis quam Hector:exponitur ſic,tu es fortis,& Hector eſt fortis,& tu non es ita fortis ſicut Hector,ergo tu es minus fortis quã Hector.Conſtat igitur tibi quõ gradus cõparatiuus, & poſitiuum comparabiliter ſumptum cum magis aut minus exponi debeant.Cõclõnes,quas inferunt terminiſtę ex hoc modo probãdi vide in Paulo in trac de probationibus terminorum.

Suplatiuus gradus ſiue terminus,vt ſapientiſsimus, dupľr accipi poteſt:ſ.abſolute,& in genere. Abſolute quidem ſumitur,qñ in propõne poſt terminum ſuperlatiuum nil aliud ſequitur, vt quando dicimus Deus eſt optimus,Deus eſt ſapientiſsimus. In genere ſumitur,quãdo eſt terminum ſuperlatiuum ſequitur aliud, vt quando poſt terminum dicimus. Hector eſt fortiſſimus Troianorum. *Gradus Superlatiuus.*

Item terminus ſuperlatiuus ſumptus in genere,ſiue vt dicunt alij ſumptus reſpectiue,dupliciter poteſt accipi.ſ.poſitiue,& negatiue.Poſitiue quidem ſumitur, qñ per exceſſum aliorum ſumitur,& tũc conuenit vni ſoli,& uerificatur illud ; Quod per ſupẽrabundãtiam dř,vni ſoli conuenit,& in hoc ſenſu, hæc intelligenda eſt,Socrates eſt ſapientiſsimus hominum,vt tibi manifeſtabitur in propõne ſua.Negatiue autem ſumiť,non p̃ exceſſum aliorum,ſed quia non exceditur ab aliis, & in hoc ſenſu,gradus ſuperlatiuus põt cõuenire multis.Puta non inconuenit quod inter Romanos ſint decem fortiſsimi,quia non dantur fortiores illis.

His præmiſsis aduerte,quod alio modo exponitur gradus ſuperlatiuus abſolute ſumptus, & alio modo reſpectiue,poſitiue,& alio modo reſpectiue.

Abſolute ſumptus exponitur ꝑ duas exponētes, vt hic Deus eſt potētiſsimus: ſic exponitur, Deus ē potēs, & nihil eſt, nec pōt eſſe potētius, nec æque potēs ī tota latitudine entium ſicut deus, ergo deus eſt potētiſsim⁹. & aduerte quod apud Ariſtotelem ſuperlatiuus abſolu te ſumptus dicitur per hyperbolem, & eſt proprietas diuina, vt tibi declarabitur in prima philoſophia.

Reſpectiue, poſitiue ſumptus exponiť per tres expo nentes, vt hic. Hector eſt fortiſsimus Troianorum, ſic exponiť. Hector eſt fortis, Troiani ſunt fortes, & nul lus ex Troianis eſt ita fortis ſicut Hector eſt fortis, er go Hector eſt fortiſsimus Troianorum. Reſpectiue ne gatiue ſumptus exponiť ꝑ tres exponētes, vt hic Achil les eſt fortiſsimus Græcorū: Sic exponiť, Achilles ē for tis, Græci ſunt fortes, & nullus Græcorum eſt fortior Achille, ergo Achilles eſt fortiſsimus Græcorū, & ſi ad uertis iſti duo modi exponēdi cōueniūt in duabus pri mis exponētibus, & differunt in tertia. nam in p̄ modo tertia fit ꝑ negatiuam poſitiui comparabiliter ſumpti ꝑ hāc dictionem ita ſiue æque, ſed in ſecūdo modo tertia fit ꝑ negatiuam gradus cōparatiui, fortiſsimus oīum.

Eodem modo exponēda eſt iſta, Socrates eſt fortiſ ſimus hoīum, poſitiue ꝗdem ſic, Socrates eſt fortis, ho mines ſunt fortes & nō oēs homines ſunt ita fortes, ſi cut Socrates, ergo Socrates eſt fortiſsimus oīum homi num. Negatiue autem ſic, ſortes eſt fortis, & hoīes ſunt fortes, & non oīs homo eſt fortior ſorte, ergo ſortes eſt fortiſsimus omnium hominum. Conſtat igitur tibi ꝗ bus modis exponendus eſt gradus ſuperlatiuus tā ab ſolute quam reſpectiue ſumptus, poſitiue, & negatiue.

Cōcl'ones quas ex hoc modo ꝓbandi inferunt ter miniſtæ, vide in Paulo in trac. de ꝓbationib⁹ termino.

Differt, Aliud, Nō idem. Differt, Aliud, & nō idem ꝓbātur ꝑ tres exponē tes, q̄rum duæ ſunt affirmatiuæ de ſcdo adiacēte, et ter tia eſt negatiua, in qua negatur p̄tum a ſubiecto, vt hic. Homo differt ab aſino: exponitur ſic, homo eſt, aſinus

eſt, &

eſt, & hō non eſt aſinus, ꝑ hō differt ab aſino, ꝑ hō eſt aliud ab aſino; ergo homo non eſt idē cū aſino.

Iſta aūt ſortes differt ab omni hoīe ſic exponiť, ſortes eſt, hō eſt, & ſortes non eſt omnis hō, ergo ſortes differt & eſt aliud, & non idem ab omni hoīe.

Hæc autem de præterito ſortes fuit aliud a Platone ſic exponitur, ſor. fuit & Plato fuit qñ ſor. fuit, & ſor. non fuit Plato ergo ſor. fuit aliud a Platone.

Hæc vero de futuro, ſortes differt ab antichriſto, ſic exponitur, ſortes erit, & antichriſtus erit qñ ſor. erit, & ſortes nō erit antichriſtus, ergo ſortes differet ab antichriſto, & per ꝯñs erit aliud ab antichriſto, et non idē cum antichriſto. Conſtat igitur tibi quō iſti ter, Differt, aliud, non idē exponendi ſunt. Sed aduerte qđ differt poteſt dupliciter ſumi ſ. poſitiue & negatiue, poſitiue quidem ſumitur, qñ extrema, quæ differūt, poſſunt eſſe in eodem tempore, vt ſorte exiſtēte in eodem tempore, in quo exiſtit Plato dicimus quod ſortes differt a Platone. Negatiue aūt ſumitur, qñ negat vnum extremum ab alio, dato quod vtrūq; extremū non exiſtat in eodem tempore, in quo ſenſu concedimus quod ſortes ſenex differt a ſeipſo puero, licet nō ſit amplius puer: hæc enim negatiua eſt vera, ſortes ſenex nō ē ipſemet puer, ergo differt a ſeipſo puero. Qñ igiť teneť poſitiue, exponitur ꝑ tres exponētes, vt docuimus, qñ aūt teneť negatiue ꝓbať vt diximus.

Item aduerte, qđ aliud & non idem ſubſtantiue ſiue in neutro genere importāt diſtinctionē eſſentialem, ſed in maſculino genere ſiue adiectiue importāt diſtinctionē non eſſentialem, ſed perſonalē ſiue ſuppoſitalē. Vnde vt tibi declarabiť in ſacra Theologia, concediť qđ pater non eſt aliud a filio, ſed alius; & cōcediť qđ eſt alia perſona & aliud ſuppoſitum a perſona & ſuppoſito filij &c.

Cōcl'ones, q̄s terminiſtæ iſerūt de ly differt ex ꝑdicto mō ꝓbādi qñ teneť poſitiue, vide P. ī trac. de ꝓba. ter.

Immediate. De hoc termino immediate vidēdū eſt, qūo eius propoſitio, q̄ ingreditur, exponēda ſit: Tu igitur aduerte quod hic terminus immediate dupľr ſumi in doctrina peripatetica cōſueuit: primo vt eſt nomē, ſ. immediatus immediata immediatū, et plurale eſt immediati immediatæ immediata: ſecūdo vt eſt aduerbiū. In primo ſenſu ſignificat rē ſine medio, in ſecundo ſenſu importat ſtatim. Iuxta primū ſenſum dicimus qđ in cōtinuo partes ſunt immediatę, q̄m inter eas nō cadit medium neque eiuſdē, neq; alterius generis, ſed copulantur ad vnum terminum cōe: per oppoſitum quæ cōſequenter ſe habent, vt digiti in manu, non dicuntur immediata, q̄m inter ea cadit medium ſaltem alterius generis, vt aqua & aer, vel aliud, vt tibi declarabiť in quinto libro Phyſicorū, & in. 2. de Anima, ſed pro nūc ſuſtine Iuxta ſcđ'm ſenſum importat negationē interpoſitionis alicuius inſtātis, aut temporis, vt tibi declarabitur in exponendo. Iuxta primū ſenſum propoſitio de immediate, ſ. tēto nominaliter, probāda eſt per cōſequentiā, cuius aňs ſit cū negatione medij, vt hic, ſphæræ cœleſtes ſunt immediatæ, ſic ꝓbať; inter ſphærā & ſphærā nō dať, nec eſt dabile medium, ḡ ſunt immediatæ; ſed aduerte, q̄m hmōi probatio ſpectat ad philoſophum naturalem, ideo Logici de hac mentionem non faciunt.

Iuxta aūt ſecundum ſenſum propoſitio de immediate ſcilicet ſumpto aduerbialiter, qualiter probanda ſit, hic eſt inueſtigādū. Tu igitur aduerte, qđ poteſt eſſe affirmatiua & negatiua, ſi affirmatiua, vel de præterito vel de futuro, ſi negatiua, vel negatiōe poſtpoſita, vel negatione præpoſita ly immediate. Si eſt affirmatiua de præterito, probāda eſt ꝑ duas exponentes, quarum prima eſt præiacens, & ſecūda eſt vľis negatiua ſibi correſpondens, vt hic. Immediate ante hoc inſtans fuit pluuia, ſic exponitur. Ante hoc inſtans fuit pluuia, & nullum fuit inſtās ante hoc, quin inter illud

& hoc ſuerit pluuia, ꝙ imediate ante hoc inſtans fuit pluuia. Similiter probanda eſt affirmatiua de futuro, vt hic, immediate poſt hoc inſtãs erit bellum, ſic exponit. Poſt hoc inſtãs erit bellũ, & nullũ erit inſtãs, poſt hoc, quin inter illud & hoc erit bellũ, ergo immediate poſt hoc inſtãs erit bellum. Si eſt negatiua cum negatione poſtpoſita ly immediate ſiue de præterito ſiue de futuro exponenda eſt eodẽ modo ſicut affirmatiua: vt hic, immediate poſt hoc inſtãs non erit pax ciuitati, & nullum erit inſtans poſt hoc, quin inter illud & hoc non erit pax ciuitati, ergo immediate poſt hoc inſtans, non erit pax ciuitati. De præterito exponenda eſt eodem modo, vt hic. Immediate ante hoc inſtans non fuit æſtas, ſic exponitur. Ante hoc inſtans nõ fuit æſtas, & nullum fuit inſtans ante hoc, qui inter hoc & illud non fuerit æſtas, ergo immediate ante hoc inſtãs non fuit æſtas. Si eſt negatiua negatione præpoſita ly immediate, non eſt exponẽda, ſed per ſuũ oppoſitum probanda: vt hic, non immediate poſt hoc inſtans tu eris doctus, ſic probanda eſt. Hæc eſt falſa, immediate poſt hoc inſtans tu eris doctus, ergo iſta eſt vera, non immediate poſt hoc inſtans tu eris doctus. Cõſtat igitur tibi, quõ propoſitio de immediate ſumpto aduerbialiter tam affirmatiua quam negatiua exponẽda eſt.

Concluſiones, quas terminiſtæ inferunt ex prædicto modo probandi, vide in Paulo in trac. de probationibus terminorum.

De hoc termino neceſſario, & de ſuo oppoſito, ſcilicet de contingenti, pertractandum eſt, quomodo ſcilicet probanda ſit propoſitio quam ingrediuntur. Tu igitur aduerte, ꝙ vt docuimus in tract. tertio agentes de modalibus pñt ſumi nominaliter & aduerbialiter. Exẽplũ de primo, Deũ eſſe eſt neceſſarium, Roſam eſſe eſt contingens. Exẽplum de ſecundo. Neceſſario cœlũ mouet, cõtingẽter hõ currit. Hic nõ eſt cõſiderandum de eis niſi aduerbialiter, qm̃ vt ſic faciunt *De neceſſario.*

ꝑpōnē exponibilē. Si aūt ſumantur noīalr faciunt pro poſitionem officiabilem, vt tibi declarabitur infra.

Itē aduerte, qđ aduerbialiter ſumpta aliqñ conſtituunt propoſitione affirmatiuā, aliqñ negatiuā. Si negatiuam, duplr, qa aut per negationē ſequentem, aut præcedentem. Item aduerte, quod aliqñ conſtituunt propoſitionē in ſenſu compoſito, vt qñ totaliter præponuntur, vt neceſſario deus eſt, vel totaliter ſubſequuntur, vt homo currit contingenter: aliqñ in ſenſu diuiſo, vt quando mediant inter ſubm & verbum, vt homo neceſſario eſt animal, vel mediant inter verbū & prædicatum, vt homo eſt contingenter currens. Si fiat propoſitio affirmatiua tam de neceſſario quam de contingenter probanda eſt per duas exponentes, ſ. ꝑ primam præiacentē, & per ſecundas qualitates ꝑ oppoſitas, qm̄ ſi prima eſt affirmatiua, ſecunda eſt negatiua, & ſcđm exigentiam verbi, puta ſi verbū principale propōnis exponendæ eſt præſentis tpis, vel præteriti vel futuri eodē modo ſe habeat in ſecūda exponente. Verbi gratia de tēpore præſenti, neceſſario cœlū mouet̄: exponatur ſic, cœlum mouetur, & nō pōt eſſe quin moueatur, ergo neceſſario cœlum mouetur. De tempore præterito, neceſſario fuit diluuium: ſic exponatur, diluuium fuit, & nō potuit eſſe, quin diluuiū fuerit, ergo neceſſario diluuium fuit. De tpe futuro, neceſſario iudicium erit, exponat̄ ſic iudiciū erit: et nō poterit eſſe quin iudiciū, erit ergo neceſſario iudiciū erit.

Affirmatiua de contingenter eodem modo exponitur. Verbi gratia contingenter ſortes currit: ſic exponatur: ſortes currit, & poteſt eſſe quod non currat, ergo &c. Eodem modo exponatur iſta de præterito, contingenter Cæſar fuit Imperator, & iſta de futuro contingenter bellum erit.

Si fiat negatiua cum negatione poſtpoſita ſic exponat̄. Verbi grā, neceſſario vacuū nō eſt, vacuū nō eſt, & non pōt eſſe quod vacuum ſit, ergo &c. Si fiat de

contingenter exponatur ſic, Contingenter tu nõ curris, tu non curris, & poteſt eſſe quod tu curras; ſiue tu potes currere, ergo &c. Eodem modo exponatur de præterito & de ſuturo.

Si fiat negatiua cũ negatione præpoſita, nõ eſt exponenda, ſed probãda, vel reprobãda p ſuũ contradictorium. Verbi gratia non neceſſario ſortes ſaluatur. Probať ſic, hæc eſt falſa, neceſſario ſortes ſaluať, ergo iſta eſt vera, nõ neceſſario ſortes ſaluať: patet cõſequẽtia, qm̃ cũ ſint contradictoriæ, oportet vnã eſſe verã & alterã falſam. De contingenter aũt eodẽ modo probetur. Verbi gratia, non contingenter cœlum mouetur, ſic probatur. Hæc eſt falſa, contingenter cœlũ mouetur, ergo iſta eſt vera, non contingenter cœlum mouetur. Patet conſequentia ex lege contradictoriarum.

Si autẽ fiat propoſitio affirmatiua vel negatiua negatione præcedente vel ſubſequente de neceſſario & cõtingenter, in ſenſu cõpoſito, probanda eſt, vt dictũ eſt. Si vero fiat in ſenſu diuiſo, vt hic, hõ neceſſario eſt aĩal, homo contingenter currit, probanda eſt ſecundũ exigentiam termini præcedentis. Verbi gratia, hõ neceſſario eſt animal cum ſit indefinita reſoluẽda eſt hoc modo, hoc neceſſario eſt animal, & hoc eſt hõ, ergo hõ neceſſario eſt aĩal: prima vero reſoluens, exponenda eſt hoc modo. Hoc eſt aĩal, & non põt eſſe quin ſit aĩal, ergo hoc neceſſario eſt aĩal. Eodẽ modo probanda eſt propoſitio de contingenter facta in ſenſu diuiſo, vt homo contingenter ſedet, reſoluẽda eſt hoc modo. Hoc cõtingenter ſedet, & hoc eſt hõ, ergo &c. prima vero exponenda eſt hoc modo, hoc ſedet, & põt eſſe quod non ſedeat, ergo hoc cõtingenter ſedet. Conſtat igitur tibi quomodo propoſitio de neceſſario & de contingenter tam affirmatiua quam negatiua tam in ſenſu compoſito quam diuiſo, probanda ſit. Concluſiones autem, quę ex his inferuntur, vide in Paulo, in trac. de proba. termi.

De ab æterno. De hoc termino ab æterno eſt videndum, quomodo propoſitio quã ingreditur probanda ſit. Tu igitur aduerte quod dupl'r ſumi poteſt, ſcilicet nominaliter & eſt ablatiui caſus, & aduerbialiter, & idem eſt quod æternaliter, in æternum, & perpetuo. Si nominaliter, propoſitio non eſt exponenda, ſed reſoluenda: eſt.n. indefinita, vel particularis, vt hic, ab æterno mundus eſt creatus, ſic reſoluitur, Ab hoc mundus eſt creatus, & hoc eſt æternum, per ly hoc demonſtrando Deũ, ergo ab æterno mundus eſt creatus. ſi ſumitur aduerbialiter. eſt idem quod æternaliter, & tũc aũt propoſitio eſt affirmatiua, aut negatiua, ſi affirmatiua eſt exponenda, vt hic. Ab æterno fuit Deus, ſic exponitur, ante aliquod tempus fuit Deus, & nullum fuit tẽpus, quin ante illud fuerit Deus, ergo &c. De futuro ſic exponitur, in æternum erit Deus, poſt aliquod tempus erit Deus, & nullum erit tempus, quin poſt illud erit Deus ergo &c. Si negatiua aut negatio ſubſequit̃, aut præcedit, ſi ſubſequitur eſt hoc modo exponenda, in æternum cœlum nõ mouebitur, aliquo tempore cœlum mouebitur, ergo & cætera, ſi autem negatio præcedit, non eſt exponenda, ſed per ſuum contradictorium probanda: vt hic, non in perpetuum Deus iraſcetur. Hæc eſt falſa, in perpetuum Deus iraſcetur, ergo hæc eſt vera, non in perpetuum Deus iraſcetur. Patet conſequentia per legem cõtradictoriarum. Conſtat igitur tibi quomodo probanda eſt propoſitio, in qua ingreditur hic terminus ab æterno, ſiue nominaliter ſiue aduerbialiter ſumatur &c. Concluſiones quæ hinc inferuntur, vide in Paulo vbi ſupra.

Semper. De hoc termino ſemper videndum eſt quomodo probanda ſit propoſitio quam nigreditur. Tu igitur aduerte, quod ly ſemper conuertitur cum omni tpe, vt idem ſit ſemper eſſe & omni tempore eſſe. Ly autẽ ſemper ſiue ly omni tempore dupl'r ſumitur, ſ. abſolute & reſpectiue. Abſolute quidem, quando com-

plectitur omnem temporis differentiam, ſcilicet præteriti, præſentis, & futuri: ſicut quando dicimus, Deus qui eſt, fuit, & erit abſq; principio & fine. Reſpectiue autem ſumitur, quando pro tota vna differentia temporis verificatur, vt quando dicimus ad mētē Ariſtotelis, Mundus ſemper fuit, Generatio ſemper erit, elementa ſemper permanent.

Si igitur fiat propoſitio de ſemp abſolute, ſumpto. Sic exponenda eſt. v.g. deus ſemper eſt, deus aliquo tempore eſt, & non eſt neque fuit, neque erit aliquod tempus, in quo deus non ſit, ergo deus ſemper eſt. Si fiat propoſitio de ſemper reſpectiue ſumpto, aut eſt affirmatiua, aut negatiua: ſi affirmatiua ſic exponenda eſt, ſemper fuit mundus, aliquo tempore fuit mūdus, & non fuit aliquod tempus, in quo non fuerit mundus, ergo ſemper fuit mundus. De futuro aūt ſic, ſemper erit Sol, vel ſemper ſol lucebit, vel ſemper beati videbunt deum. Aliquo tēpore erit ſol, & non erit aliquod tempus, in quo nō erit ſol, ergo ſemper erit ſol: eodem modo expone ſecundam & tertiam. Si negatiua, aut negatio ſubſequitur ly ſemper reſpectiue ſumptum, aut pcedit: ſi ſubſequitur ſic exponenda eſt, v.g. ſemper non fuit Ariſto. aliquo tempore fuit Ariſtoteles, & fuit aliquod tempus, in quo non fuit Ariſto. ergo ſemper, i. omni tempore præterito non fuit Ariſto. De futuro autem ſic exponenda eſt; ſemper non erit abundantia? Aliquo tempore erit abundantia, & erit aliquod tempus, in quo non erit abundantia, ergo ſemper non erit abundantia. Si vero negatio præcedat, nō eſt exponēda, ſed p ſuū oppoſitū pbanda v.g. non ſemper erit pax, ſic probat, hæc eſt falſa, ſemper erit pax, ergo iſta eſt vera, non ſemp erit pax, patet conſequentia per legem contradictoriarū. Conſtat igitur tibi quomodo probanda ſit propoſitio de ſemper, ſiue abſolute, ſiue reſpectiue teneatur, ſiue affirmatiue ſiue negatiue.

Concluſiones, quas inferunt terminiſtæ ex hoc modo probandi, vide in Paulo vbi ſupra.

Totus. De hoc termino totus videndum eſt, q̃uo probanda ſit propoſitio, quam ingreditur. Tu igit̃ aduerte, quod apud Ariſto. dupl'r ſumitur. primo pro ente cõpleto ſiue perfecto, in quo ſenſu dicimus totum eſſe illud, cui nihil deeſt, quod ſpectet ad ſui integritatem: ſecundo ſumitur pro qualibet parte alicuius totius. In primo ſenſu dicunt logici totum categorematice, in ſecundo autem ſenſu dicunt totum ſyncategorematice, In primo ſenſu cõmuniter locatur inter ſubm & verbum, vt hic, nix tota eſt alba, vel inter verbum & prædicatum, vt hic, Deus eſt totus bonus, in ſecundo autẽ ſenſu præcedit ſubm, vt hic, totus ſortes eſt minor ſorte, id eſt quælibet pars ſortis eſt minor ſorte. In primo ſenſu non exponitur, ſed ſic probatur. Nix eſt tota alba, nix eſt perfecte alba, ita quod nullus gradus albedinis ſibi deeſt, ergo eſt tota alba: eodem modo probandæ ſunt iſtæ, ignis eſt totus calidus, deus eſt totus bonus. In ſecundo ſenſu debet probari exponibiliter hoc modo, tota domus eſt minor domo, aliqua pars domus, eſt minor domo, & nulla eſt pars dom⁹, quæ non ſit minor domo, ğ tota domus eſt minor domo.

Hoc modo probanda eſt propoſitio affirmatiua de toto ſyncategorematice ſumpto. Si aũt fiat negatiua negatione ꝓpoſita, vt hic, non tota domus eſt minor domo, non eſt exponẽda, ſed per ſuam cõtradictoriã ꝓbãda vel improbãda, vt patet hinc. Hæc eſt vera, tota dom⁹ eſt minor domo, ğ hæc ẽ falſa, nõ tota domus eſt minor domo: patet ꝯña per legem contradictoriarũ. Si vero poſtponat̃ negatio, vt hic, tota domus nõ eſt alba, nõ eſt exponẽda, ſed ꝑ cõtradictoriã probanda hoc modo, hæc eſt vera, tota domus eſt alba, ergo hęc eſt falſa, tota domus nõ eſt alba. patet conſequentia per legem contradictoriarum. Nonnulli nolũt ꝙ probet̃ vt vniuerſalis nega. eo ꝙ æquipollet illi, q̃uo

autem illa ꝓbetur, diximus in cap. 3. huius tractatus. vide tu illic. Conſtat igitur tibi, quõ ꝓbanda ſit ꝑpõ de toto categorematice, & ſyncategorematice ſumpto, ſiue ſit affirmatiua, ſiue negatiua. Conclões hinc illatas apud terminiſtas, vide Paulo vbi ſupra.

De hoc termino infinito videndum eſt, quõ ꝑpõ, quam ingreditur ſit ꝓbāda. Tu igitur aduerte, ꝙ infinitum apud Logicum dupľr ſumitur, ſ. categorematice, et ſyncategorematice: categorematice ſignat ens qđ non habet principium, neq; finem, & ponitur in ꝑpõne a parte pɫi, vt Deus eſt infinitus, motus cœli, & tempus ſunt infinita, ſuppoſito quod mundus ſit æternus ad mentem Ariſtotelis ſyncategorematice ſignat qđ quocũq; ente dato põt dari maius, vel quibuſcũq; datis poſſunt dari plura, & ponitur in principio ꝑpõnis, vt infinitum corpus eſt, infinitum ſpacium eſt extra cœlum. infinitum ſumptum catego. non facit ꝑpõnem exponibilem, ſed reſolubilē, vt deus eſt infinitus. hoc ē infinitum, & hoc eſt deus, ergo deus eſt infinitus. ſumptum autem ſyncategorematice facit ꝑpõnem dupľr ꝓbabilem, primo exponibiliter, vt hic, Infinitum corpus eſt: aliquantum corpus eſt, & nõ tantum quin maius, & maius, et ſic in infinitum, ergo infinitum corpus eſt. eodem modo exponenda eſt iſta de pterito, infinitum corpus fuit, & de futuro, infinitum corpus erit, in plurali autem ſic exponenda eſt, infinitę ſtellæ ſunt, aliquot ſtellæ ſunt, & non tot quin plures in infinitum, ergo infinitæ ſtellæ ſunt. eodem modo expone iſtā de pterito, infiniti dies fuerunt, & iſtam de futuro, infiniti dies erunt, ſuppoſita ęternitate motus cœli. ſecundo ꝓbatur ſic, infinitum corpus eſt, aliquantum corpus eſt, & duplum ad aliud, & triplum ad aliud, & quadruplum ad illud, & ſic in infinitum, ergo infinitũ corpus eſt. in plurali autem ſic, infinita ſidera ſunt. Duo ſunt, & tria, & quatuor & quinq;, & ſic in infinitum, ergo infinita ſidera ſunt. vterq; iſtorum modorum vſitatus,

Infinitũ

& validus eſt, licet forte ſecundus ſit manifeſtior.

Conſtat igitur tibi quõ ꝓbanda ſit propõ de infini to categorice, & ſyncategorematice ſumpto.

Cõclõnes deductas ex hoc mõ ꝓbãdi, vide in Paulo vbi ſupra, & hæc dicta ſint de propõne exponibili.

De propoſitione Officiabili. *Cap. 4.*

IN cap. 4. videndum eſt, quõ ꝓpõ officiabilis ꝓbãda ſit, & hic tria agenda ſunt, primo quid ſit, ſecũdo quot modis ſit, tertio quomodo probatur.

Propõ Officiabilis. Quantum ad primum aduerte, quod ꝓpõ officiabilis eſt illa, cuius dictum ſiue oratio infinitiua determinatur aliquo ſex terminorum modalium, vel verbo cõcernente actum mentis. exẽplum primi, neceſſe eſt deũ eſſe, exemplum ſecũdi, credo deum eſſe oĩpotentẽ. Termini. n. ſiue verba cõcernẽtia actũ mentis ſunt iſta, Scio ĩtelligo, credo, opinor, imaginor, volo, deſidero &c.

Sed aduerte, quod termini modales, & verba cõcernentia actum mentis poſſunt in duplici ſenſu facere ꝓpõnem. ſ. in ſenſu compoſito, & in ſenſu diuiſo. In ſenſu quidem compoſito p̄cedunt, aut ſubſequuntur orationem infinitiuam. vt hic, neceſſe eſt deum eſſe, vel ſic, deum eſſe eſt neceſſe, et hic, Scio hominem eſſe riſibilẽ, vel ſic hominem eſſe riſibilem intelligõ.

Quantum ad ſecundum aduerte quod propoſitio officiabilis in ſenſu compoſito põt fieri duobus modis primo per terminum modalem, & verbum importãs actum animæ, vt prædiximus. ſecundo per hos terminos, per ſe, per accidens, per ſe primo, per ſe non primo, vt declarabitur.

Quantum ad tertium aduerte, quod ꝓpõ officiabilis ſiue fiat per terminum modalem, ſiue per verbũ ſignificãs actum mentis, ſiue per hos terminos ꝑ ſe, ꝑ accidens, ꝑ ſe primo, per ſe nõ primo, dummodo fiat in ſenſu compoſito ſic officianda, i probanda eſt,

Neceſſe eſt deum eſſe. ſic ꝓbatur, hæc ꝓpõ eſt neceſſaria, deus eſt, quę adæquate ſignãt deum eſſe, ergo ne-

ceſſe eſt deum eē. Scio hoīem eſſe īmortalem ſm aīam: ſic ꝓbatur, hęc ꝓpō eſt, ſcita a me, homo eſt īmortalis ſm aiam, q̄ adæquate ſignat hoīem eſſe īmortalē ſm aiam, ergo ſcio hominem eſſe imortalem ſm animā.

Per ſe primo homo, eſt riſibilis: ꝓbatur ſic, hæc propoſitio eſt per ſe primo homo eſt riſibilis, quæ adæquate ſignificat hominem eſſe riſibilem, ergo per ſe primo homo eſt riſibilis.

Per ſe non primo, ſortes eſt riſibilis, ſic ꝓbatur, hæc ꝓpō eſt p ſe nō primo ſortes eſt riſibilis, q̄ adæquate ſignat ſortem eſſe riſibilem, ergo &c. Per accn̄s homo currit, ſic ꝓbatur. Hæc ꝓpō eſt p accn̄s, homo currit, quæ adæquate ſignat hominem currere, ergo &c.

Dixi dummodo fiat in ſenſu compoſito, qm̄ in ſenſu diuiſo non eſt officianda, ſed probanda ſm exigentiam termini præcedentis terminum modalem, aut verbum concernens actum mentis. V.g. deum neceſſe eſt eſſe. Hæc eſt reſoluenda hoc modo, hoc neceſſe eſt eſſe, & hoc eſt deus, ergo deum neceſſe eſt eſſe. Hæc autem, omnem hominem poſsibile eſt eſſe album, exponenda eſt ſicut vniuerſalis affirmatiua, exponatur ergo ſic, hominem poſsibile eſt eſſe album, & nihil eſt homo, quin illud poſ.it eſſe album, ergo omnem hominem poſsibile eſt eſſe album. Conſtat igitur tibi quid ſit propoſitio officiabilis, & quotuplex ſit, & quomodo probanda. Concluſiones illatas ex hoc modo probandi, vide in Paulo in tracta. de probationibus terminorum.

De Propoſitione Deſcriptibili. Cap. 5.

IN hoc cap. agendum eſt de propōne deſcriptibili, & hic quatuor agenda. primo q̄uō ſumitur hic deſcriptio, a qua denominatur propō deſcriptibilis, ſecundo quid ſit propoſitio deſcriptibilis, tertio quot modis ſit, quarto quomodo probatur.

Quātum ad primū aduerte, q̄d deſcriptio duplr ſumitur, primo pro oratione, in qua continetur genus,

& rei ꝓprietas, vt iſta eſt hõis deſcriptio, homo eſt animal riſibile, & per ly. rei ꝓprietas differt deſcriptio a vera diffõne: qm̃ illa datur per genus, et propriam drĩam eſſentialem vt homo eſt aĩal rõnale. ſecundo ſumitur ꝓ quadam rei denominatione, nam rem ſic vel ſic denominare, eſt eam deſcribere. in hoc loco nõ dr̃ ꝓpõ deſcriptibilis a deſcriptione de primo mõ ſumpta, ſed ſecũdo modo. Nam deſcriptione, & deſcriptio, ſiue deſcriptibili primo modo acturi ſumus in tra. de ſyllõ topico, ſicut & de diffinitione, et diffinito ſiue diffinibili.

Deſcriptibilis ꝓpõ quid ſit. Quãtum ad ſecũdum aduerte, quod ꝓpõ deſcriptibilis ſic diffinitur, ꝓpõ deſcriptibilis eſt illa, in qua verbum cõcernens actum mentis determinat incomplexum poſitum in p̃to, dummodo nullus terminus mediatus p̃cedat verbum cõcernens actum mentis. vt iſta eſt deſcriptibilis, ego cognoſco roſam. Dr̃ incomplexum poſitum in p̃to, qm̃ ſi ponit̃ in ſubiecto ſtat mãliter, & nõ formalr̃: vt roſam cognoſco, patrem meum cognoſco, & tales propõnes nõ ſunt deſcriptibiles, ſed reſolubiles, ſicut indefinitæ aut ſingulares.

Dr̃ dũmodo nullus terminus mediatus p̃cedat &c. qm̃ ſi talis terminus p̃cedat verbum cõcernẽs actũ mẽtis, talis ꝓpõ nõ eſt ꝓbãda deſcriptibiliter, ſed ſm exigentiam termini mediãti p̃cedentis, nam ſi fiat propõ indefinita, vel partic, vel ſingularis p terminum diſcretum, reſoluẽda eſt, vt hic. Homo cognoſcit ſeipſum: aliquis homo cognoſcit ſeipſum, ſortes cognoſcit ſeipſũ. Si aũt fiat vlis affirmatiua, exponẽda eſt vt hic, Oĩs hõ deſiderat ſciam. Quis aũt dicat̃ terminus mediatus, & immediatus, docuimus in. 1. cap. huius tractatus.

Quãtum ad tertium aduerte quod propõ deſcriptibilis põt fieri duobus modis, primo p terminum incõplexum, cui correſpondet incomplexum, vt intelligõ vel cognoſco cœlum, deſidero panem, nolo bellum. ſecundo p terminum incomplexum, cui correſpondet complexum, vt ſcio a conclõnem, ſcio ſyllm̃, ſcio con

ſequentiam, ſcio inductionem &c. Deſcriptibilis primo modo, congrue fit per hæc verba intelligo, cognoſco, deſidero, volo, nolo: qm̃ indeferenter determinat incomplexum ex parte rei. Nam congrue dicimus, cognoſco ſortem, & cognoſco ſortem eſſe riſibilem, ſecũdo autem modo fit ꝑ hæc verba, ſcio, credo, opinor, dubito, nam obiectum eorum eſt complexum ex parte rei, vt ſcio hominem eſſe animal, credo deum eſſe omnium creatorem, dubito Papam eſſe Romæ.

Quãtum ad quartum aduerte ꝙ propõ deſcriptibilis tam primo q̃ ſecundo modo probãda eſt, vt infra.

Primo modo ſic, cognoſco ſortem, cognoſco aliqd ſub ratione qua ſortes, ergo cognoſco ſortem. Tu intelligis cœlum, tu intelligis aliquid ſub ratione qua cœlum, ergo tu intelligis cœlum.

Secũdo aut modo ſic, Scio a ꝓpõnem: ſcio adæquatum ſignificatum ꝓpõnis, quod ſcio adæquate ſignificari per a ꝓpõnem. Credo hanc propõnem deus eſt trinus, & unus. Credo adæquatum ſignificatum huius propoſitionis deus eſt trinus, & unus, quod ſcio adæquate ſignificari per hanc propõnem. Deus eſt trinus, & vnus, ergo &c. Dubito hanc propõnem. ſ. cœlum eſt incorruptibile. Dubito adæquatum ſignificatum huius propõnis. ſ. Cœlum eſt incorruptibile, quod ſcio adæquate ſignificari per hanc propoſitionem. ſ. cœlum eſt incorruptibile ergo &c.

Conſtat igitur, quid ſit propoſitio deſcriptibilis, & quot modis fit, & quo modo probanda eſt. Concluſiones illatas ex hoc modo probandi vide in Paulo vbi ſupra.

De propoſitione Probabili per cauſas veritatis. *Cap. 6.*

IN hoc cap. agẽdum eſt de propõnibus, quæ probãdæ ſunt per cauſas veritatis, & hic duo agenda ſunt, primo quid ſit propõ probãda per cauſas veritatis, ſecundo quę ſint huiuſmodi propoſitiones, tertio quo modo probandæ ſint.

Propõ per cauſas veritatis probãda qua

Quantum ad primum aduerte, quod propõ probabilis p cauſas veritatis eſt illa, cui poſſunt aſsignari multæ cauſæ diſiunctiuæ, per quas redditur vera. V.g. ſortes habet pulſum concitatum: huius poſſunt eſſe plures cauſæ, puta quia iratus eſt, quia velociter ambulauit, quia multum comedit, quia ſebricitat &c.

Quantum ad ſecundum aduerte quod hmõi ꝓpões ſunt illæ, quæ conſtituuntur per hæc verba incipit, & deſinit, & p ablatiuum acceptum in ꝯña. exemplũ de incipit, ſortes incipit eſſe iuſtus, exemplum de deſinit, Sortes deſinit eſſe iniuſtus. exemplũ de ablatiuo in ꝯña, Sole exiſtente in ariete fit æquinoctium.

Propõ de Incipit.

Quantum ad tertium aduerte, quod alio modo ꝓbatur propõ de incipit, & alio modo propõ de deſinit, & alio modo propõ de ablatiuo in conſequentia. Nam propõ de incipit probatur per diſiunctiuam cõpoſitam ex duabus copulatiuis, quarum copulatiuarum prima fit ex categorica affirmatiua de præſenti, et, negatiua de præterito, ſecunda autem ex negatiua de præſenti, & affirmatiua de futuro. exemplum primi, Roſa incipit florere: ſic probatur; roſa nunc floret, & ante hoc nunc præſens immediate non floruit, ergo roſa incipit florere, & hic modus probandi, qui dicitur per põnem de præſenti, & per negationem de pterito, deſeruit rebus permanentibus, in quibus ex parte inceptionis eſt dare primum inſtans eſſe, vt tibi declarauimus in trac. de. 1. & vltimo inſtanti in lib. phyſi. exemplum ſecundi, Sol incipit moueri: Sic probaſ, Sol nũc non mouetur, & poſt hoc nunc præſens immediate mouebitur, ergo ſol incipit moueri, & hic modus probandi, qui dicitur per negationem de præſenti. & põnem de futuro deſeruit rebus ſucceſsiuis, quales ſunt motus, tempus, alteratio, motus localis, augmentum, & decrementum, in quibus non eſt dare primum ſui eſſe ex parte inceptionis, ſed ultimum ſui non eſſe; vt tibi declarauimus in trac. prædicto.

Propō de desinit probatur per disiunctiuam compositam ex duabus copulatiuis, quarum prima ſit ex categorica negatiua de præſenti, & categorica affirmatiua de pterito, ſecunda autem ſit ex categorica affirmatiua de pſenti & negatiua de futuro exemplum primi, Roſa deſinit florere: ſic probatur, roſa nunc nō floret, & immediate ante hoc nunc præſens floruit, ergo roſa deſinit florere. exēplum ſecundi, Sortes deſinit eē: ſic probatur, ſortes nunc eſt & immediate poſt hoc nunc præſens nō erit, ergo ſortes deſinit eſſe. Pimus modus deſeruit rebus ſucceſsiuis. Nam hæc, curſus ſortis deſinit eſſe. ſic probatur, nunc non eſt curſus ſortis, & immediate ante hoc inſtans præſens, fuit curſus ſortis, ergo curſus ſortis deſinit eſſe. Secundus autem modus deſeruit rebus permanentibus & rō horum eſt hæc, Quia in rebus ſucceſsiuis non eſt dabile vltimum ſui eſſe, ſed primum ſui non eſſe. In permanentibus autem eſt dabile vltimum ſui eſſe &c Sed pro nunc ſuſtine: qm̄ hęc tibi declarabuntur in trac. de. 1. & vltimo inſtāti, quem ordinauimus in lib. 8. phy. in epitomatibus noſtris. *De Deſinit.*

Propō de ablatiuo in conſequentia, probatur per diſiunctiuam compoſitam ex cauſali, vel temporali, vel conditionali. exemplum, Sole oriente fit dies: ſic probatur, Quia ſol oritur, fit dies, vel qn̄ ſol oritur, fit dies vel ſi ſol oritur, fit dies. Prima categorica eſt cauſalis, ſecunda temporalis, tertia conditionalis. *Ablatiuus in cōſequētia.*

Conſtat igitur tibi quid ſit propō probabilis per cauſas veritatis, & quomodo probantur propōnes de incipit, & deſinit, tam in permanentibus quam in ſucceſsiuis, & qūo probatur ablatiuus in conſequentia.

Concluſiones illatas ex his modis probandi, vide in Paulo vbi ſupra.

Tractatus Decimi de Terminorum Probationibus, Finis.

TRACTATVS VNDECIMVS MAGISTRI *Chriſoſtomi Iauelli de Syllogiſmo Demonſtratiuo, ex libris Poſteriorum Analyticorum Ariſt. ſumptus.*

POſt cõſiderationem de ſyllo formali, & nõ contracto ad aliquam mãlem, acturi ſumus in pſenti tra. de ſyllo demratiuo, de quo ptractat Ariſ. in libris poſter. Talem nãq; ordinem propoſuit Ariſ. in. 1. prio. vbi inqt, { Dicẽdum eſt p q̃, & qñ, & quõ fit oĩs ſylls. i. formalis, & abſolute ſumptus, poſtea vero dicemus de demrõne } prius n. dicẽdum eſt de ſyllo quam demonſtratione eo quod vlior eſt ſyllogiſmus. Nam demonſtratio quidam ſyllogiſmus eſt, ſylls vero non omnis demonſtratio. Hæc Ariſtoteles, ex quibus conſtat libros Poſteriorum immediate ſeq libros priorum. Rõnabiliter ergo poſt tractatum de ſyllo formali, expedit ordinare pſentem in trac. qui correſpondebit libris Poſteriorum, ſicut pcedẽs correſpõdet libris priorum; & aduerte, quod qui compoſuerunt ſumulas in Logica breuiantes Logicam Ariſtotelis, nullum tractatum correſpondentem libris poſte. ordinarunt vt patet in Logica Petri Hiſpani, cuius rõnem duplicem aſsignant eius expoſitores. Prima eſt, quod ſcientia de demonſtratione tradita in lib. poſter. eſt nimis difficilis iuuenibus, cui vt nouitij incipiũt erudiri in Logicalibus. ex conſequenti non ſunt capaces tantæ difficultatis, ideo non oportuit facere tractatum de ſyllogiſmo demonſtratiuo. ſecunda eſt quod ſcientia de ſyllogiſmo demonſtratiuo eſt adeo fructuoſa, & fertilis in lib. poſteriorum, ꝙ abbreuiari non potuit.

Sed ſi bene aduertis vtraq; rõ potius deberet cõcludere oppoſitum. nam quia ſcia libri poſte. eſt maxime difficilis, & inacquiſibilis à nouitijs eo modo quo tradit illic, ideo expedit reſolutum, & plano ſtilo formare tractatum introductorium ad libros poſter. in quo

ingenium

ingenium nouitij, aliquãtulum exercitatum potẽtius euadet ad intelligendum libros Poſteriorũ: ſecũda rõ parũ valet, nã licet doctrina poſterioriſtica fructuoſa & abũdans ſit, tñ non incõuenit eã breuiare, dimiſsis maioribus difficultatibus pro nunc, quæ tractãtur ab Ariſto. in libris Poſterio. Nam & Priſcianus, et Donatus abbreuiati ſunt: Præterea, breuiati ſunt libri Ariſ. nãlibus, qui ãbũdãtes & fertiliſsimi ſunt, ergo & libri Poſterio. breuiari pñt. Conabimur igiť in p̃ſenti trac. cõpendioſe enucleare mentem & doctrinã Ariſt. quã diffuſe tradidit in libris Poſteriorum, & p̃cipue in primo. Hũc igiť tractatũ diuidimus in tredecim capita.

In primo reſoluenda ſunt aliqua, vt prima fundamenta, ſine quibus vera ſciã de demõſtratione in via peripatetica haberi non poteſt.

In ſecũdo diffinienda eſt demõſtratio per cãm finalẽ & mãlẽ, & duo errores extremi reprobãdi ſunt.

In tertio ex quibus præmiſsis fiat demonſtratio potiſsima.

In quarto ex quibus & qualibus non fit demonſtratio.

In quinto ex quibus & qualibus principijs fit demonſtratio virtualiter.

In ſexto quõ oẽs ſcientiæ conueniunt & diſconueniunt in principijs cõmunibus & proprijs.

In ſeptimo de differentia inter demonſtrationẽ propter quid & demonſtrationem quia.

In octauo in qua figura ſyllogiſtica fiat p̃cipua demonſtratio, quæ facit ſcire ſimpliciter.

In nono, de ſyllõ generante in nobis ignorantiam.

In decimo, de p̃ceſſu demõſtrationis in infinitum.

In vndecimo, de cõparatione demõſtrationũ adinuicem quo ad perfectionem & nobilitatem.

In. 12. de comparationẽ ſcientiarũ adinuicem

In decimotertio, de medio in demonſtratione potiſsima.

De præcognoſcendis ante demonſtrationem. Cap. I.

Tex. c. I. IN primo cap. agendũ eſt de illis, quorũ noticia præſupponiť demonſtrationi. Hæc aũt ſunt quatuor. Primum eſt hoc principium, oĩs doctrina, & oĩs diſciplina intellectiua fit ex præexiſtẽti. i. præhabita cognitiõe. Pro cuius noticia aduerte, qđ apud antiquos de ſcĩa nr̃a duplex fuit opinio. Vna quidẽ Heracliti & Socra. Tenuit Heraclitus, vt innuit Ariſt. in. 8. Phyſi. de nullo inferiori & corruptibili ente poſſe haberi ſciẽtiam, qm̃ ſunt in continuo fluxu, & nũquã in eodem ſtatu pmanente, vt patet in elemẽtis & elemẽtatis alterabilibus: ſcĩa aũt eſt de re inuariabili et quæ nõ poteſt aliter ſe habere, vt declarabimus infra, ğ &c. Socra. aũt tenuit quod donec viuimus, nõ poſſumus de aliquo habere ſcĩam, pp fallaciam ſenſuum, a quibus magis illudimur q̃ erudiamur, vt patet in Phedone de aĩa. Secunda opinio fuit Plato. qui concedit quod de entibus ſcĩam habere poſſumus, ſed nõ de nouo, qm̃ arbitratus eſt, aĩam creari cum omnibus ſcientijs, ſed cum vnitur corpori quaſi ſoporata, omnium obliuiſcitur, donec paulatim per viam ſenſuũ reminiſcať: propterea tenuit in Phedro nr̃m ſcire non fieri de nouo p viã ſenſuũ, ſed eſſe quoddam expergiſci & reminiſci. (Sed de his plenã noticiam habebis in libris de aĩa, & in. 7. lib. Metaphy. ideo pertranſeo.) Contra igitur vtramque opinionem, ponit Ariſto. hanc cõcl'onẽ, omnis doctrina & omnis diſciplina intellectiua fit ex præexiſtenti cognitione: quæ antequam probeť declaranda eſt. Aduerte igitur quod eadẽ cognitio intellectiua, quæ habetur per acquiſitionem diciť doctrina & diſciplina, ſed diuerſo reſpectu, nam vt eſt a magiſtro docẽte diſcipulum dicitur doctrina: eſt. n. doctrina actus docẽtis, vt aũt recipitur in diſcipulo a docente, dicitur diſciplina. Vnde doctrina & diſciplina ſe hñt vt calefactio actiua, & calefactio paſſiua. Dixi quæ habetur p acquiſitionẽ, quoniam cognitio, quæ habetur p pro-

priam inuentionem, non eſt doctrina neq; diſciplina, illa enim non habetur ab aliquo docente, ſed per proprium ſtudium, venatione ſenſuum, & virtute intellectus agẽtis, vt tibi manifeſtabitur in libro de Anima. Item aduerte quod per doctrinã & diſciplinam intellectiuam non intendit Ariſto. ſolam ſcientiam proprie dictam, ſed omnẽ cognitionem intellectiuam ſiue neceſſariam & certam, qualis eſt ſcientia: ſiue probabilem qualis eſt opinio & prudentia, vt tibi manifeſtabitur. Item aduerte quod dicit oẽm doctrinam &c. fieri ex præexiſtenti, ideſt ex prius habita cognitione indiſtincte ſumpta. Nã quædam fit ex præexiſtenti cognitione intellectiua, vt cognitio cõcl'onis fit ex præexiſtẽti cognitione primorũ principiorũ, q̃ ẽ cognitio intellectiua, q̃ hẽtur lumine intell's agẽtis, vt tibi declarabit infra. Cognitio aũt primorũ principiorũ cãtur ex cognitione ſenſitiua, in qua eſt ſtat', neq;.n. neceſſe eſt ſenſitiuã cãri ex priori ſenſitiua, aliter ꝓcederet in infinitũ. Sẽſus ḡ cõcl'onis eſt iſte, oĩs cognitio intellectiua acq̃ſita ꝑ doctrinã et diſciplinã, fit ex priori cognitiõe intell'iua vel ſenſitiua: ex intell'iua q̃dẽ vt cognitio ꝯcl'onis, ex ſenſitiua ãt, vt cognitio primorũ principiorũ. 3. de Añia

Hanc igit cõcl'onẽ ſic declaratã, ꝓbat per inductionem Ariſto. hoc modo. Scientiæ mathematicæ cauſatur ex priori cognitione. Nã, vt patet in principio Euclidis, præponunt quędã principia nãliter cognita ex cognitione terminorũ ꝑ viam ſenſus, vt pũctus eſt cuius pars nõ eſt, totũ eſt maius ſua parte, circulus eſt figura vna linea ꝯtẽta. Et ex his principijs p̃cognitis Mathema. deducit cõcl'ones ſuas: ḡ doctrina, & diſciplina mathematica fit ex præexiſtẽti cognitione. Doctrina dialectica ſiue diſputatiua, ꝑ q̃ acquirit opinio, et quę vtitur ſyll'o & inductione, fit ex prius cognitis. Nam per ſyll'm cõcluditur cõcluſio ex p̃miſſis notioribus. Aliter ſyll's eſſet fruſtra, ſi præmiſſæ nõ eſſent prius & magis notæ quã cõcl'o, vt tibi declarabit infra.

Doctrina pſuaſiua, q̃ eſt ipſa rhetorica, q̃ pp incertitudinẽ non vtiť ſyllo, nec inductione, ſed enthymemate & exẽplo, fit ex prius cognitis. Nam rhetoricus et orator, p vnũ exẽplũ prius cognitũ, aut p plura iam expta, concludit aliud ſingulare p tpe futuro. v.g. Dicit orator, Dionyſius petẽs munitiones et fortalitia tyrannizauit, & alius petens idẽ tyrannizauit, ergo & iſte qa petit idẽ tyrannizabit. Enthymemate aũt ſic arguit. Sortes vicit paleſtrã, ergo mereť coronari. Conſtat ergo q oĩs cognitio intellectiua ſiue ſit vera ſcĩa, vt in mathematicis: ſiue ſit pbabilis opinio, vt in dialecticis & diſputatiuis & oronibus rhetoricis, quæ acquiritur per doctrinam & diſciplinam, fit ex præexiſtenti cognitione, ſiue ex aliquibus prius cognitis.

Tex.c. 2. præcognitio duplex quid, & quia. Scd'm eſt hæc cõclo veluti correlarie ſequẽs ex pce dẽti principio, & eſt hæc. Anteq̃ probeť cõcluſio per ſyllm demõſtratiuũ, oportet duo pcognoſcere. ſ. quia eſt, & q̃d eſt: pro cuiꝰ notitia aduerte, q ad demõſtrationẽ tria requiruň, primo reqriť aliqd' principium cõplexũ verũ, qd' in demonſtratione eſt ppoſitio ſiue pmiſſa, & tale principium appellať maxima ſiue dignitas pp apertã veritatẽ, & ſuper q̃ tota demõſtratio fundať, vt tibi declarabiť infra. Secũdo reqriť pdũ proprium, qd' eſt propria paſſio ſiue habens modũ propriæ paſsionis, & hæc eſt maior extremitas. Tertio requiriť ſubm ſiue natura illa, de qua demonſtranda eſt propria paſsio. & tale ſubm eſt minor extremitas, & ex ſubo & propria paſsione cõponiť cõclo demõſtrabilis. v.g. volo demonſtrare, oẽm hoiem eſſe riſibilẽ, hæc eſt cõclo, oĩs hõ eſt riſibilis, & demonſtrať ſic, oẽ animal rõnale eſt riſibile: hoc eſt principium complexum, cuius pdum eſt propria paſsio. Ois hõ eſt aĩal rationale, huius minoris ſubm de quo demõſtrať paſsio eſt homo, ergo omnis homo eſt riſibilis. Hæc eſt concluſio demonſtrata conſtans ex paſsione & ſubo ſuo.

Cũ igitur oĩs doctrina & diſciplina intellectiua, in-

ter quas ea quæ habeť per demonſtrationē, eſt præcipua, fiat ex aliquibus præcognitis, oportet anteq̃ demonſtreť cõclo, præcognoſcere principia, ex quibus procedit demõſtratio, & paßionē demõſtrabilē de ſubiecto, & ſubm̃ de quo demõſtrãda eſt ꝓpria paßio.

Vt aũt ſcias quid de principijs cõplexis & de paßione & de ſubo præcognoſcẽdum ſit, aduerte, ꝙ cũ duæ tm̃ ſint prçcognitiones .ſ. qa eſt & quid eſt oportet de principijs & ſubo, & paßione, aut vtrũq; præcognoſcere, aut alio & alio modo. Primũ nõ põt eſſe, qm̃ de principijs cõplexis nõ poſſumus præcognoſcere quid ſint, ſed tm̃ quia ſunt, ideſt quia vera ſunt, & ideo ſuper veritatē eorũ præcognitã fundať conclusionis demonſtrande veritas: nã cũ principia quas dignitates dicimus ſint notiſsimæ veritatis, nõ oportet ea diffinire. Datur.n diffinitio cã innoteſcẽdi. Præterea notificabiť tibi in ſeptimo metaphyſicæ, ꝙ complexa ſunt indiffinibilia. De principijs ergo p̃cognoſciť quia ſunt vera, et nõ præcognoſciť quid ſunt, qm̃ ſunt indiffinibilia, vt de hoc principio, de vnoquoq; eſt vera affirmatio vel negatio, præcognoſcitur ante oẽm demonſtrationē quod eſt veriſsimũ. De paßione aũt puta de riſibili oportet præcognoſcere qd eſt, ſaltem qđ dicitur ideſt quid ſignificať p nomē. Nam cum ſit quid incomplexum, & nõ ſit per accñs, eſt diffinibilis. De ea aũt nõ oportet p̃cognoſcere quia eſt, quia per demonſtrationē paßionem in eſſe ſubo concluditur, vt riſibile ineſſe homini. Quod aũt cõcludiť, per demonſtrationē, nõ prçcognoſcitur, ſed poſt: ergo de paßione non præcognoſciť, ſed cõcludiť qa eſt. Tex.c.3.

De ſubiecto aũt oportet p̃cognoſcere vtrũq; .ſ. quid eſt, & quia eſt. Quid eſt quidē, qm̃ in demonſtratione potiſsima vt tibi declarabitur infra, medium eſt diffinitio & qd ſubiecti. Medium aũt oportet præcognoſcere, aliter procederemus ex ignoto ad ignotũ. Nam niſi præcognoſcerem hoiẽm eſſe animal rõnale ineui-

denter concluderem hominem eſſe riſibilem Oportet etiam præcognoſcere de ſubiecto quia eſt, vel ſaltem non repugnat ſibi eſſe. Nã cum de nõ ente non habeatur ſcia, qm̃ vniuerſaliſsimum obiectũ intellectus eſt ens, neceſſe eſt oẽ ſcibile eſſe ens. Ens aũt eſt, qđ eſt vel põt eſſe, vel ſibi non repugnat eſſe, ergo de quolibet ſubõ ſcibili oportet præcognoſcere nõ ſolũ quid eſt, ſed etiam quia. Conſtat ergo tibi quod ante demonſtrationem oportet præcognoſcere qa de præmiſsis, & quid nominis de paſsione, & de ſubõ qd & quia. Dico aũt de ſubõ quid rei, & nõ ſolum quid nois, ad differẽtiam de quid quod de paſsione præcognoſcit.

Tertio declarãdus eſt ordo præcognitionis, qui eſt inter principia, i. præmiſſas & concluſionẽ. Nam dictum eſt quod antequã deducatur concluſio ex principijs i. ex præmiſsis, oportet ea præcognoſcere quia ſunt, ſ. vera, vt procedamus ex notioribus, aliquid autẽ põt eſſe prius cognitum cõclõne duobus modis, ſ. prius tempore & prius nã. Declarandum eſt ergo ſi præmiſſe prius tpe cognoſcuntur cõcluſione, vel ſolũ natura. Tu igitur aduerte, qđ in demonſtratione ſunt duo principia, ex qbus deducit cõclo, ſ. ꝓpoſitio maior, quæ debet eſſe vlis, & propoſitio minor, q̃ põt eſſe vlis vel particularis. Et quidẽ ſi loquamur de maiori, dicit Ariſt. qđ præcognoſcitur tpe. v.g. Facio hãc demonſtrationẽ. Omnis hõ eſt riſibilis. Sortes eſt homo, ergo ſortes eſt riſibilis. Cõſtat quod iamdiu poſſum ſcire maiorem, & nunc ſcio cõclonem, quoniam ante deductionem neſciebam ſortem eſſe riſibilẽ. Nã bene ſtat quod ſcientiam habeam in vli, & nõ in particulari, quoniam ſorte non aduerti hoc particulare cõtineri ſub vniuerſali. Si autem loquimur de præcognitione propoſitionis minoris, dicit Ariſto. quod ſi demonſtrãs aduertit minorẽ contineri ſub maiori, nõ præcognoſcitur tempore, ſed ſimul & in eodẽ inſtanti cũ concluſione. Cum hoc tamen ſtat quod præco-

gnoſcitur prius natura: qm̄ cognitio concluſionis pen det a cognitione p̄miſſarū & nō econuerſo. Stat ergo reſolutio in hoc, quod maior & minor cognoſcuntur prius nā cōcl'one, ſed maior non ſolum naturā, ſed etiā tempore. Minor aūt cognita contineri ſub maiori, tantum prius natura. Nā cognita maiori & minori vt cōtenta ſub maiori, ſtatim & in eodem inſtanti cognoſcitur concluſio. Notanter dixi, cognita minori vt cōtēta ſub maiori, qm̄ ſi in minori aſſumatur aliquid contentum ſub vniuerſali maiori, & hoc nō cōſtet demonſtranti non ſtatim habetur concluſionis cognitio, ſed prius oportet manifeſtare per aliquod medium, qd' aſſumptum in minori continetur in vniuerſali aſſumpto in maiori. v.g. Aſſumitur in maiori quod omnis triangulus habet tres æquales duobus rectis, & ſubſumit qd' figura deſcripta in ſemicirculo eſt triangulus. Si demonſtranti conſtat minorem contineri ſub maiori. puta quia aduertit figuram deſcriptā in ſemicirculo eſſe triangulum, ſtatim cognoſcit concluſionem. Si autem non aduertit, oportet eam probare, & ſic non cognoſcetur concluſio donec probatum fuerit minorē contineri ſub maiori, & in eo caſu, maior & minor cognoſcuntur prius natura & tempore ipſa concluſione. Conſtat igitur tibi quomodo principia ſiue præmiſſe, præcognoſcuntur cōcluſione, et qua prioritate.

Quarto declarandū eſt vtrū ſicut p̄miſſæ p̄cognoſcunt̄ cōcl'one, ſit cōcluſio præcognoſcat̄ antequā per inductionem vel per ſyll'm demonſtratiuū probetur. Huic quidem dubio reſpondens Ariſto. determinat veritatem, deinde ſoluit argumentum Plato. qui vr̄ arguere contra determinationem fiendam. Tu igitur aduerte, quod mens Ariſtotelis eſt, quod cognitio cōcluſionis antequam demonſtretur, eſt ſicut eſſe effectus nālis in cauſis ſuis præexiſtētibus. De illo aūt cōſtat qd' hēt eſſe in potētia ſiue i virtute in cauſis ſuis. ſ. in efficiente & in materia antequā producatur. Non *Tex. c. 4.*

autē habet eſſe actu in rerū natura extra cās ſuas, niſi poſtquā productus fuerit habere aūt eſſe in potētia ſi ue in virtute eſt habere eſſe ſcd'm quid, qm̄ eſt mediū inter non eſſe ſimplr, & eſſe ſimplr. Habere vero eſſe in actu per productionē, eſt habere eſſe ſimplr. Sic in propoſito cōcluſio anteq̄ demonſtreť eſt cognita ſecundum quid, i. in virtute in principijs ſuis. Nā q cognoſcit hoc principium, oīs triangulus hēt tres angulos æquales duobus rectis, cognoſcit virtualiter qd' oīs ſpēs trianguli, puta iſocheles iſopleuros & ſcalenō hēt tres æquales duobus rectis. Actu aūt et ſimplr nō eſt cognita, niſi poſtquā p inductionē aut demonſtrationē & ꝓbata fuerit, ſicut nec effectus nālis hēt eſſe actu & ſimplr niſi poſtquā extra cās productus fuerit. Hæc eſt determinatio Ariſto. quæ eſt media inter duas ſentētias extremas, quarū vna fuit Heracliti, vt tibi declarabiť in. 8. Phyſico. qui tenuit qd' de nulla re poſſumus habere ſciām, ex cōſequēti cōclo neſciť neque ſcd'm quid ante demonſtrationem, neque ſimplr poſt demonſtrationē. Altera fuit Plato in lib. Mennonis, q tenet qd' cōclo ante demonſtrationē eſt ſimplr ſcita, ita ꝙ per demōſtrationē nō addiſcimus de nouo cōclonē, ſed tm̄ reduciť ad memoriā, & ſic noſtrū ſcire eſt tm̄ reminiſci. Hanc aūt imaginationē Plato ſic conatur probare. Sumatur aliquis imperitus Geometriç, & proponatur ſibi aliqua cōcluſio geometrica, puta quod quadratū habet quatuor angulos rectos, & interrogetur ſi ſcit hāc cōclonē. Si reſpondet quod ſic, ergo ante demonſtrationē ſcit eā ſimplr ex conſequēti nō adiſcit eā de nouo, eſt. n. cōtradictio, adiſcere qd' ſcimus: ſi rn̄det quod nō, interrogeť ordinate incipiēdo a primis principijs geometriæ, & ꝓcedať ordinate p interrogationes & reſpōſiones vſq; ad cōclonē ſibi ꝓpoſitā, & videbis qd' cū ad cōclonē deuentū fuerit dicet ſe eā ſcire, ergo & ante ſciebat, ſed quia oblitus erat, p interrogationes, & reſponſiones ordi-

natas reducitur ad memoriam, ergo p argumentatio-nem non fit in nobis noua ſcientia, ſed reminiſcentia.

Hoc igiẽ Plat argumẽtum ſoluẽs Ariſ. dicit qđ non inconuenit id qđ de nouo addiſcitur, fuiſſe prius ſcitũ, ſed nõ eodẽ modo. Nam nihil ꝓhibet fuiſſe prius ſcitũ in virtute, i. in primis principijs, q̃ ſunt nobis nãliter nota, & adiſci de nouo q̃ ad cognitionem actualem, & ꝓpriam p deductionem cõcl'onis ex ſuis principijs. Vnde imperitus geometricæ, cui ꝓponiẽ pdicta concl'o, rñdere põt, quod ante deductionem ex principijs ſcit eam in virtute, & ẽm q̃d, inq̃tum lumine nãli cognoſcit prima principia, in q̃rum cognitione virtualr cõtinetur cognitio cõcl'onis. Poſt deductionem aũt ex prĩcipijs ſcit eã actu, & ſimplr, & diſtincte, & ſic patet qđ nõ ſeq̃tur qđ adiſcamus id quod prius erat actu ſcitũ, vt arbitraẽ. Plato, ſed quod prius erat ſcitum in potentia. Hoc aũt nõ ẽ incõueniẽs. Sicut nõ incõuenit roſam habẽtẽ eſſe potẽtiale in radice deduci ad eſſe actuale per cauſas ſuas nãles. Ex ꝯñti nõ incõuenit id qđ ens eſt, de nouo gñari, ſic intelligẽdo, id qđ eſt ens in potẽtia, de nouo gñari vt habeat eſſe actu. Cõſtat igiẽ tibi qũo in via pipatetica hæc quatuor debẽt eſſe tibi nota, anteq̃ demõſtres, p̃, q̃ oĩs doctrina, & diſciplina intellectiua, cãtur in nobis ex aliquorũ p̃cognitione, ſecũdo qđ de principijs ꝯplexis p̃cognoſcẽdum eſt q̃a, & nõ q̃d, de paſsione q̃d, & nõ q̃a, de ſubiecto aũt q̃d, & q̃a, modo q̃ declarauimus. tertio qđ p̃miſſę p̃cognoſcũtur cõcluſione, ſed maior prius tpe, minor aũt ſi cognoſcitur cõtineri ſub maiori, cognoſcitur ſimul tpe cum concl'one, ſed prius nã, quarto contra Platonem, quod concluſio antequam demonſtretur præcognoſcitur, ẽm quid in ſuis principiis, poſt demonſtrationem autẽ cognoſcitur, & ſcitur ſimplr, & actu, & propria, diſtincta cognitione. Hæc de præcognoſcendis ante demr̃onem dicta ſint, & hic terminamus primum cap. Poſt quod inueſtigandum eſt, quid ſit demonſtratio.

Cap. 2. in poſte.

IN ſecũdo cap. inueſtigãdum eſt q̃d ſit demr̃o, quod eſt principale cõſideratum in hoc trac. & ab Ariſt. in lib. poſteriorum. Hic igitur tria agenda ſunt, primo antequam diffiniatur demr̃o, diffiniẽdum eſt ipſum ſcire, q̃m ad cauſandum ſiue acquirendum ſciam ordinatur demr̃o ſicut inſtr̃m ad finem, prius autem oportet cognoſcere q̃d ſit finis, quã medium ad finem, ſecũdo diffinienda eſt demr̃o per cãm finalem, & mãlem, & vtraq; diffinitio per ſingulas particulas eſt manifeſtanda, tertio ex determinandis excludendi ſunt duo errores extremi, & media via eſt vera, vt tibi declarabitur in loco ſuo.

Quãtum ad primum vt ſcias in quo ſenſu Ariſ. intẽdit diffinire ipſum ſcire, vt ẽ finis demr̃onis, aduerte q̃d in via ꝑipatetica ſcire ſumitur duobus modis, ſ ſcire ꝑ ſe, ſcire ꝑ accidens. Scire per ſe eſt cognoſcere cõclõnẽ ex ꝓpõnibus, & p̃miſsis per ſe, vt q̃n cognoſco hoĩem eſſe riſibilem per hãc maiorem, aĩal rõnale eſt riſibile, quæ eſt in ſecundo modo per ſe: & per hãc minorem, homo eſt aĩal rõnale, quæ eſt in primo modo per ſe, vt tibi declarabitur infra, & ex his præmiſsis per ſe concluditur, hoĩem eſſe riſibilem. Scire per accidens eſt rẽ cognoſcere per p̃miſſas per accidens, vt q̃n ꝓbatur q̃d homo ędificat ſic arguendo, album ædificat, homo eſt albus, ergo homo ædificat. Hoc eſt ſcire per accñs, q̃m concluſio, & p̃miſſæ ſunt propoſitiones per accidens, nec eſt verum ſcire, ſed apparens, & modo ſophiſtico, vt tibi declarabitur in fallacia accidentis.

Scire autem per ſe eſt verum ſcire. ſed eſt duplex, ſ. ſcire ſimpl'r, & ſcire ẜm quid. ſcire ſimpl'r eſt ſcire concluſionem per cãm ꝓpriam, & ĩmediatam, vt q̃n ſcio hominem eſſe riſibilem, quia eſt rõnalis. Rõnalitas enim eſt ꝓpria, & immediata cauſa riſibilitatis. Scire autem per ſe, ſed ẜm quid, eſt ſcire cõclõnem per ſignum, aut per effectum, aut per cauſam vl'em, & remotam, & hęc

omnia tibi manifeſta erunt infra, qn̄ loquemur de demonſtratione ꝓpter quid, & demonſtratione quia. Nam demonſtratio propter quid facit ſcire per ſe ſimpliciter, & perfectiſsimo modo. Demonſtratio autem quia facit ſcire per ſe, ſm quid, & valde imperfecte. His præmiſsis aduerte, quod Ariſto. non intendit hic diffinire ipſum ſcire vniuerſaliter ſumptum, ſed cōtractum ad ſcire per ſe, & ſimpliciter & perfectiſsime. Sic enim eſt finis demonſtrationis potiſsimæ, quę eſt ſola demōſtratio propter quid. Si igitur diffiniens ipſum ſcire modo prædicto inquit, Scire opinamur ſimpliciter vnumquodque, & non ſophiſtico modo, quod eſt ſcire ſecū dum accidens, cum arbitramur cauſam cognoſcere, ꝓpter quam res eſt, & quoniam illius eſt cauſa, & non contingit hoc aliter ſe habere. Primo dicitur, quod ſcire ſimpliciter eſt rem per cauſam cognoſcere, vt per hoc diſtinguatur a ſcire per effectum, vt quando ſcimus ignem eſſe calidum in ſummo, quoniam non ſolum calefacit, ſed etiam comburit, & deſtruit quicquid in eo immittitur. Secundo dicitur, quoniam illius eſt cauſa, id eſt cauſa eius propria, & non communis tali rei ſcibilis, & alteri, vt per hoc diſtinguatur a ſcire per cauſam vl'em, & remotam, vt quādo ſcimus lapidem non reſpirare, quia non eſt animatus, ſed eſſe animatum non eſt cauſa propria reſpirandi, quoniam multa ſunt aīata, q̄ non reſpirant vt arbores, & aīalia impfecta, vt vermes &, propria autem cauſa reſpirandi eſt habere pulmonem. Vnde, quando ſcio hominem reſpirare, quia habet pulmonem, ſcio ſimpliciter, qm̄ ſcio per cauſam, quæ eſt illius reſpirationis cauſa. *ſcire quid ſit.*

Tertio dicitur, & non contingit aliter ſe habere, id eſt & cauſa illius eſt infallibilis, & neceſſaria, vt per hoc diſtinguatur a ſcire per ſigna probabilia. vt quando ſcimus infirmum ſanandum, quoniam vrina eſt clara, & apparet vt vrina ſani, hoc enim ſignum fallax, & poteſt ac ſæpe contingit aliter ſe habere, Nam

vrina ſæpe apparet vt ſani,& tñ infirmus tēdit ad mortem:oportet igitur cām, pp ꝙ aliqd ſcimus ſimplr,i. medium cōcl'onis,eſſe neceſſariam,et qm̄ ſcibile ac ſcia ſunt correlatiua,oportet quod ſicut cā ſciēdi eſt neceſſaria,ita ſcibile,q̄ eſt,cōcl'o,ſit neceſſaria. Vnde concl'onem cōtingēte nō poſſumus ſimplr ſcire,ſed de ea opinionē hr̄e.Cōſtat igif qd ſcire ſimplr eſt p cām ꝓpriā & neceſſariam,& de cōcl'one neceſſaria,quam cām,& quam concluſionem non contingit aliter ſe habere.

Prędicta igiť diffō de ſcire ſimplr ſic ſit manifeſtata, ꝙ Ariſt.notificata ſigno famoſo,& cōi hominum ſententia,quod eſt hoc,tam ſciētes quā neſciētes arbitrātes tñ,& fundantes ſibi ſe ſcire opinantur ſe ſcire, qñ rem p cām ꝓpriam,& neceſſariam cognoſcunt: ergo cum famoſum non ſit falſum ſcire eſt per cām cognoſcere, qm̄ illius eſt cā, & non contingit eam aliter ſe habere. Hæc de ſcire ſimplr,& perfectiſsimo modo quid ſit dicta ſint.De ſcire autem ſm quid,i.ab effectu,& p cauſam remotam dicemus infra,quando loquemur de demonſtratione quia,ſiue a poſteriori.

Quātum ad ſecūdum diffiniēda eſt demr̄o, quæ eſt inſtr̄m intell's ad ſcire,& ſcīam acquirendam. Sed,anteq̄ diffiniamus eam,aduerte quod ſicut non diffiniuit ſcire vl'iter ſumptum,ſed ſcire per ſe, & perfectiſsime acceptum,ſic intendit hic diffinire demr̄onem potiſsimam,quæ cauſat ſcire ſupra diffinitum,& ex q̄bus,et qualibus p̄miſsis cōſtat.hæc aūt dr̄ demr̄o a priori, & demr̄o pp qd.De demr̄one autem q̄a quid ſit, & qūo faciat ſcire,& ex q̄bus conſtet,& quare dicitur demr̄o a poſteriori ſiue ab effectu declarauimus infra.His pręmiſsis aduerte,quod Ariſt.duplicem aſsignat diffōnē de demr̄one pp qd ſiue potiſsima.Vnam quidem per cām finalem,alteram per cām mālem.Nam ſicut domus diffinitur per finem ſic,Domus eſt qd ꝓtegēs nos a frigore,& ab æſtu,& pluuia &c.Nam pp has cauſas ædificamus domum,& diffinitur per mām ſic,domus

Demonſtratio pp quid.

eſt qd compoſitum ex lapidibus,& lignis, & cemen⸗to etc. Sic diffinitur demro pp qd per finem ſic. Demro eſt ſylls ſcientialis,i. cauſans in nobis ſcire, quod ſupra eſt diffinitum. & aduerte quod ly. Sylls, ponitur vt genus, eſt enim in plus: qm ois demro eſt ſylls, ſed non econuerſo. ly ſcientialis eſt dria, qua differt demonſtratio a ſyllogiſmo dialectico, & ſophiſtico. Nam dialecticus non cauſat in nobis ſcientiam, ſed opionem. Sophiſticus vero nec ſcientiam, nec opinionem, ſed errorem & fallaciam, ut patet in lib. Elenchorum.

Per cām mālē ſic diffinitur ab Ariſ. Demro eſt ſylls conſtans ex pmiſsis veris primis immediatis, notio⸗ribus& prioribus cauſiſq; conclonis. Hanc Ariſt. duplr pbat. primo per diffonem datā per cauſam finalē ſic, ois ſylls faciēs ſcire, & ſimplr, & perfectiſsimo modo, eſt ex pmiſsis veris primis &c. Sed demro pp quid facit ſcire, & ſimplr, & perfectiſsimo modo, ergo eſt ex veris primis imediatis &c. Minor qdem patet, qm eſt diffō date de demrone pp quid per cauſam finalē, maior autem manifeſtabitur ſtatim pbando, & declarando ſingulas partes diffonis datæ per cauſam mālē. Pro cuius euidentia ponuntur tres concluſiones. Prima eſt. Omnis demro faciens ſcire ſimplr eſt ex veris. ſecunda eſt, omnis demro faciens ſcire ſimplr eſt ex primis, & immediatis. tertia eſt, omnis demro faciens ſcire ſimplr eſt ex prioribus, & notioribus, & cauſis concluſionis. Prima ſic pbatur ad mentem Ariſt. oē quod demonſtratur eſt verum, qm eſt ens: ſed ens, & verum conuertuntur: qm vtrūq; eſt tranſcendens. tunc vltra, ſi omne quod demōſtratur eſt, verum ergo demro, quæ facit ſimplr ſcire, eſt ex veris. patet conſequentia. Nam ſi demro faciens ſcire eſſet ex falſis, ergo falſitas eſſet cā ſcientiæ, quod eſt impoſe: qm cum ſcientia ſit vera cognitio, & cauſetur ex demrone, ſi demro eſt ex falſis, ergo oppoſitum eſſet cauſa oppoſiti. ſ. falſitas eſſet cauſa ueritatis, quod eſt impoſsibile, ergo conſtat quod,

neceſſe eſt demonſtrationem facientem ſimpliciter ſcire, eſſe ex præmiſsis veris.

Secunda conclo probatur ſic Omnis demro faciēs ſcire ſimpliciter eſt ex his, ſine quibus ſcia haberi non pōt. hæc manifeſta eſt. ſed ſine præmiſsis veris, & primis & immediatis, non pōt haberi ſcientia: ergo &c. Minor ꝓbatur, quod ſine pmiſsis veris non poſsit haberi ſcia, iam ꝓbatum eſt, quod ſine primis ꝓbať ſic. Si demro faciens ſcire ſimplr non eſſet ex primis, ergo non eſſet ex propriis principiis, ex ꝯñti non faciet ſcire ſimplr, ſed ſm quid, & ſm accidens, ut declarauimus in diffōne data de ſcire ſimplr Pro euidentia conſequētię, quæ fuit hæc, ſi non eſt ex primis, ergo non eſt ex propriis principiis, aduerte quod ly primis exponi poteſt duplr, primo ex primis i. ex vliſsimis, quæ dicuntur principia prima, & dignitates, & maximæ, vt non ſunt contradictoria ſimul uera, impoſe eſt idem ſimul eſſe, & non eſſe, & de his non intendit hic Ariſtoteles, qm̄ vt declarabitur infra, tales primæ ꝓpōnes non ingrediuntur formaliter demonſtrationem, ſed tantū virtualiter. Hic autem loquimur de ingredientibus formaliter demrōnem. Secundo ex primis, i. ꝓximis, ex quibus ꝓxime infertur conclo. V.g. Hæc cōcluſio homo eſt riſibilis, ꝓxime infertur ex eo quod eſt aīal rōnale. Vnde ſic demonſtratur, oē animal rōnale eſt riſibile, omnis homo eſt animal rōnale. iſtæ duæ præmiſſæ ſunt primæ, i. ꝓximæ, ex quibus infertur hęc cōcluſio, ergo omnis homo eſt riſibilis Conſtat ergo quomodo demonſtratio eſt ex primis.

Quod autem non poſsit eſſe demro ſine præmiſsis immediatis, probatur ſic. Si eſſet demonſtratio, & non eſſet ex pmiſsis immediatis, i indemonſtrabilibus, non faceret ſcire, & ſic eſſet fruſtra. Probatur conſequentia ſi non eſſet ex immediatis, ergo eſſet ex mediatis, & demonſtrabilibus. Si ex demonſtrabilibus, ergo nōdum eſſent demonſtratæ: ſi nondum demōſtratę, ergo eſſent

incognitæ:ſi incognitæ, ergo non eſſent cã ſciendi conclusionem, ex ꝯñti talis demr̃o nõ faceret ſcire, qm̃ oĩs noſtra ſcientia fit ex aliquo notiori, & prius cognito, vt docuimus in primi capi. Oportet, ergo demr̃onem conſtare ex pr̨miſsis immediatis, vel tandem reſolui ad immediatas, vt tibi declarabitur infra.

Tertia cõclõ ſic ꝓbatur ad mẽtem Ariſ. Oĩs demr̃o potiſsima eſt ex his, ſine quibus nõ poſſumus aliquid ſimplr̃ ſcire. Hæc patet, qm̃ talis demr̃o eſt ordinata ad ſcire ſimplr̃, ergo ſi non eſſet ex his, ſine quibus non cõtingit aliquid ſcire ſimplr̃, talis demonſtratio fruſtra fieret. Sed ſine cauſis prioribus, & notioribus, cauſis dico concluſionis, non poſſumus aliquid ſcire ſimplr̃, ergo neceſſe eſt demr̃onem potiſsimã eſſe ex cauſis &c. Minor ꝓbatur, & primo quod ſine cauſis concluſionis nõ poſſumus ſcire ſimplr̃ concluſionem arguir̃ ſic: Scire ſimplr̃ eſt rem per cãm illius rei cognoſcere, ut docuimus ſupra in diffõne ipſi⁹ ſcire ſimplr̃, ergo ſi demonſtratio potiſsima non ꝓcederet ex cauſis concluſionis, non faceret ſcire conclõnem ſimplr̃, iſtæ autem cauſæ ſunt ipſæ p̃miſſæ, quæ non ſolum ſunt cãæ in cognoſcendo ſiue in inferendo concluſionem, ſed etiã in eſſendo, vt hæc cõclõ, Homo eſt riſibilis, deducitur ex eo quod aĩal rõnale eſt riſibile, & ex eo quod homo eſt aĩal rõnale, & vtraq; p̃miſſa eſt cauſa in eſſendo ipſius conclõnis. Riſibilitas enim hominis emanat a natura rõnali, vt a cauſa formali. ſecundo ex eo quod demonſtratio potiſsima eſt ex cauſis concluſionis in eſſendo, & non ſolum in inferendo, ſequitur qđ eſt ex prioribus, omnis enim cauſa in eſſendo eſt prior ſuo ſi effectu: qm̃ effectus pendet a cauſa, & non ecõuerſo. igitur demonſtratio potiſsima eſt ex pr̨miſsis, quæ ſunt cauſæ in eſſendo concluſionis, non ſolum eſt ex cauſis, ſed etiam prioribus ipſa concluſione.

Tertio ex hoc quod demr̃o potiſsima eſt ex cauſis prioribus concluſionis, ſeqt̃ur quod etiam bt ex cauſis

notioribus ipſa concluſione. Nam, vt declarabitur tibi in. 1. phyſi. innata eſt nobis via procedendi ex notiori bus ad minus nota, aliter ſi ꝓcederemus ab ignotis vel æque notis ad concl̃onem, nullam acquireremus ſcic̃tiam, oportet ergo demr̃onem potiſsimam vt faciat ſcire ꝓcedere ex præmiſsis, quæ ſint cauſæ in eſſendo cõcluſionis demonſtrabilis, & quæ ſint ex conſequenti priores, & notiores concluſione. Sed aduerte, qđ cum demr̃o ſit duplex, ſ. ꝓpter quid, de qua hic intẽdimus, & q̃a, de qua loquemur, vtraqꝫ eſt ex notioribus, ſed differenter: qm̃ in demonſtratione quia ſufficit eam eſſe ex notioribus nobis, ſed poſterioribus ſm naturã, quales ſunt effectus naturales, & ſenſati, per quos demonſtramus cauſas naturales, vt tibi declarabitur in phyſicis, in demonſtratione autem propter qd, oportet eſſe ex notioribus, & prioribus quo ad nos, & ſm naturam, quales ſunt demonſtrationes mathematicæ, & metaphyſicæ, vt tibi declarabitur infra, ponẽdo diſſerentiam inter demr̃onem ꝓpter quid, & quia. Qm̃ hic igitur diffinita eſt demonſtratio ꝓpter quid, intelli ge quod eſt ex notioribus non ſolum nobis, ſed etiam ſm naturam. Nam ex eo quod notius eſt nobis, & prius ac notius ſecundum naturam, hominem eſſe rõnalem quam hominem eſſe riſibilem, ideo demonſtramus a priori & notiori hominem eſſe riſibilem, quia eſt rationalis. Et quadratum conſtare ex quatuor angulis rectis, quoniam quatuor lineæ rectæ cadunt perpendiculariter ſupra ſeinuicem.

Hoc igitur modo maniſeſtata tibi ſit diffõ data per mãm demr̃onis potiſsimę & ꝓpter quid. Sed aduerte, qm̃ videbatur Ariſtoteli, ſe non declaraſſe, quid inten dat per hoc quod dixit demr̃onem eſſe ex veris & pri mis, & per hoc quod dixerat ex ĩmediatis, & per hoc quod dixerat ex notioribus: ideo hæc tria declarat in particulari, & ꝓ qđ intendat per ly primis. ſecundo qđ per ly immediatis. tertio quid per ly notioribus.

Quantum

Quantum ad primũ aduerte, qđ Ariſto. per ly ex primis dicit ſe intelligere ex proprijs principijs, vt ex cludat vniuerſaliſsima principia, quæ dicuntur digni tates, quæ nõ ingrediuntur demonſtrationem forma liter, ſed tm̃ virtualiter, vt tibi declarabit. Nã per prin cipia vniuerſaliſsima, concluſio nõ ſcit diſtincte & ſim plr, vt tibi manifeſtabit infra: principia aũt propria, ex quibus cõſtare debet demonſtratio pp quid, eſt dif finitio ſubi vel paſsionis, vel vtraq;, vt huius cõcluſio nis, hõ eſt riſibilis, demonſtratio fiet pp quid, ſi imme dium erit diffinitio hois, aut diffõ riſibilis, aut vtraq;, vt dicemus infra. Tũc erit demõſtratio ex primis. i. ex ꝓprijs prĩcipijs: & faciet ſcire ſimplr, qm̃ ſciemus cãm propriam & diſtinctam concluſionis. Conſtat igitur tibi, quid intẽdat Ariſto. per ly ex primis. *Demõſtratio ex primis.*

Quantum ad ſecundum aduerte, qđ Ariſto. per ly immediatis intẽdit propoſitionẽ immediatã, quam di cit eſſe principium demõſtrationis. Vt aũt habeas cla ram noticiam de propoſitione immediata, Ariſt. diffi nit eam, deinde diuidit in ſpecies ſuas. *Ex immediatis.*

Vt aũt ſcias quid ſit aduerte, quod propoſitio me diata eſt illa, qua eſt altera prior ſcđm nãm, per quam poteſt demonſtrari a priori, i. demonſtratione pp qd, & non ſolum demõſtratione quia. v. g. Hæc propoſi tio eſt mediata, homo eſt riſibilis, qm̃ habet priorem, ſcilicet homo eſt animal rõnale, per quam põt demon ſtrari, nam quod hõ ſit riſibilis pendet ex hoc quod homo eſt aĩal rõnale & non econuerſo. Propoſitio er go immediata oppoſito modo diffiniẽda eſt, ita, ſ. qđ ſit propoſitio, qua non ſit altera prior, per quam poſ ſit demonſtrari a priori. v. g. hæc eſt immediata, homo eſt animal rationale, quoniam inter diffõnẽ & diffini tum, nullum eſt medium prius, quod poſſit eſſe pro prium principium demonſtrationis: ex quo ſequitur, quod omnis propoſitio, cuius prædicatũ eſt ratio ſiue diffinitio ſubiecti eſt immediata & indemonſtrabilis:

bilis:bene ergo dicitur, quod ꝓpoſitio immediata eſt propoſitio qua non eſt altera prior.

Sed quæres quid ſit ꝓpõ, quæ ingredit̃ diffõnem propõnis immediatæ, ideo Ariſt. diffinit eam dicens. Propoſitio eſt enunciationis altera pars, vnũ de vno ſignificans: pro cuius noticia aduerte, qđ Ariſt. nõ diſfinit hic propõnẽ in ſua vniuerſalitate, vt diffiniuit in libro. 1. Perihermenias, dicens qđ eſt oratio verum vel falſum indicãdo & quam diſtinxit in affirmatiuam & negatiuã, ſed diffinit eam vt ſumitur in ſyllogiſmo, vt eſt præmiſſa ꝓ cõcluſione, & vt ſic eſt altera pars enũciationis, cuius ſunt duæ partes, ſ. affirmatiua & negatiua. Intendit ergo Ariſto. quod propoſitio, quæ eſt præmiſſa in ſyllogiſmo, eſt determinatæ altera pars enunciationis, quoniam determinate eſt affirmatiua vel negatiua, ita quod non poteſt indifferẽter eſſe affirmatiua vel negatiua. Nam in Barbara, præmiſſæ ſunt affirmatiuæ, & non poſſunt eſſe negatiuæ. Inferio maior eſt negatiua, & minor affirmatiua, & non poſſunt aliter eſſe. Senſus ergo Ariſtote. eſt, quod propoſitio, quæ eſt præmiſſa in ſyllogiſmo, ſit altera pars enunciationis, i. ſit determinatæ enunciatio affirmatiua, aut negatiua, ꝓ vt reqrit fig. & modus ſyllogizandi, de qbus actũ eſt in tractatu de ſyllõ formali. Dicit aũt ſignificans vnum de vno, qm̃ vt declaratum eſt in lib Perihermenias datur enunciatio vna, & enũciatio plures. Enunciatio vna eſt, in qua prædicatur vnum prædicatum re & nomine de vno ſubõ, vt homo eſt animal, animal eſt ſubã, plures aũt eſt in qua plura prædicãtur de vno, vel vnum de pluribus: exẽplum primi. Sortes eſt albus & doctus, exemplum ſecundi, Sortes & Plato ſunt hõ, vel Sortes & Plato trahunt nauem. Intendit ergo Ariſto. quod propoſitio, quæ eſt p̃miſſa in ſyllõ, nõ ſolum debet eſſe altera pars enunciationis modo quo expoſuimus, ſed debet ſignificare vnum de vno, qm̃ ſicut in ſyllõ cõcluditur

vnũ,i.vna concluſio,ſic propoſitio, quæ eſt in ſyllo principium et p̃miſſa debet eſſe vna et nõ plures. Vna aũt eſt, quę vt diximus ſignificat vnum de vno, ex cõſequenti excluditur propoſitio plures. Sed dices, cũ Ariſto. diffiniat propoſitionẽ per enunciationẽ, quæritur quod ſit enũciatio. per q̃ diffinita eſt propoſitio. Rñdet quod ſcd'm Ariſto. in hoc loco, enũciatio eſt quæ quãlibet partẽ cõtradictionis aſſumit: pro cuius noticia aduerte qd' contradictionis altera pars eſt affirmatiua, & altera negatiua, item altera pars eſt vera, & altera falſa. Intẽdit ḡ Ariſt. qd' enunciatio omnis eſt affirmatiua vel negatiua, vera vel falſa. Hac de cã dicit complecti partẽ quãlibet contradictionis, q̃m in ſe cõtinet affirmatiuam & negatiuam veram & falſam. Sed dices, cum Ariſto. diffiniat in hoc loco enũciationem per cõtradictionẽ, quæritur quid ſit cõtradictio. Ideo Ariſto. reſpondens inquit, cõtradictio eſt oppoſitio, cuius ſcd'm ſe nõ eſt inuenire mediam: cuius vna pars eſt affirmatiua, & altera negatiua: & vna pars ẽ vera, & altera falſa in omni mã, ſ. nãli, & remota & contingenti. Et per hoc diſtinguitur oppõ contradictoria ab omni alia oppoſitione, vt docuimus in poſt p̃ntis, & in tract. de propoſitione. Cõſtat igitur tibi qd ſit propoſitio apud demoſtratorẽ, & quid enunciatio, & qd contradictio. Et hęc omnia dicta ſunt, vt ſcias reſolute qd ſit ꝓpõ immediata, ex qua demonſtratio ꝓcedit.

Poſita diffinitione propoſitionis immediatæ, Ariſto. accedit ad diuidẽdum eam in ſpecies ſuas: pro cuius noticia aduerte ꝙ Ariſto. principium immediatũ, in quatuor ſpecies diuidit, quarum prima dicitur poſitio, ſecunda dignitas vel maxima, tertia ſuppoſitio, quarta diffinitio. Nam iſta quatuor ſunt indemonſtrabilia, modo quo dicetur.

Poſitio ſcd'm Ariſto. eſt oratio, quam nõ oportet demonſtrare, ſed ponere & acceptare tanquã veram: vt apud geometrã, iſtæ ſunt ꝓpoſitiones, a pũcto ad *Põ quid.*

punctum contingit lineam rectã ducere. Anguli recti ſunt æquales. Oẽ totum eſt maius ſua parte. Dico quã non oportet demõſtrare, qm̃ pro veritate eſt demonſtrabilis, cum prædicatum non ſit de ratione ſubiecti; tamen non eſt neceſſe eam demonſtrare in ſcĩa, in qua eſt poſitio, & in qua acceptatur vt vera per ſe. Non inconuenit aũt eam demõſtrari in alia ſcientia, vt in phyſica demonſtratur iſta, quod inter quælibet duo pũcta cadit medium, ex cõſequenti cadit linea, qm̃ medium inter duo puncta non eſt niſi linea. Poſitio ḡ eſt propoſitio indemonſtrabilis, ex conſequenti eſt immediata in illa ſcientia, in qua eſt poſitio, & in qua aſſumitur vt principiũ, & p̃miſſa ſylĩ demonſtratiui v.g Geometra volens demõſtrare quod anguli quadrati ſunt æquales, ſic arguit, Omnes anguli recti ſunt æquales: ſed anguli quadrati ſunt recti: ergo &c. Maiorẽ geometra nõ demonſtrat, quoniam apud ipſum eſt poſitio, & acceptatᷣ vt per ſe vera, minorẽ vero ꝓbat, qm̃ in quadrato linea ſuper lineam perpẽdiculariter cadit, ergo conſtituunt anguli recti. Conſtat ergo tibi quid ſit poſitio apud demonſtratorem.

Dignitas illi. Dignitas ſiue maxima eſt ꝓpõ, quã neceſſe eſt omnem addiſcentem acceptare, & illi ſtatim cognitis terminis abſq; alio diſcurſu & argumentatione aſſentiri, eo quod ſit per ſe nota ex euidentia terminorum. Et iſta ſunt principia prima, q̃ ſe hñt in acquiſitione ſcientiarum, ſicut ianua in domo, vt vult Ariſt. in ſecundo Metaph. Nã ſicut ianua domus omnibus patet, ſic & iſta principia omni rõne vtenti. Sunt aũt hæc duo omnium principiorum & dignitatum vniuerſaliſsima & notiſsima, de quibus diſputat Ariſt. in .4. Metaphy. contra negãtes ea. Vnũ quidẽ eſt affirmatiuũ, & eſt hoc, de quolibet verũ eſt eſſe vel non eſſe. Alterũ aũt negatiuũ, & eſt hoc, nõ contingit idẽ ſimul eſſe & non eſſe. Et ly nõ cõtingit æquipollet ly nõ põt, vel ĩpoſsibile. Hæc igiᷣ eſt dignitas ſiue maxima, quæ differt a poſi-

tione in duobus. Primo, quia dignitas eſt oĩno indemonſtrabilis propter ſuam notiſsimam veritatē, quæ nobis naturaliter inſerta eſt. Et ideo non poteſt ꝑ notiora principia notificari. poſitio autem licet accipiatur vt nota & indemonſtrabilis in ſcientia, in qua eſt poſitio, tñ in alia ſcĩa eſt demõſtrabilis, vt diximus ſupra.

Tu tñ aduerte, quod differētia proprie ſtat in hoc. Repugnat dignitati poſſe demonſtrari, quia non eſſet naturaliter cognita, non aũt repugnat poſitioni, quoniam & ſi non demõſtretur in ſcĩa, in qua eſt poſitio, demonſtrari poteſt in alia, vt diximus, ꝑꝑ hoc tñ non inconuenit aliquam poſitionem eſſe ſimpl'r indemonſtrabilem propter ſuam maximam euidētiam, vt hic. Si ab æqualibus æqualia demas, quæ remanent ſunt æqualia. Paralellæ non cõcurrũt. Idē etiã intellige de iſtis. Ignis eſt calidus, terra eſt grauis, qm̃ ad ſenſum patent, et ideo non pñt demonſtrari per notiora. Qđ ſi quis negat ea, aut proteruia aut carentia vſus rõnis, negat ea. Secundo differt, quoniam dignitatem neceſſe eſt oēm addiſcētem & docētē habere et ſtatim auditã approbare abſq; alio diſcurſu, poſitionē aũt non eſt neceſſe oēm adiſcētem approbare ſtatim, qm̃ cum conſtet ex terminis ſpecialibus põt notificari per notiora, vt per dignitates, quæ cõſtant ex terminis generaliſsimis, ĩter quos primo eſt ens, quod eſt primum, quod concipitur in mente, ex conſequenti eſt primũ cognitum. Et hanc differentiam ſecundam ponit Ariſto. in textu vbi de poſitione inquit, quã non eſt demonſtrare, ſed ponere, neq; neceſſe eſt habere aliquē docendum. De dignitate autē inquit. Quã vero neceſſe eſt docendum habere, aliquem docendum. habere, dignitatē vel maximam conſueuimus dicere. Suppõ apud Ariſt. eſt pars ſubiectiua, i. ſpēs poſitionis ſupad dēs põni affirmationē & negationē. Pro cuius noticia aduerte, qđ eſt aliqua ꝓpõ, cui ſtatim notis terminis, & abſq; aliquo diſcurſu, intellectus aſſentit. Et hæc di-

citur dignitas,& eſt aliqua ꝓpõ,cui intellſ aſſentit abſ que diſcurſu & demõſtratione in ſcia, cui incũbit adiſcens,licet in alia ſcia poſsint demonſtrari, & hæc dicitur põ,qa poniť & acceptať vt vera abſq; alia probatione in tali vel tali ſcia Hæc aũt põ diuidiť ab Ariſto. in ſuppõnẽ et diffõnẽ.Nã licet vtraq; ſit poſitio,tñ diſferũt in hoc,quod ſuppoſitio addit ſupra poſitionem affirmationem vel negationẽ,i.dicit eſſe vel non eſſe.

Suppõ qd ſit. Vnde ſuppoſitio eſt propoſitio affirmatiua vel negatiua indemonſtrabilis in illa ſcia,in qua ſumiť,cuius veritas ab addiſcente ſuponiť,etiam quod ſibi nõ cõſtaret ex euidẽtia terminorum. Vt in Geometria hæc eſt ſuppoſitio a puncto ad punctum cõtingit lineam deducere.Diffinitio aũt non addit eẽ vel nõ eſſe ſupra poſitionem,eo quod licet diffinitio ſit indemonſtrabilis de definito,non tñ eſt propoſitio affirmatiua vel negatiua,ſed eſt orõ abſq; copula,cõſtans ex ſolo genere & differẽtia. Vnde diffinitio hoĩs eſt hoc cõplexũ, animal rõnale. Nec vnq̃ apponiť capula niſi qñ actu prædicať diffõ de diffinito. Vt qñ dicimus,quod homo eſt animal rõnale,& dicit Arithmeticus, qđ vnitas eſt qd omnino indiuiſibile ſcđm quantitatẽ.

Cõſtat, ergo qũo ſuppoſitio & diffinitio ſunt duæ ſpẽs poſitionis,& qũo differunt ab inuicem.Et ſic patet qũo Ariſto. rationabiliter diuiſit principium demonſtrationis immediatum in quatuor ſpẽs,ſ.in poſitionem,& dignitatem,& ſuppoſitionẽ, & diffõnem. Sed dices. Non vř diffinitio eſſe ſpẽs principij immediati,quoniam principium immediatũ eſt propoſitio immediata:cuius ſignũ eſt,qđ Ariſt. ſtatim ꝙ diffiniuit ꝓpõnẽ immediatam, & notificauit particulas diffinitionis,diuidit principiũ ĩmediatũ demonſtrationis in q̃tuor ꝓdictas ſpẽs.Sed iam declaratũ eſt diffõnẽ nõ eſſe ꝓpoſitionẽ.Conſtat.n.ex ſolo genere & dña abſque copula,vt animal rõnale eſt diffinitio hoĩs: ergo diffinitio non videtur ſpecies principij immediati.

Reſpondetur, licet ante diuiſionem principij immediati præpoſuerit Ariſto. diffinitionẽ ꝓpoſitionis immediatæ, non tñ ſubdiuidit principium immediatum in ſpẽs ſuas, vt eſt idem præciſe cũ propoſitione immediate, ſed vt eſt in plus, nã oĩs ꝓpõ imediata eſt princìpiũ dr̃ationis, ſed nõ ecõuerſo, qm̃ tã ꝓpõ imediata, quã cõplexũ immediatũ, q̃le eſt diffõ, põt eſſe principiũ demr̃ationis imediatũ: cuius ſignum eſt, qđ medium demonſtrationis eſt principium, ex quo demõſtramus cõcluſionẽ, & tñ mediũ nõ eſt propõ, ſed terminus complexus, qm̃ eſt diffõ ſubiecti, aut paſsionis vt determinabimus infra Ex prædictis igitur conſtat, qũo demonſtratio eſt ex veris, & primis, et ĩmediatis.

Quantũ ad tertium, ſcilicet qũo oporteat demõſtrationem fieri ex notioribus, declarat Ariſto. ꝑ duas cõcluſiones, quarũ prima eſt quod oportet demõſtrantẽ magis credere & aſſentire et magis cognoſcere principia eſſe vera, ex quibus demonſtramus cõclõnem, quã ipſam cõcluſionem. Quam quidẽ cõcluſionem ſic probat Ariſto. Propter qđ vnũquodq; & illud magis, vt ſi ꝓpter diſcipulum amo magiſtrũ, multo magis amo diſcipulum. Et ſi ꝑꝑ ſolẽ reliq; ſtellæ lucẽt, ſol magis lucet. Sed ꝑꝑ principia, ex quibus demonſtramus concluſionem credimus & aſſentimus concluſioni, & eam cognoſcimus eſſe verã, ergo multo magis oportet credere & aſſentire principijs quã concluſioni & magis cognoſcere ea eſſe vera, ergo demonſtratio procedi ex principiis notioribus quã ſit ipſa cõc̃ſo. *Ex notioribus eſt demõſtratio.*

Secunda concluſio eſt hæc. Non ſolum oportet demonſtrantem magis cognoſcere principia & illis magis credere quã concluſioni, ſed etiam oportet qđ demonſtranti nihil ſit magis certum, quã quod oppoſita principiis ſint falſa. v. g. Non ſolum oportet me cognoſcere quod hoc principium eſt maxime verũ. De vno quoq; eſt vera affirmatio vel negatio, ſed qđ etiã teneam ſuum oppoſitum eẽ falſiſsimum, ita quod ni-

hil eſt eo magis falſum.ſ.quod cõtradictoria ſimul verificãtur de eodẽ. Et rõ qdẽ huius cõclusionis eſt hæc, dictũ eſt, qđ oportet demõſtrãtẽ firmiſsime aſſentire, & inherere principijs, ex qbus demõſtrat: ſed nõ poſſet eis firmiſsime inhærere, ſi dubitaret & nõ eẽt certiſſimus, qđ eorũ oppoſita ſunt maxime falſa. Experimur enim qđ ſi dubitamus de falſitate vnius oppoſiti, non poſſumus abſq; dubio adhærere veritati alterius oppoſiti, ſed ſemper timemus de eius veritate, donec nobis fiat euidentiſsima ſui oppoſitis falſitas.

Cõſtat ergo qũo demõſtratio ad mẽtem Ariſt. eſt ex notioribus, et certiorib⁹ principijs, q̃ ſit ipſa cõclo.

Sed aduerte quod ꝓpõ maior, quã aſſumit Ariſt., in probatione primæ cõcluſionis, primo aſpectu vr̃ falſa. Nõ n. ſequiť, pp albedinẽ homo eſt albus, ergo albedo eſt magis alba &c Tu igitur aduerte quod illa propoſitio eſt vera regulariter, & ſolũ in cauſis efficientibus principalibus, quæ ſunt cauſæ efficientes formaliter vel virtualiter ſui effectus: exẽplum de efficiẽte formaliter, manus pp ignẽ fit calida, ergo ignis eſt magis calidus: exẽplũ de efficiẽtẽ virtualiter, terra ĩ æſtate fit calida, et ſicca pp ſolẽ, ğ ſol virtualiter, licet nõ formaliter, ẽ magis calidos, & ſiccus q̃ terra, ẽ ãt virtualr̃ magis calid⁹, et ſicc⁹, qm̃ p maximã lucẽ ſuã. & motũ ꝓducit calorẽ, & ſiccitatẽ in inferioribus, vt tibi declarabiť ĩ ſcđo lib. de cœlo, & qm̃ p̃miſſæ ſunt cauſę efficiẽtes prĩcipales noticię ꝯclõnis, iõ oportet eas eẽ pri⁹, & magis notas apud demõſtrãtẽ, quã ipſa cõcluſio. In hoc igiť ſenſu dicta ꝓpoſitio eſt infallibiliter uera: Qđ ſi volueris eã applicare cauſæ formali, aut mãli, aut effectiue inſtrumẽtali, aut finali, nõ valet, ſed plerũque concludes falſum. Nã in cã formali non tenet, vt hic, nix eſt alba pp albedinẽ, non ſequitur, ergo albedo eſt magis alba: Næc in cã mãli, vt hic, hõ eſt corruptibilis, pp mãm, non valet, ergo mã eſt magis corruptibilis. Nã vt tibi declarabitur in. 1. Phyſi. materia

eſt incorruptibilis, & tamen ꝓpter eam oĩa inferiora ſunt corruptibilia.nec in cā efficiente inſtrāli, vt hic. Artifex fabricat gladium ꝓpter malleum, nō ſeqtur, ergo malleus magis fabricat gladium q̄ artifex. nec in cā finali, vt hic, Sortes deambulat ꝓpter ſanitatem, ergo ſanitas magis deambulat. Conſtat igitur tibi in quo ſenſu valeat prædicta propoſitio, & in quo non.

Quantum ad tertium principale, quod ꝓpoſuimus in principio huius capitis, aduerte qđ ex eo quod determinauimus demr̄onem ꝓcedere oportere ex principiꝭs prius & magis cognitis q̄ cōclō, orti ſunt duo errores circa ſciam apud antiquos, q̄rum vtrūq; reprobat Ariſ. Primus eſt eorum, q dixerūt ꝙ ſi oportet demōſtrationem ad hoc ꝙ acqrat ſciam de cōclōne pri⁹ cognoſcere & magis principia q̄ cōclōnē, de nullo poterit haberi ſcia, qa nulla cōclō poterit demonſtrari.

Secūdus autem error eſt eorum, q̄ dixerunt qđ non obſtante determinata veritate de p̄cognitione principiorum, de oĩbus pōt haberi ſcia, & oĩs cōclō pōt demonſtrari. Ratio primi erroris ſtat in hoc, ſupponitur ꝙ nihil poteſt ſciri niſi per demonſtrationem, ita ꝙ ſi aliqua propoſitio eſt indemonſtrabilis, illa remanet incognita, & neſcita.

Poſita hac radice arguitur ſic, principia, ex quibus ꝓcedit demr̄o aut tendunt in infinitum, aut nō, ita quod eſt ſtatus in illis: ſi primum, ergo neſciūtur prima principia, qm̄ in infinito, & in ꝓceſſu in infinitum, nō eſt dabile primum cum igit̄ demr̄o debeat ꝓcedere ex primis & prius ac magis cognitis principiꝭs q̄ ſit cognita concluſio, ſeqtur ꝙ de nullo erit demr̄o, ex ꝯñti de nullo erit ſcientia, qm̄ ſcia per demr̄onem acqritur, cū ſit ſylls̄ faciēs ſcire, vt ſupra declaratū eſt. ſi ſcdm, ergo prima principia, ad q̄ eſt ſtatus, neſciuntur, nam nihil ſcitur, niſi per demr̄onem, ſed prima principia non ſunt demr̄abilia. Determinatum eſt. n. ꝙ demr̄o ꝓcedit ex prioribus & notioribus, ſed nihil eſt prius ac notius, ꝗ

qđ poſsint demr̄ari prima principia, alr nō eſſent prima, ſi haberēt priora,& notiora, ergo prima principia nō poſſunt demr̄ari, ergo neſciūtur & ignorātur. Sed: ignorati; primis principiis, ignoratur,& cōcluſio, cui noticia pēdet ex noticia clara primorum principiorū. Bene ergo ſeqtur quod ſiue principia demr̄onis tēdāt in infinitum ſiue non impoſsibile eſt de aliquo haberi ſcientia. Hæc fuit ratio authorem primi erroris, qui. ſ. dicunt de nullo poſſe haberi ſcientiam.

Rō aūt authorum ſecūdi erroris ſtat in hoc. Cōceſſo quod ſcire ſit tātum p̱ demr̄onem, adhuc ſtat quod de oībus pōt haberi ſcientia, qm̄ de oibus pōt haberi demonſtratio. ſ. tam de principijs quam de concluſionibus, qm̄ & ſi nō poſsint oīa in directum demr̄ari, poſſunt tamen per circulum, puta ꝙ per principium demonſtremus concluſionem, & per concluſionem demonſtratam, demonſtremus principium, modo quo declarabimus infra fieri demr̄onem circularem.

Vtrūq; errorem reprobat Ariſ deſtruens vtriuſq; erroris radicem. Primi erroris radicē, q̄ fuit quod nihil ſcitur niſi p̱ demr̄onem deſtruit dicens, quod contingit aliqua ſcire abſq; demr̄one, ſed ſciūtur ex clara euidētia terminorum, ita quod cognito ſignato terminorū ſtatim, & abſq; aliq̄ argumētatione illis aſſentimus & hæc ſunt prima principia. q̃rū noticia adeo clara, & firma eſt, qđ eſt cauſa noticię omnium concluſionum.

Stāte hoc fundamēto, ꝙ aliquid ſcitur abſq; demr̄one, cōſtat ꝙ rō authorum primi erroris nihil cōcludit. Nam cōceditur ꝙ non eſt ꝓceſſus in infinitum in principiis demr̄on s, ſed eſt ſtatus, ita qđ eſt deuenire ad prima. & qn̄ arguitur, ergo prima principia neſciuntur. negať ꝯña, & ad ꝓbationē negať qđ nihil ſciať niſi per demr̄onē. Hoc. n. verificatur ſolū de cōclōne, ſed nō de principijs, qm̄ & ſi non demr̄one, tn̄ ex euidētia ſignati terminorum cognoſcūtur, vt cognito qd ſignificeť per totum, & p̱ partem, ſtatim innoteſcit nobis lumine

intellis agentis, quod totum eſt maius ſua parte, & ſic cōſtat quod rō authorum primi erroris nihil cōcludit.

Rō autē authorum ſecūdi erroris, lōge minus cōcludit, qm̄ fundatur in falſo. ſ. ꝙ licet demrõnem fieri circularem. Id nāq; reprobat Ari. ſatis diffuſe in. 1. poſte. quo reprobato cōſtabit rōnem eorum eſſe penitus inualidam. Qđ aūt nō ualeat demrō circularis, ꝓbādū ē ad mētem Ariſtotelis Sed ne per incognita ꝓcedamus prius declarandum eſt qd ſit circulariter ſyllogizare et demōſtrare. Tu igiť aduerte quod tūc circulariter argumētamur, qn̄ primo ꝓbamus ex p̄miſsis cōclõnem, vt hic, oē aīal rōnale eſt riſibile, oīs homo eſt aīal rōnale, ergo omnis homo eſt riſibilis. Deinde ex cōclõne, vt principio, & minore conuerſa, ꝓbamus maiorem ſic, omnis homo eſt riſibilis, oē animal rōnale eſt homo (hæc eſt minor conuerſa) ergo oē animal rōnale eſt riſibile, (& hęc fuit maior primi ſylli.) & hic tibi conſtat quō. Cōmittitur circulus, qm̄ maior eſt ꝓbans in primo ſyllō, & in ſecundo eſt ꝓbata. Item quod fuit concluſum in primo ſyllogiſmo, ſumiturvt concludens in ſecundo. Committitur igitur circulus ad ſimilitudinē motus circularis naturalis. Nam ſicut in illo eſt progreſſus ab eodem ad idem, ut tibi maniſeſtabitur in libro octauo phyſicorum ſic in tali modo ſyllogizandi, procedit intellectus ab eadem propoſitione probãte, puta maiore, ad eãdem probandam per regreſſum a concluſione ad eandem.

Declarato qd ſit circulariter ſyllogizare ꝓbatur ad mentem Ariſ. in. 1. poſte quod demonſtrare per circulum ſit pœnitus inutilis modus, & vanus, quoniam ꝑ ipſum non acquiritur ſcientia, quæ eſt finis demonſtrationis, vt docuimus ſupra. Quod ſic probatur, ſuppono primo quod in ſyllō circulari idem ſit concluſio. ſ. in primo ſyllogiſmo, et principium. ſ. in ſecundo ſyllō. Hoc iam manifeſtatum eſt. Suppono ſecundo qđ, principiū demōſtrationis ſemꝑ ſit prius, & notius cōcluſio

ne,& non ſolum quo ad nos,ſed etiam ſimplr.& hoc in demſone potiſsima,& a priori,de qua hic intendimus,& hoc iã manifeſtauimus ſup̃ notificãtes diffõnẽ datam de ſcire ſimplr,& diffõnem datam de demſone per cãm mãlem.His ſuppoſitis arguitur ſic ſi fiat demõſtratio circularis,ergo idem reſpectu eiuſdẽ erit prius, & poſterius non ſolum quo ad nos.ſed etiam ſimplr, & erit notius ac ignotius.ſed hoc eſt impoſle.qm̃ vt patet.Implicat ɔ̃dictionem,ergo & demſo circularis erit impoſſis,& ſi fiat carebit fine ſuo,q eſt acq̃ſitio ſciẹ.Prima ɔ̃ña patet ex eo quod in demſone circulari idem ẽ principium,puta minor in primo ſyllo.& vt ſic eſt notius,& prius ex ſecundo ſuppoſito,& idem eſt concluſio.ſ.eadem maior in ſecundo ſyllo,& vt ſic eſt poſterius,& minus notum,vt patet ex ſupradictis, ergo ſi fiat demſo circularis idem reſpectu eiuſdem erit prius, & poſterius,noti⁹,& ignotius ſimplr,& quo ad nos. quod cum ſit implicans ɔ̃dictionem,& nullum tale ſit admittendum,nec demſo circularis eſt admittenda.

Conſtat igitur quod nec radix primi erroris,nec ea q̃ eſt ſecundi erroris veræ ſunt. Vtraq; erga ſnia reprobata,vtpote extrema,tenenda eſt media, q̃ eſt Ariſ.ſ. qd aliq̃rum eſt ſcia,& aliquorũ nõ. Nam dicemus infra quod de ente neceſſario,& p ſe.põt haberi ſcia,nõ autem de ente contingenti,nec de ente p accidens.

Sed aduerte,quod hic duo inſurgunt dubia.Primũ eſt circa illud,quod dixit Ariſ.in reprobatione radicis primi erroris.Dixit enim quod non oĩs ſcientia acquiritur per demſonem.nam ſcia primorum principiorũ non acquiritur per demſonem : qm̃ cum ſint prima, non hñt priora,per quæ demonſtrari poſsint.Sed ipſa ſcimus inquãtum terminos cognoſcimus.Sed ex hoc non videtur ſaluari diffõ data de ſcientia ab Ariſto. in lib.6.ethic.vbi vult,quod ſcia ſit habitus concluſionis per demonſtrationem acquiſitus.Cum igitur diffinitio debeat competere omni contento ſub diffinito,neceſſe

eſt vt omnis ſcientia per demõſtrationem acquiratur, & quoniam prima principia non poſſunt demonſtrari, ideo ſequitur quod non ſciantur.

Rñdetur ſcientia in via Ariſ. dupl'r ſumitur, primo ꝓ certa, & firma, & clara rei noticia quocũq; modo habeatur, ſiue experimento ſenſus, ſiue euidentia terminorum, ſiue ſyllogiſmo demonſtratiuo. ſecundo ꝓ certa, & firma rei noticia, non quocũq; modo habita, ſed tm̄ per demr̄onem. In primo ſenſu eſt ſcientia cõiter dicta, in ſecundo autem eſt ſcĩa ꝓprie dicta. ſ. vt diſtinguitur a quolibet habitu intellectus, vt ab habitu primorum principiorum, & opione, & arte & prudentia, et ſapiẽtia &c. In. 1. poſte. intẽdit de ſcĩa in primo ſenſu, ꝓut ſub ſe cõtinet habitum primorum principiorum tãq̃ euidẽtiſsimam noticiam ex terminis, & ſcĩam proprie dictam, q̃ cauſatur ex demr̄one. In. 6. autem Ethic. intendit de ſcĩa in ſecundo ſenſu, ꝓut diſtinguitur ab habitu primorum principiorum, eo ꝙ ſcĩa ꝓprie dicta cauſatur per demr̄onem. Habitus autem primorũ principiorum cãtur non ex aliquo diſcurſu, nec ſyllogiſmo, ſed ex ſola cognitione terminorum, & ſic conſtat quod nulla eſt cõtrarietas inter dictum Ariſ. in. 1. poſte. & dictum eiuſdem in 6. libr. Ethicorum.

Secũdum dubium conſurgit ex eo, ꝙ diximus in deſtructione ſecũdi erroris. ſ. quod circulus fit in ſyllogizando, qñ ex concluſione ſumpta vt principio, & minore conuerſa ꝓbamus maiorem. vt poſtquam cõcluſimus per primum ſyllogiſmum, oẽm hominem eſſe riſibilem reuertimur ad probandum maiorem. ſ. oẽ aĩal rõnale eſt riſibile, & conuertimus hanc minorem, omnis homo eſt animal rationale. Sic autem cõuertimus; omne ainmal rationale eſt homo, ſed hæc conuerſio non valet: qm̃, vt docuimus in trac. 3. agentes de conuerſione, vniuerſalis affirmatiua non cõuertitur in vniuerſalem affirma. ſed in particularem affirmatiuam per conuerſionem per accidens, ergo &c.

Rñdetur, licet ordinarie, & vliter. non conuertatur vl'is affirmatiua in vl'em affirmatiuam: qm̃ non valet, oı̃s homo eſt animal, ergo oẽ aı̃al eſt homo, tamen in particulari mã conuertitur, vt qñ conuerſa, & conuertens conſtant ex terminis conuertibilibus, ſicut eſt in ꝓpoſito. nam animal rõnale, et homo, & riſibile, ſunt termini conuertibiles, & ideo cum in p̃dicto ſyllõ tam p̃, quam ſecundo ſint tres ꝓpõnes vl'es affirmatiuæ, formatæ de terminis conuertibilibus, poſſunt oẽs conuerti in vl'em affirmatiuam, & ſic patet quod obiectio facta nihil valet. Cõcludit. n. de terminis nõ conuertibilibus, quales ſunt homo, & aı̃al, & vl'iter ſpecies & genus. Nos autem intendimus de terminis conuertibilibus, quales ſunt diffõ, & diffinitum, ſubiectum, & propria paſsio. Hæc de ſecundo capite dicta ſint.

Ex qualibus præmiſsis fiat demonſtratio potiſsima. Cap. 3.

1. Poſter. cap. 3.

IN tertio cap. declarandum eſt ex qualibus p̃miſsis fiat demr̃o potiſsima quæ eſt demr̃o pp q̇d. Nam ordo ſciētię requirit, quod poſtq̃ declaratum eſt in cap. p̃cedenti ex q̄bus eſt tanquam ex materia. puta q3 eſt ex veris primis ı̄mediatis, & notioribus, nũc declaremus earum qualitatem, q̃ habet rõnem formæ, puta vtrum p̃miſſæ demr̃onis debeant eſſe neceſſariæ, & vl'es, & per ſe, & ſm quod ipſum. Hic igitur ad mentem Ariſtoteli, ſunt quatuor concluſiones ꝓbandæ. Prima eſt, demr̃o ꝓpter quid debet eſſe ex p̃miſsis neceſſarijs: ſecunda eſt, debet eſſe ex p̃miſsis, quæ ſint de omni, tertia eſt, debet eſſe ex præmiſsis quæ ſint per ſe quarta eſt, debet eſſe ex præmiſsis, quæ ſint ſecundum quod ipſum. Verum ne procedamus per incognita, & ne ſimus coacti idem ſæpius repetere, prius declarabimus quid ſit propoſitio neceſſaria, quid de omni, quid per ſe, quid ſecundum quod ipſum. Deinde ſingulas concluſiones probabimus.

Tu igitur aduerte, quod ꝓpõ neceſſaria eſt ea, quę ita eſt vera, quod nõ p̃ot eſſe falſa, ſed eſt immutabilis

veritatis, vt oīs homo eſt rōn alis. Nam ſicut ens neceſſarium eſt illud, quod eſt, & non poteſt non eſſe, ſic ꝓpō neceſſaria eſt quę eſt vera, & non pōt non eſſe vera, & in hoc diſtinguitur a ꝓpōne de poſſi, & de contingēti, quæ poteſt aliquando eſſe vera, & aliquando falſa.

De oī, Per ſe.

Propō de oī, loquendo poſterioriſtice, eſt illa cuius p̄tum verificatur de oī contento ſub ſubiecto, & omni tempore. vt homo eſt aīal, linea eſt longitudo, & breuiter: qn̄ p̄tum eſt diffō, vel pars diffōnis ſubiecti, vel ꝓprium eius, dūmodo ſubm̄ ſit terminus cōis de pluribus p̄bilis, ſiue p̄cedat ſignum vl'e affirmatiuū ſiue nō: Vnde poſterioriſtice ita eſt de oī iſta, homo eſt aīal, ſicut iſta oīs homo eſt aīal. Dixi poſterioriſtice, vt diſtinguatur ꝓpō de oī prioriſtica, ab ea, quæ eſt poſterioriſtica. Nam nō eſt de oī prioriſtica, niſi p̄ponatur ſubiecto ſignum vl'e, nec eſt neceſſe quod p̄tum oī tp̄e dicatur de ſubiecto, ſed ſufficit quod dicatur de oī cōtēto ſub ſubiecto, Vnde hæc eſt de oī prioriſtica, oīs homo currit, non autem poſterioriſtica, & hæc nō eſt de oī prioriſtica, homo eſt aīal, ſed eſt indefinita; eſt autē de oī poſterioriſtica: qm̄ p̄tum dr̄ de omni cōtēto ſub ſubiecto, & omni tempore, & aduerte quod oīs ꝓpō de oī poſterioriſtica, eſt neceſſaria, ſed nō ecōuerſo. Nā hæc neceſſaria eſt, Deus eſt, & iſta. Sortes eſt homo, & tamen non ſunt de omni, qm̄ ſubiectum eſt terminus diſcretus, qui non eſt cōis pluribus, nec actu, nec aptitudine. Conſtat igitur tibi quid ſit ꝓpoſitio de omni poſterioriſtica, de qua ſolum hic intendimus.

Propō p ſe eſt illa, cuius p̄tum eſt diffō, vel pars diffōnis ſubiecti, vel econuerſo. i. cuius ſubm̄ eſt de diffōne p̄ti, vel cuius ſubm̄ exprimit cauſam p̄ti. Vnde omnes iſtæ ſunt per ſe, homo eſt aīal rōnale, homo eſt riſibilis, Interſectus interijt interſectione, Album albet albedine, medicus medicatur arte medicatiua &c. Pro quorū noticia aduerte, quod Ariſtoteles in primo poſteriorum aſsignat quatuor modos per ſe, ex qbus primus,

& ſecundus, & quartus ſunt modi prædicandi per ſe; tertius autem eſt modus exiſtendi per ſe.

Per ſe quītus modus Primus eſt, qn̄ p̄tum ineſt ſubiecto, vt diffō vel pars diffōnis, ſiue in recto, ſiue in obliquo, exemplum primi, homo eſt aīal rōnale mortale, exemplum ſecundi, Homo eſt animal, exemplum tertij. Triangulus eſt figura, exemplum quarti. Triāgulus eſt ex tribus lineis facientibus angulos.

Secundus eſt, qn̄ ſubiectum eſt de diffōne p̄ti, & ipſum ſubiectum eſt ꝓpria materia receptiua p̄ti, & prædicatum eſt ꝓprium ſiue ꝓprietas ſubiecti in quarto modo dicendi proprium. Vnde iſtæ ſunt per ſe in ſecundo modo, homo eſt riſibilis, linea eſt recta vel curua, numerus eſt par vel impar.

ſunt ſciētiis mediis, quales ſunt perſpectiua, & muſica, & Aſtrologia. Nam arithmetica eſt de numero ſimpliciter, & abſtracte, muſica aūt eſt de numero applicato voci, vel ſono per conſonātiam. Geometria eſt de magnitudine viſuali, & ſimplr, perſpectiua autem eſt de linea, & linea, aſtrologia eſt de figura, & magnitudine cœli, & de numero motum cœleſtium: tertio qa vna eſt de ſubiecto ſimpliciori, vel de paucioribus, alia aūt quia addit ſupra ſubiectum prioribus, & vt ſic eſt de pluribus, et hoc modo arithmetica eſt certior, et prior, q̄ geometria. Nam vnitas, quæ eſt primum conſideratum ab arithmetico, ſimplicior eſt q̄ punctum. vnitas.n. eſt ens indiuiſibile, punctum autem ſuper vnitatem addit poſitionem, ſiue determinatum ſitum in cōtinuo, vt tibi declarabitur in quarto phyſicorum. Conſtat igitur tibi quod tribus modis vna ſcientia eſt certior, & prior altera.

Quantum ad ſecundum duo inueſtiganda ſunt, primo vnde habet ſcientiam vnitatem ſuam, ſecundo vnde trahit diſtinctionem ab alia. *De ſcientiarū vnitate.*

Quantum ad primum aduerte, q ad mētem Ariſt. in. 1. poſter. illa ſcientia eſt vna. quæ habet vnum ſubiectum, circa q verſatur, vt phyſica eſt vna ſciētia, quia verſatur circa ens mobile, & arithmetica eſt vna ſcīa, quia verſatur circa numerū, ex oppoſito geometria, & arithmetica non ſunt vna, ſed duę ſcīę, qm̄ non verſantur circa vnū, ſed circa duo ſubiecta, quorū vnum eſt magnitudo, & alterum numerus. Sed aduerte ad hoc q aliquid ſit ſubiectum in aliqua ſcīa tria requirūtur, primo q ſit vniuocū vel ſaltem analogum. Vnde ſi eſt ęquiuocum non pōt eſſe ſubiectum in ſcīa. Nam oportet ſubiectum conſiderari in ſcientia ſm vnam rationem formalem, æquiuocum aūt non dicit vnam, ſed plures rōnes formales, vt declarabimus tibi in antepraedicamētis, & iō non eſt ſubiectum in aliqua ſcīa. Dixi vel ſaltem analogū, vt ſeruetur vnitas metaphy-

ſicæ, cuius ſubiectum eſt ens, ꝙ eſt analogum ſubãæ, & accidenti, vt tibi declarabitur in.4.metaphy. ꝙ tñ dicit vnam rõnem formalem licet non æqualr̃ participatã a ſubſtantia, & accñte, ſed prius conuenit ſubſtantiæ, poſterius aũt accidenti: eſt.n.ens, cui debetur eſſe. Scđo oportet ꝙ habeat aliquas partes vel eſſentiales, vel ſubiectiuas: eſſentiales quidẽ ſunt, ex quibus ipſum ſubiectum cõponitur, vt forma & materia ſunt partes eſſentiales entis mobilis, vt tibi declarabitur in.1.phyſ. Subiectiuæ aũt ſunt, in quas diuiditur ſubiectum ſcĩæ, vt genus in ſpẽs, ſicut diuiditur ens mobile in ens mobile ad vbi, & in ens mobile ad formam. Sed hæc tibi declarabuntur in principio philoſophiæ nãlis, ſubiectum igitur ſcĩæ debet hr̃e partes eſſentiales aut ſubiectiuas. tertio oportet ꝙ habet paſsiones ꝓprias demõſtrabiles de ſubão. Hic eſt.n. terminus ſcĩæ, vt.ſ. per demonſtrationẽ notificentur paſsiones de ſubão, puta ꝙ trian gulus habẽt tres angulos æquales duobus rectis.

Item aduerte, ꝙ non quæcunqꝫ vnitas ſubiecti dat vnitatem ſcĩæ, ſed vnitas formalis. Nam ſtat ꝙ eadem res cadit ſub conſideratione diſtinctarum ſcĩarum ſm ꝙ conſideratur ſub diſtinctis rõnibus formalibus. Puta homo conſideratur a Logico vt eſt ſpẽs, a phyſico, vt eſt cõpoſitum ex materia & forma, a medico vt eſt corporis ſanabilis et ęgrotabilis. A metaphyſico vt eſt naturæ intellectualis. Vnitas ergo ſcĩæ trahit̃ ex vnitate ſubiecti non mãlis, ſed formali. Vnde ſicut obm ſe habet ad potentiam, ſic ſubm ad ſcĩam. Potentia aũt trahit vnitatem ab vnitate formali & non mãli ipſius obiecti, ſicut tibi declarabit̃ in.2. de aĩa, eodem modo ſcĩa dr̃ vna ex vnitate formali, et non mãli ſui ſubiecti. Conſtat igitur tibi vnde ſumitur vnitas ſcientiæ.

Quantum ad ſcđm declarandum eſt vnde ſumit̃ diſtinctio vnius ſcĩæ ab alia Tu igit̃ aduerte ꝙ ad mentẽ Ariſt.in.1.poſte.ſcĩæ accipiunt diſtinctionem ex principiis, ita.ſ ꝙ ſi habẽt diuerſa principia, quibus ꝓbant̃

concluſiones ſuæ, ſunt diſtinctæ ſciæ. Pro cuius notitia aduerte q̄ ſi ſint diſtinctæ naturæ, vt elementum, & cœlum, homo & lapis, & tñ ſub eadem rõne formali conſiderentur, quæ rõ dr̄ principium ſciæ, ad eandem ſciam ſpectant. puta vox humana, & ſonus organi ad eandem ſciam muſicæ ſpectant: qm̄ conſiderantur vt ꝓportionabiles in cõſonantiis. Si aũt ſit vna res, q̄ poſ ſit ſm diuerſam rõnem conſiderari, non ſpectat vt ſic ad vnam, ſed ad diſtinctas ſcías, nam diuerſæ rõnes for males ſunt diſtincta principia, qbus diuerſificãtur ſcię, V.G. Quia terra vt rotunda per aliud principiũ conſideratur a phyſico, & per aliud ab aſtronomo, vt tibi declarabitur in. 2. phyſi. ideo ſpectat vt ſic ad diſtinctas ſciẽtias, & diſtinctæ ſunt realiter phyſica, & aſtrologia. Hinc eſt q̄ eadem concluſio põt in diuerſis ſcientiis de monſtrari p diuerſa media, quæ ſunt diuerſa principia formalia. Puta hæc concluſio terra eſt rotunda, demõ ſtratur a phyſico hoc per principium, qm̄ eſt grauis, & partes ſe cõprimunt in centro mundi, eadẽ demonſtratur ab aſtrologo per hoc principium, qm̄ p ipſam circulariter eclipſatur luna: eclipſis. n. lunæ cauſatur ex interpoſitione terræ diametraliter inter ſolem, & lunã. Conſtat igitur qũo cauſatur veritas ſciẽtiæ ex vnitate ſubiecti & vnitate principiorum. Diſtinctio aũt cauſat ex diuerſitate principiorum. Sed aduerte q̄ vt inquit Ariſt. duo requiruntur ad hoc q̄ diuerſa principia cau ſent diſtinctionẽ vnius ſcię ab alia: primo q̄ talia prin cipia nõ fluant ex eiſdẽ principiis prioribus in eodem genere ſcibili. Hác de cauſa ſcientia de triangulo non diſtinguitur a ſcientia de quadrato, quoniam licet per aliud principium probẽtur paſsiones trianguli, & per aliud paſsiones quadrati, tamen huiuſmodi principia deriuantur ex eiſdem principiis figuræ. & iõ conſideratio de figura tã in genere, q̄ in ſpecie, ſpectat ad ſcien tiam geometriæ: ſecundo requiritur q̄ principia vnius rei, vt ſcibilis eſt, non deriuentur ex principiis alterius

rei ſcibilis. Hac de cauſa ſcientia de yſochelle non diſtinguitur a ſcientia de triangulo, et ſcia de hoīe apud phyſicum non diſtinguitur a ſcīa de aīali, & aduerte ꝙ hic intendimus de vnitate, & diſtinctione generica in ſcientiis. De vnitate aūt, & diſtinctione tam generica, ꝗ̄ ſpecifica pertractabitur in lib. 6. primæ philoſophiæ.

Quidnā ſit ſcīa. Quantum ad tertium inueſtigandum eſt de quo ſit ſcientia, & de quo nō. Nam vanum fuiſſet pertractare de vnitate, & diſtinctione ſcientiæ, ſi de nullo poſſet haberi ſcientia. Hic igitur duo pertractanda ſunt, primo de quo poſsit eſſe ſcientia, ſecundo de quo non.

Quantum ad primū aduerte qđ de omni eo poteſt haberi ſcientia, de quo poteſt eſſe demonſtratio, quoniam ipſa facit ſcire, vt docuimus ſupra. Demonſtratio autem eſt de vniuerſali, & ente per ſe, & neceſſario, vt in cap. 3. declaratū tibi fuit, ergo de his quæ ſunt entia per ſe vlīa, & neceſſaria, vt ſunt genera, & ſpēs rerum mathematicalium, & naturalium, poteſt haberi ſcīa.

Quantum ad ſecundum aduerte ꝙ Ariſt. in. 1. poſter. duo excipit de quibus non pōt haberi ſcientia. Primum eſt ꝙ eſt a fortuna vel caſu, vt de inuentione theſauri dum foditur ſepulchrum ſcientia haberi non pōt, ſm eſt ſingulare ſenſibile ꝙ per ſenſum primo & directe cognoſcitur. Et quidē ꝙ de eo ꝙ eſt a fortuna, vel a caſu non poſsit haberi ſcientia probatur ſic, omnis ſcientia eſt de eo ꝙ eſt neceſſarium, & per ſe, & ſemper vel frequenter. De hoc. n. tantum habetur demonſtratio, quæ facit ſcire vt diximus ſupra in cap. 3. Sed qđ eſt a fortuna vel caſu, neq; eſt neceſſarium, ſed contingens, neq; eſt per ſe, ſed per accidens, neq; eſt ſemper, neq; vt in pluribus, ſed raro, & in paucioribus, & hæc omnia declarabuntur tibi in lib. 2. phyſicorum in cap. de fortuna, ergo de ente fortuito, & caſuali non pōt haberi ſcientia, ex conſequenti, nec demonſtratio.

Fortuitorum non eſt ſcīa.

Singularium non eſt ſcīa. Quod aūt de ſingulari ſenſibili inquātum ſingulare ſenſibile eſt non poſsit haberi ſcīa ꝓbatur ſic. Scientia

non pōt haberi per ſenſum, ſed ſenſibilia ſingularia cognoſcuntur per ſenſum, ergo de eis non poteſt haberi ſcientia:ma.ꝓbatur, quia ſcia non pōt haberi niſi per virtutem animæ appræhendentem vl'e, & potentem habere cōceptum vniuerſalem. Sed ſenſus non pōt appræhendere vniuerſale, nec habere conceptum vl'em, vt tibi declarabitur in.3.de anima, eo ꝙ eſt potentia alligata organo corporali,& ideo nō appræhendit, niſi cum conditionibus ſingularibus,quę ſunt hic,& nūc, a quibus abſtrahit vniuerſale.Qđ'.n ſemper, & vbiqꝫ eſt hoc,vniuerſale dicimus.ergo ſcientia non pōt haberi per ſenſum. Qđ' autem ſenſibilia ſingularia cognoſcantur per ſenſum patet ex experientia. Neqꝫ.n.viſus videt colorem,vt color eſt.Hoc n.ad intellectum ſpectat,cuius obiectū eſt natura vniuerſalis,ſenſus autem, videt hunc vel illum colorem, idem intellige de quolibet alio ſenſu. Cōſtat igiť tibi quare de ente fortuito, & de ſingulari ſenſibili non datur ſcientia.

Et aduerte ꝙ Ariſt.ex ſecunda concluſ.ſ.ꝙ de ſingulari ſenſibili non pōt haberi ſcīa, trahit tria corollaria. Primum eſt,ſentire non eſt ſcire, & hoc eſt contra antiquos,de quibus dicemus in.3.de aīa ꝙ non diſtinguebant inter ſenſum, & intellectum. Nam ſentire eſt cognitio particularis de re, ſcire autem eſt cognitio vl'is, ꝙ Ariſt.duplici exemplo manifeſtat.Primum eſt,ſi qs viſu cognoſcat hunc triangulum habere tres angulos æquales duobus rectis, ꝓpter hoc non ſciret oēm triāgulum habere tres ęquales duobus rectis,quia per ſenſum non pōt appræhendere cauſam vl'em huius paſſionis,ſed per intellectū, qui ex ſingularibus venatur vniuerſale,vt dicemus:ſecūdum eſt,ſi eſſemus in luna, & videremus ipſam eclipſari,cognoſceremus quidem ipſam nunc eclipſari, non tñ haberemus ſcientiam de eclipſi:quoniam propter hoc neſciremus cauſam vniuerſalem eclipſis,quæ eſt interpoſitio diametralis terræ inter ſolem,& lunam.Hanc enim cauſam vniuerſalem

non ſolo ſenſu, ſed per intellectum comperimus.

Secundum corollarium eſt hoc, licet ſenſus ſit cauſatiuus ſciẽ, quia oĩs noſtra cognitio originat̃ a ſenſu, & propoſitio vniuerſalis habetur ex multis ſingularibus appræhenſis per ſenſum, vt declarabitur tibi in.1.meta phy.tñ notitia ſcientifica eſt nobilior, & honorabilior, ſciẽtifica n.eſt de vniuerſali, ſenſitiua de ſingulari. Vniuerſalis autem eſt honorabilior: quoniã dicit cauſam. Vnde tibi declarabitur in.1.metaph.ꝙ ſapiens eſt qui ſcit vniuerſalia, & maxime vniuerſalia.

Tertium corollariũ eſt hoc, licet nõ ſit poſsibile per ſolum ſenſum ſcire aliq̃ concluſionem demonſtrabilẽ, tñ ſenſus plurimum nobis confert ad ſciendum. Prima pars conſtat ex primo corollario, quia per ſolum ſenſum nõ poſſumus apprehendere cauſam vniuerſalem, quæ eſt medium demõſtrandi (demonſtramus.n. riſibile de homine per hanc cauſam formalem, quia.ſ. eſt animal rationale,) ꝙ homo eſt riſibilis, ſecunda aũt pars manifeſtata eſt in cap.de ignorantia, vbi declaratum eſt ꝙ deficiente nobis aliquo ſenſu, neceſſe eſt deficere nobis ſciam obiecti illius ſenſus: ergo ex oppoſito ſi habemus talem ſenſum puta viſum, cõfert nobis ad acquirendam ſcientiam illius ſenſus.

Vnitas et pluralitas pricipiorum ſciã.

Quantum ad quartum inueſtigandũ eſt de vnitate & pluralitate & principiorũ ſciarum, nam dictum eſt illam ſciam eſſe vnam, quæ eſt vnius ſubiecti, & habet eadem principia, illas aũt eſſe diſtinctas, quarum, diuerſa ſunt prĩcipia: neceſſe eſt ergo inueſtigare ſi oĩum ſciarum ſunt eadem vel diuerſa principia, vt poſsimus ſuſtinere vnitatem & diſtinctionem in ſcientiis.

Pro reſolutione propoſiti, formantur quatuor concluſiones ad mentem Ariſtotelis.

Prima eſt: Impoſsibile eſt omnium ſyllogiſmorum eſſe eadem principia.

Secunda eſt. Impoſsibile eſt omniũ ſyllogiſmorum falſorum eſſe eadem principia.

Tertia eſt. Impoſsibile eſt omnium ſyllogiſmorum verorum eſſe eadem principia.

Quarta eſt. Impoſsibile omnium ſcientiarum eſſe eadem principia

Prima ſic probatur, ſyllorum: quidam ſunt veri & quidam falſi ex primo Elenchorum, ſed verorũ principia ſunt vera, & falſorum falſa, q̃m vt declarat̃ in primo priorũ, ſylli veri non poſſunt fundari in falſo. Nã ex vero non ſequitur niſi verum, & falſi non poſſunt fundari in vero, q̃m ex vero non ſequitur falſum. 1. conclu.

Sed aduerte, ꝙ ſylls poteſt dici dupl̃r falſus: primo ex forma, ſ. qñ non fit in modo debito & figura, vt ſi arguatur ex puris particularibus, aut puris negatiuis, & tunc non inconuenit ex præmiſsis veris concludere falſum vt hic. Nullus lapis eſt animal, nullus homo eſt lapis, ergo nullus homo eſt aĩal: ſecundo ex materia, ſ. quando fit in modo debito & figura & tñ præmiſſæ ſunt falſæ, aut altera eſt falſa, & tunc nõ eſt poſsibile ꝙ ex præmiſsis falſis concludatur verum niſi raro, neq; ex veris niſi verũ, aliter talis modus in quo fieret, eſſe inualidus & inutilis modus arguendi. Qñ igitur dicit Ariſtoteles ꝙ ſylls falſi non poſſunt fundari in vero, intendit de falſis ex materia: quaſi dicat, ſtante debito modo & debita forma arguendi ex falſis non concluditur verum, neq; ex veris falſum, ſed ex veris verum. Qđ ſi ex falſis aliqñ concludit̃ verum hoc erit raro, vt hic Omns lapis eſt aĩal, omnis homo eſt lapis, ergo omnis homo eſt aĩal. Nam vt dicit Ariſt. ſi vera concluſio ſyllogizatur ex præmiſsis falſis, hoc fiet tm̃ in primo ſyllo, q̃m ſi præmiſſæ falſæ ſyllogizabant̃, hoc fiet ex præmiſsis falſis, & ſic præter ꝗ in primo ſyllo ex falſis ſemper concludetur falſum. V.G. Syllogizet quis minorem propoſiti argumenti. ſ. omnis homo eſt lapis, ſic arguet. Omne album ſiue omne durum eſt lapis, omnis homo eſt albus, ſiue omnis homo eſt durus, ergo oĩs homo eſt lapis, conſtat præmiſſas eſſe fal-

ſas,& concluſionem eſſe falſam. Ex prędictis ergo conſtat,ꝙ non oĩum ſyllõrum ſunt eadem participia.

2. conclu. Secunda concluſio,ſ.ꝙ non omnium ſyllõrum falſorum ſint eadem principia.probatur ſic. Quædã concluſiones non ſolum ſunt falſæ,ſed etiam contrariæ & incompoſsibiles,vt iſtæ, iuſtitia eſt iniuſtitia, timor eſt audacia , homo eſt aſinus , æquale eſt maius eo cui eſt æquale. Sunt autem incompoſsibiles, qm̃ oppoſitum prædicatur de oppoſito, ergo principia,per quæ ſyllogizantur huiuſmodi concluſiones contrariæ & impoſsibiles non ſunt eadem:patet ꝯña,qm̃ cõtrariorum & impoſsibiliũ contrariæ ſunt cauſæ & principia. Videmus.n. qđ qm̃ ſanitas & ægritudo ſunt contrariæ, eorũ cauſæ & principia nõ ſunt eadẽ,ſanitatis.n.principium & cauſa eſt humorum contẽperantia, ægritudinis aũt intemperantia Conſtat igitur ꝙ non omnium ſyllogiſmorum falſorum ſunt eadem principia.

3. conclu. Tertia cõcluſio,ſ. non omnium verorum ſyllõrum ſunt eadem principia , ꝓbatur multipliciter ad mẽtem Ariſt.primo ſic. Punctus eſt principium verorũ ſyllõrum pertinentium ad q̃titatem continuam q̃ conſiderat Geometra.incipit.n.eius conſideratio a puncto, ſicut grammatici a literis. Vnitas aũt quæ eſt principiũ numeri q̃titatiui, eſt principiũ verorum ſyllõrum ptinentium ad q̃titatem diſcretam q̃ conſiderat Arithmeticus.Sed punctus non eſt idem cum vnitate , quæ eſt principium numeri q̃titatiui, qm̃ punctus ſupra indiuiſibilitatem addit poſitionẽ in continuo, vnitas aũt abſtrahit a poſitione, & dicit ſolum ens indiuiſibile in genere q̃titatis,vt tibi declarabit̃ in decimo metaphy. ergo non ſunt eadẽ principia oĩum verorum ſyllõrũ. Secundo ſic,Principia cõia, vt de quolibet eſt vera affirmatio vel negatio , & non contingit idem ſimul eſſe & non eſſe,non ſunt ſufficientia ad oẽm concluſionem demonſtrandam : quia non ingrediuntur demonſtrationem formalr̃,ſed virtualr̃,vt declarãdum eſt ſupra,

ergo

ergo vltra principia cõia, requiruntur principia ꝓpria. Sed diuerſarum ſcientiarum ſunt principia propria diuerſa, diximus.n.ſupra ꝙ vna ſcientia diſtinguitur ab alia propter diſtinctionem ꝓpriorum principiorum. ergo nõ omnium ſylľorum verorum ſunt eadem principia. Tertio ſic. Concluſiones vere diſtinguunť in veras contingentes, vt coruus eſt niger, & in veras neceſſarias, vt triangulus habet tres æquales duobus rectis. Sed contingentes ſyllogizantur per principia contingentia, & neceſſariæ p neceſſaria, aliter non ꝓportionarentur ad inuicem, ergo non oīum verorum ſylľorum ſunt eadem principia. Conſtat.n.non eſſe idem contingens & neceſſarium cum ſint oppoſita.

Quarta cõcluſio.ſ. ꝙ non oīum ſcīarum ſint eadem principia probatur ab Ariſt per rõnes proprias: & primo ſic. Quæritur ſi principia Geometriæ ſunt principia dialecticæ, & ſi principia dialecticæ ſunt principia medicinę, vel non. Si non, ergo non omnium ſcīarum ſunt eadem principia, ſi ſic, ergo concluſiones geometriæ & medicinæ & dialecticæ ſunt eadem, ꝙ conſtat eſſe falſum. probatur conſequentia. Quæcũq; ſunt eadem in tertio ſunt eadem inter ſe. ſicut quæ ſunt æqualia vni tertio, ſunt æqualia inter ſe. Sed ſecundum te, oẽs concluſiones geometrię & medicinę & dialectice, ſunt eadẽ in principijs, ergo ſunt eædem inter ſe. Scđo ſic. Non quælibet concluſio ex quolibet principio indifferenter demonſtrať, ſed determinata ex determinato, puta hæc concluſio. Hõ eſt riſibilis, ex hoc quia eſt rõnalis, & hæc Luna eclipſatur, ex hoc qa interponiť diametraliter terra inter ſolem & lunam, ergo cõſtat ꝙ non omnium ſcīarum ſunt eadẽ principia. Et aduerte ꝙ hic ſemper intendimus de principiis ꝓpriis. Nã quo ad primo prima principia, omnes ſcientiæ conueniũt, quoniam fundãtur in illis, ſed quia non ingrediuntur formaliter demõſtrationem, non ſufficiunt ad demonſtrandum omnes concluſiones. 4. concl.

Tertio ſic. Diuerſorum generum ſcibilium diuerſæ ſunt ſciæ, vt qm̄ q̄tum continuum differt genere a q̄to diſcreto, ideo differt Geometria ab Arithmetica, ergo non omnium ſciarum ſunt eadem principia propria. Probaṫ conſequentia. Nā quia magnitudo differt a numero, iō geometra habet alia principia, quibus demō-ſtrat ſuas concluſiones q̄ habeat Arithmeticus. Principia quidem Geometræ ſunt iſta, a puncto ad punctū lineam ducere contingit. Continuū eſt diuiſibile in infinitū. Oīs tota magnitudo eſt maior ſua parte &c. Principia vō Arithmetici ſunt iſta, numerus eſt multitudo ordinata eſt vnitatibus, partes numeri non copulātur ad vnum terminū cōem. Numeri procedunt in infinitum in aſcenſu, ſed non in deſcenſu &c. Conſtat igiṫ, tibi, ꝙ nō oīum ſciarum ſunt eadem principia ꝓpria.

Scīa ab aliis habitibus differentia.

Quātum ad quintum principale inueſtigandum eſt q̄uo differt ſcīa, quę eſt effectus demōſtrationis ab aliis habitibus intellectus, quales ſunt opinio, & habitus primorum principiorum, q dr̄ antonomaſtice intellectus & ars &c. & ſic quatuor agenda ſunt primo declarandum eſt q̄uo et in quo ſenſu ſcīa differt ab opinione, & ſcitum ab opinato. Pro cuius notitia aduerte, ꝙ opinio poteſt ſumi tribus modis, primo cōiter, & ſic eſt habitus cognoſcitiuus cū aſſenſu, & hoc modo ſe habet ad ſcīam & fidem & opinionem proprie dictā, vt genus ad ſpecies ſuas. Nam ſcīa & fides & opinio proprie dicta cōueniunt in hoc ꝙ eſt eſſe habitū cognoſcitiuum cum aſſenſu, licet diſtinguanṫ ꝓpriis differentiis, vt tibi manifeſtabitur: ſecundo ſumiṫ ꝓprie, & ſic eſt apprehēſio vnius partis contradictionis cū formidine alterius partis, ſ. timēdo ne altera pars ſit vna. In quo ſenſu opinamur hoc anno futuram abundantiā, cum timore tn̄ oppoſiti: tertio ſumiṫ ſtricte, & vt ſic eſt apprehēſio veri contingentis inq̄tum contingēs eſt, & p mediū contingens: & gn̄atur in nobis non per demonſtrationē, ſed per ſyllm̄ topicum. Hac diſtinctione præpoſita ad-

uerte ꝙ ad mentem Ariſt. in 1. poſter. ſcientia differt ab opinione & ſcibile ab opinabili non primo, ſed ſecundo & tertio modo. De primo quidē conſtat, qm̄ diximus ꝙ ſe habet vt genus ad ſpēm, genus autem nō diſtinguitur contra ſpeciem, qm̄ continet eam & prædicatur de illa eſſentialiter. Qđ autem in ſecūdo & tertio ſenſu differat ſicut oppoſitum ab oppoſito ꝓbatur ſicut. Scīa eſt de vli & neceſſario, & acquiritur per medium vle & neceſſarium, opinio aūt eſt de particulari & contingenti & acquirit̄ per medium particulare & contingens, ergo conſtat ꝙ ſciētia differt ab opinione. Conſequentia patet, qm̄ conditiones earum ſunt oppoſitę, ergo differunt. Añs autem declaratum eſt ex ſuperioribus. Dictum eſt.n. ſcīam cauſari ex demonſtratione. Determinatum eſt aūt demonſtrationem eſſe de concluſione vli & neceſſaria, & ex præmiſsis vniuerſalibus & neceſſariis. Opinio vero eſt cauſata per ſyllogiſmum probabilem, cuius cōcluſio & præmiſſæ ſunt contingentes, vt declarabitur tibi in tract. de locis. Cōſtat ergo differentia inter ſcientiam & opinionem, vt arguatur ſic. Sicut ſe habet demonſtratio ad ſyllogiſmum topicum, ſic ſcientia ad opinionē, quia ſicut demonſtratio eſt cauſa ſcientiæ, ſic ſylls topicus eſt cauſa opinionis: ſed demonſtratio diſtinguitur a ſyllogiſmo topico, ergo & ſcientia ab opinione.

Scđo declarandum eſt qūo & in quo ſenſu intendit Ariſtoteles ſcīam differre ab intellectu. Pro cuius notitia aduerte ꝙ apud Ariſt. intellectus ſumitur quatuor modis: primo pro potentia intellectiua, q̃ in Tertio de Anima diſtinguit in intellectum poſsibilem & agentem, ſcđo pro conceptu formato de re intellectu, tertio pro fantaſia ſiue cogitatiua, q̃ in tertio de anima, vocat intellectum paſsiuum, quarto pro habitu primorum principiorum de quo pertractat in. 6. ethicorum. Licet autem ſcīa vt eſt habitus per demōſtrationem acquiſitus differat realiter ab oībus his quatuor modis, qbus

dicitur intellectus.tñ intentio Ariſt.in.1.poſter.eſt manifeſtare qũo differt ab intellectu ſumpto quarto modo: manifeſtatur aũt triplici rõne: primo ſic, intellectus quarto modo ſumptus cum ſit habitus primorũ principiorum, in quibus fundantur omnes ſcĩæ, vt patet in.4.meta.eſt principium ſcĩæ: ſed ſcientia non eſt principium ſcĩæ, quia nihil eſt principium ſui ipſius, aliter idẽ eſſet prius & poſterius: ergo ſcĩa non eſt intellectus quarto modo. Scdõ ſic. Intellectus quarto modo eſt circa indemonſtrabilia, qm̃ cognitio primorum principiorum non acquiritur per demonſtrationem, ſed ſolo lumine intellectus agentis. Vnde ſe habent vt ianua in domo in qua non erratur, qm̃ omnibus patet. Sed ſcĩa eſt circa demonſtrabilia, cum ſit habitus concluſionis demonſtratæ, ergo ſcientia non eſt intellectus. Tertio ſic. Intellectus eſt de propoſitionibus immediatis .i.quæ per nullum medium notius probari poſſunt. Sed ſcientia eſt de propoſitionibus mediatis. Eſt.n.de concluſionibus demonſtrabilibus ex veris & notioribus vt docuimus ſupra, ergo ſciẽtia non eſt intellectus quarto modo ſumptus. Conſtat ergo tibi quomodo differt ſcientia ab opinione & ab intellectu.

Tertio declarandum eſt qũo ſcĩa opinio & intellectus conueniunt & diſconueniunt. Tu igitur aduerte ꝙ iſta tria conueniunt in hoc ꝗ ſunt circa verum, ſed differenter. Nam ſcĩa et intellectus ſunt ſemper circa verum. Opinio aũt eſt circa verum non infallibiliter, ſed non repugnanter Licet.n.contingat ipſam eſſe falſam, tñ non repugnat ipſam eſſe veram. Vnde opinio vt opinio abſtrahit a veritate & a falſitate. Item differunt, quia ſcĩa & intellectus ſunt circa neceſſaria, opinio aũt circa contingẽtia, quæ poſſunt aliter ſe habere. Deinde in ſcĩa fit reſolutio vſq; ad immediata neceſſaria, in opinione aũt vſq; ad immediata ſolum ꝓbabilia, quæ vera videntur aut oĩbus aut pluribus, non tñ ſunt neceſſaria: poſſunt.n.eſſe falſa, vt ꝙ omnis mater diligat filiũ

uum.inuentæ ſunt.n.matres occidentes 'filios,vt Medea. Qđ autem opinio ſit circa contingentia,declarat Ariſt. primo ex eo ꝙ primo aſpectu apparet & eſt in promptu. Nam habitus & obiectum ꝓportionãtur, ſed opinio quæ eſt habitus dicit quid incertum & dubium,ergo eſt circa incerta & dubia: hæc aũt ſunt con tingẽtia poſsibilia aliter ſe habere,ergo opinio eſt circa huiuſmodi cõtingentia. Secundo, quia nullus reputat ſe opinari, ſed firmiter ſcire,qñ de aliquo obiecto exiſtimat ꝙ nõ poteſt aliter eſſe,nec aliter ſe habere, ergo manifeſtum eſt opinionẽ proprie dictam eſſe circa con tingentia,ſcientiam vero circa neceſſaria.

Quarto declarandum eſt ſi de eadem re, vel de eodem obiecto,puta de æternitate mundi põt haberi ſcĩa & opinio. Tu igitur aduerte ꝙ Ariſto. in.1.poſter.per quatuor concluſiones reſoluit propoſitum.

Prima eſt. Scĩa & opinio nõ poſſunt eſſe de eodem obiecto ſimpľr. Probatur ſic. Sicut ſe habent opinio vera & opinio falſa, ſic ſcĩa & opinio ex conuenienti ſimilitudine.Sed de eodem obiecto ſimpľr non põt ſimul haberi opinio vera & opinio falſa, ergo necꝫ ſcĩa & opinio Ma.patet,qm̃ ſicut opinio vera & falſa opponuntur,ſic ſcĩa & opinio, eſt.n ſcientia cognitio certa, opinio aũt eſt cognitio dubia & incerta, vt docuimus ſupra Minor aũt ſic ꝓbatur. Sicut ſi ſignificatum propõnis veræ eſſet ſignificatum ꝓpõnis falſæ, ꝓpoſitio vera eſſet ꝓpõ falſa,ita ſi de eodem obiecto ſimpľr .i.vt ſtat ſub vna conſideratione & vna rõne formali eſſet opinio vera & falſa,opinio vera eſſet opinio falſa, ꝙ eſt impoſsibile,qm̃ implicat contradictionem,ergo de eodem obiecto ſimpľr nõ põt haberi ſimul opinio vera & opinio falſa, ex cõſequenti de eodem non põt haberi ſimul ſcĩa & opinio. Præterea declarabitur tibi in ſecundo de aĩa qđ habitus & actus diuerſarum rationum, accipiũt diſtinctione a diſtinctis obiectis formalibus,cum igitur ſcĩa & opinio,ſcire & opinari ſint

habitus & actus diuerſarum rōnum, nō ſtat diſtinctio inter eas, ſi de eodem obiecto ſimpliciter, i. ſecundum eandem rōnem formalem poſſet haberi ſcientia & opinio. Propterea dicit Ariſtoteles in. 1. poſteriorum qđ eiuſdem opinio & ſcientia non omnino eſt

Secunda eſt. Scīa & opinio poſſunt eſſe de eodem obiecto quodammodo, i materialiter & non formaliter ſumpto. Sumitur autem mālr qn̄ conſideratur vt res puta diameter vt diameter, ſumitur vero formalr qn̄ conſideratur vt ſtat ſub tali vel tali prædicatio: & hæc diſtinctio coincidit cum illa, qua dr̄ ꝙ obiectum ſcientiæ & opinionis pōt ſumi incomplexe, & hoc eſt ſumere materialiter, puta homo, linea, triāgulus, & poteſt ſumi complexe, & hoc eſt ſumere formaliter, puta Diameter, vt cōmenſurabilis, homo vt corruptibilis, mundus vt perpetuus Stante hac declaratione ꝓbatur ſic concluſio. De eodem obiecto mālr ſumpto habet̄ vera, & falſa opinio, ergo de eodem pōt haberi ſcīa & opinio. Patet conſequentia ex ſilitudine ꝙ̄ declarauimus in concluſione prçcedenti. Ans autem probatur. Nam de diametro poteſt quis opinari ꝙ eſt incommē ſurabilis coſtæ, & hæc eſt vera opinio, qa ſic eſt vt opinatur, & de diametro poteſt alius opinari ꝙ eſt commenſurabilis coſtæ, & hæc eſt falſa opinio, quia aliter eſt quam opinatur, ergo de eodem eſt vera et falſa opinio, quia de diametro, dummodo non conſideretur ſub eodem prædicato, ſed ſub diuerſis cōplexis, quorum vnum eſt hoc, Diameter eſt cōmenſurabilis, alterum eſt hoc, Diameter eſt incommenſurabilis. Eodem modo dicendū eſt ꝙ de eodem mālr ſumpto ſm diuerſam rationem poteſt haberi ſcīa & opinio. Nam ſi qs exiſtimet hominem ita eſſe animal rōnale ꝙ non poteſt aliter eſſe habet ſcīam huius complexi, homo eſt animal rationale: ſi autem alius exiſtimet hominem ita eſſe animal rōnale, ꝙ poteſt aliter eſſe habet opinionē de eodem complexo. Conſtat aūt qđ exiſtimare non

poſſe aliter eſſe; & exiſtimare poſſe aliter eſſe, ſunt diſtinctæ & oppoſitæ rōnes formales. Patet igit̄ q̄uo de eodem obiecto ſumpto incōplexe pōt eſſe ſcīa & opinio per reſpectum ad diuerſa p̄dicata. Et ſi ſumat̄ complexe, etiam reſpectu eiuſdē prædicati, ſed ſm diuerſam rōnem formalem. Et in vtroq; ſenſu verum eſt dicere ꝙ de eodem obiecto materialiter & non formal'r ſumpto poteſt eſſe ſcientia & opinio.

Tertia concluſio eſt Impoſsibile eſt eundem hoīem puta ſortem ꝑ eodem tempore habere ſcīam & opinionem de eodem obiecto formaliter ſumpto, i. ſcd̄m idem prædicatum, & ſecundnm eandem rōnem: probatur, Si ſortes ſcit triangulū habere tres æquales duobus rectis, tenet pro certo non poſſe aliter eſſe, & ſi ꝑ eodem tempore opinatur idem, nō tenet pro certo ſic eſſe, quia non ſtat opinio cum totali certitudine, cū ſit contra diffinitionem opinionis ꝓprie ſumptæ: ergo in eodem intellectu ſtant ſimul cōtradictoria de eadē concluſione. ſ. omnimoda certitudo, & nō omnimoda certitudo, hoc aūt eſt contra principium primum, ꝙ eſt hoc, Impoſsibile eſt idem ſimul eſſe, & nō eſſe: ergo cōcluſio vera Dixi ꝑ eodem tempore, qm̄ pro diuerſo tempore, id non incōuenit. Poſsibile eſt enim ꝙ ſortes addiſcens opinetur triangulum habere tres, non rōne ductus, ſed quia aſſentit Euclidi ſic dicenti. Quando autem geometriam iam didicit, ita quod ſciat demonſtrare triangulum habere tres æquales duobus rectis, tunc de eadem concluſione habebit ſcientiam, de qua prius habebat ſolum opinionem.

Quarta cōcluſio eſt, poſsibile eſt diſtinctos hoīes puta ſortem, & Platonem de eodē obiecto reſpectu eiuſdem prædicati, puta de hoc cōplexo, triangulus habet tres æquales duobus rectis, ꝑ eodem tempore habere ſcientiam, & opinionem: probatur, Stat ꝙ Sortes habeat de illa concluſione rōnes neceſſarias, vtpote iā factus geometra, ſcit eam demonſtrare. Stat ꝙ pro eo

dem tempore Plato incipiat addiſcere geometriam, & exiſtimet eandem concluſionem eſſe veram, non quia ſciat eam demonſtrare, ſed quia audit eã eſſe famoſam apud geometras: ergo de eadem cõcluſione ꝓ eodem tempore ſortes habet ſcientiam, & Plato opinionem. Conſtat igitur tibi, quomodo de eodem obiecto habetur ſcientia & opinio, & quomodo non.

Hæc igitur dicta ſint de diſtinctionum ſciæ ab opinione, & intellectus. De diſtinctione, autem habituum intellectualium completa, quõ.ſ. diſtinguantur in rõnem, i. opinionem & ſciam, & intellectum, & artem, & prudentiam, & ſapientiam, Ariſt. pertranſit dicens, qđ hæc quidem, ſ. ſcia intellectus opinio, & ſapientia ſunt phyſicæ conſiderationis. Spectant.n. ad Librum de Aia, vbi agitur de intellectu. Illa vero, ſ. ars, & prudentia ſpectant ad ethicam. Vnde Ariſt. in lib. 6. Ethicorum pertractat de eis diffuſe, & nos de his oĩbus cõſiderationem fecimus reſolutam in epithomatibus noſtris ſuper ethicam in lib. 6. vt videre poteris. Vbi peregrinus de partibus prudentiæ, & qm̃ ſolertia ſpectat ad prudentiam, ſicut & cuſtochia, de qua Ariſto. vix verbum fecit in ſexto ethicorum. iõ ne ignota tibi remaneat, diffinit eam in fine primi libri poſteriorum, et declarat multiplici exẽplo. Diffinit aũt ſic. Solertia eſt ſubtilitas quædam in non proſpecto tẽpore medij. Et intendit ꝙ ſolertia eſt v rtus inuentiua medij ad concluſionem in tẽpore in perceptibili, i. ſtatim. Vnde in ſexto ethicorum diffiniuimus eam ꝙ eſt idoneitas cito inueniendi mediũ, & ſm Ariſt. ille eſt maxime ſolers, qñ cito cognoſcit cauſas medias, & ſcit expedite reducere in vltimas. Qđ declarat Ariſt. triplici exemplo. Primũ eſt hoc. Si qs videt lunam ſplendere ſemper verſus ſolem, ſtatim intelligit ꝙ hoc eſt, quia recipit lumen a Sole, hic dr̃ ſolers ſolertia ſpeculatiua: ſecundum eſt hoc, Si quis videt pauperem, & diuitem litigantes ſimul, & ſtatim intelligit ꝙ hoc eſt, qa diues pauperi pecuniam

Solertia quid ſit.

accommodauit, dicitur ſolers practicæ: tertium eſt, Si quis videt duos ante inimicos, ꝙ nunc factos amicos, & ſtatim intelligit ꝙ hoc eſt quia talis, vel talis pacificauit eos, vel q̃a concorditer conuenerunt, vt perſequantur, & confundant alium, dicitur ſolers practicæ Conſtat igitur tibi, quid ſolertia ſit, et ſolers. Sed aduerte ꝙ ſicut eſt duplex iuſtitia, & temperantia. ſ. naturalis, & acquiſita naturalis quidem eſt qua quis a natiuitate inclinatur ad opera iuſta, & tempore viuendum, acquiſita autem eſt qua quis ex frequẽtitatis actibus, & longo exercitio efficitur iuſtus, & tẽperatus. ſic duplex eſt ſolertia. ſ. naturalis, & acq̃ſita, naturalis quidem eſt ingenij ſubtilitas innata ſequens aïam intellectiuã dum corpori infunditur, qua idoneus eſt homo ad ſubito inueniendum mediũ ꝑ aliqua concluſione deducenda tam practica q̃ ſpeculatiua, & hic dicitur nãlr promptus ad ſpeculandum, vel prudenter negociandũ, cui opponitur tardus, & ebes ingenio ex ſui genitura. Acquiſita aũt eſt promptitudo ingenij cauſata longo exercitio practico vel ſpeculatiuo ad inueniendum cito media opportuna, prout occurrit. Hanc ſolertiam habent veterani milites. et experti medici, et exercitati gubernatores reipub. Hæc de præſenti cap. dicta ſint.

De Medio demonſtrationis potiſſimæ. *Cap. 13.*

IN hoc cap. inueſtigandum eſt de medio demonſtrationis potiſsimæ, & hic cõplebimus conſiderationem noſtrã ꝑ nouitiis de ſyllͦ demonſtratiuo relinquentes difficiliora lecturæ libri poſteriorum pro adultis. Tu igiẽ aduerte, ꝙ in doctrina Ariſt. vnum clarum eſt, ſ. diffinitionem eſſe medium. Nã, quia demonſtratur paſsio de ſubiecto, vt riſibile de hoïe, & demonſtratio potiſsima eſt per cãm, illud erit medium, ꝙ eſt cauſa concludendi paſsionem ineſſe ſubiecto. Hoc aũt eſt diffinitio. Nam quia homo eſt animal rõnale, iõ eſt riſibilis. Vtrum aũt hoc medium ſit diffinitio ſubiecti tantum, vel paſsionis tm̃, vel aggregatum ex vtraq;,

vel vtraq; quoddam ordinem, non vr̃ clarium apud Ariſ.& iõ hinc ꝓceſſerunt variæ expoſitorũ ſnĩæ, inter quos eſt lynconiẽſis.& Egidius,& B.Th quorũ ſnĩas hic recitabimus, ſed determinabimus ſm mẽtẽ B.Th.

Lynconienſis tenuit mediũ in demonſtratione potiſſima eſſe diffinitionem ſubiecti,& non paſsionis,ꝙ vr̃ eſſe de mente Ariſ. in prologo primi de anima, vbi inquit ꝙ ipſum ꝙ quid eſt, principium eſt oĩs demonſtrationis,& ꝙ diffinitiones, per quas non apparet cã accidentium, ſ.propriorum ſubiecti, ſunt dialectice,& vanæ: & in.4.phyſi.dicit Ariſto. ꝙ tunc pulcherrime vnumquodq; diffinitum eſt, cũ ex illa diffinitione apparet cauſa accidentiũ in ſubiecto: intendit ergo Ariſt. ꝙ diffinitio ſubiecti dicat cauſam propter q̃ tale accñs proprium conuenit tali ſubiecto, puta riſibile homini, habere tres triangulo. Sed illud ꝓpter ꝙ ineſt ꝓprium ſubiecto eſt medium in demõſtratione, ergo diffinitio ſubiecti eſt huiuſmodi medium. Et confirmatur, qa dicit Ariſt.in.2.Poſter.ꝙ medium in demonſtratione dicit quid,& ꝓpter, quid,& hoc cõpetit diffinitioni ſubiecti. Nam eadem diffinitio dicit qd reſpectu ſubiecti ſi enim interrogatur quid eſt homo, rñdetur quod eſt animal rõnale, ſi autem quæritur propter quid homo eſt riſibilis, rñdetur quia eſt rõnalis, & vt ſic dicit propter quid reſpectu paſsionis. Hæc fuit ſnĩa lynconiẽſis, quæ vt vera defendetur infra ꝓ q̃to tenet diffinitionẽ ſubiecti eſſe mediũ in demonſtratione potiſsima. Pro quanto aũt excludit diffinitionem paſsionis non ſuſtinebitur, qm̃ id repugnat doctrinæ Ariſt. vt tibi declarabitur præcipue in doctrinis mathematicis.

Egidius autem in.2.poſte.tenet abſolute contra lynconienſem, ponens hanc concluſionẽ. Diffinitio paſsionis, & non ſubiecti eſt mediũ in demõſtratione potiſſima, q̃ ſic probat. Sciæ mathematicæ ſunt in primo gradu certitudinis ſm Commentatorem in ſecũdo mathematicæ, ſed illæ non demonſtrant cõcluſiones ſuas

per diffinitionem ſubiecti, ſed paſsionis, ergo non diffinitio ſubiecti, ſed paſsionis eſt mediũ in demõſtratione potiſsima mi. probatur. Nã geometra ꝓbans triangulum habere tres ęquales duobus rectis, non aſſumit diffinitionem ſubiecti, ſed prædicati ſic demonſtrans, Oĩs figura habens angulum extrinſecũ ęqualem duobus intrinſecis ſibi oppoſitis, habet tres æquales duobus rectis: ſed triãgulus eſt talis figura, ergo &c. ergo conſtat ꝙ apud mathematicum diffinitio paſsionis eſt mediũ in demonſtratione potiſsima. Sed aduerte qđ Ariſt. in. 2. poſte. nõ ſolum in mathematicis, ſed etiam in phyſicis manifeſtat paſsionsm demonſtrari de ſubiecto per diffinitionem paſsionis, & non ſubiecti. Dicit enim ꝙ ſi quæratur propter quid Luna eclipſatur, rñdetur ꝙ propter interpoſitionem terræ inter Solem, & Lunam. hæc aũt eſt diffinitio eclipſis, quę eſt paſsio in Luna. Item ſi quæratur propter qd inter vocẽ acutam, & grauem inuenitur conſonantia: rñdeť, qa inter eas datur ꝓportio numeralis, hęc aũt eſt diffinitio conſonantiæ. Cum igitur Ariſt. tam in mathematicis q̃ in phyſicis ſiue in ſcientiis mediis, quales ſunt aſtrologia & muſica, exẽpla fiant de diffinitione paſsionis, & non ſubiecti, ſignũ euidens eſt, ꝙ eius mens fuit diffinitionẽ paſsionis, & non ſubiecti eſſe mediũ in demõſtratione potiſsima. B. Tho. in. 2. poſteriorum, lec. prima, tenet ꝙ non ſola diffinitio paſsionis, nec ſola diffinitio ſubiecti, ſed vtraq; eſt medium ſufficiẽs in demonſtratione potiſsima. Hanc igitur opinionem vt veriorem declarabimus & ſuſtinebimus. Pro eius declaratione aduerte qđ hæc opinio poteſt habere duplicem ſenſum. Primus, ꝙ vtraq; diffinitio non vt diſtincta, ſed vt qd aggregatum ex vtraq; ſit medium. Verbi gratia. Medium ad demonſtrandum riſibile de homine, ſit hoc totum, Animal rationale aptum natum ridere, cuius quidem pars prima eſt diffinitio hominis, pars autem ſecunda eſt diffinitio riſibilis. Sunt igitur aliqui dicen-

tes hoc totum eſſe vere medium, & hanc eſſe mentem Ariſt. & B. Tho. Qđ probant ſic, Illud eſt vere medium in demonſtratione potiſsima, ꝙ eſt maxime immediatum, & maxime ꝓprium: ſed tale eſt aggregatũ ex diffinitione ſubiecti, & paſsionis: ergo &c. Ma patet. Nã declaratum eſt ſupra ꝙ demonſtratio eſt ex ꝓpriis, & immediatis. Mi. autem ſic probatur, tale aggregatum eſt maxime immediatum ſubiecto, rõne diffinitionis ſubiecti, & eſt maxime ꝓprium rõne diffinitionis paſsionis. Qđ ſi eſſet ſola diffinitio ſubiecti, non eſſet maxime ꝓpria paſsioni, & ſi eſſet ſola diffinitio paſſionis, non eſſet maxime immediata ſubiecto. Vt ergo ſeruetur maxima immediatio reſpectu ſubiecti, & maxima proprietas reſpectu paſsionis, oportet aggregatum ex vtraq; diffinitione eſſe medium. Præterea, medium in demonſtratione potiſsima dicit quid & propter quid ſm Ariſto. in. 2. poſter. Sed aggregatum ex vtraq; diffinitione dicit quid de ſubiecto per diffinitionem ſubiecti, & propter quid de paſsione propter diffinitionem paſsionis, ergo tale aggregatũ rõnabiliter eſt medium in demonſtratione potiſsima. Sed iſti ſic tenentes, deuiant a mẽte Ariſt. Nam docuimus ſupra, ꝙ ſcđm eum aliqua diffinitio eſt principiũ demonſtrationis puta ea quæ datur per formam aut finem, & aliqua eſt concluſio, Puta ea quæ datur per materiam, hæc. n. demonſtratur per formalem, ſicut demõſtrauit Ariſt. demonſtrationem eſſe ex veris primis, & immediatis &c quia eſt ſylls faciens ſcire. Aliqua aũt eſt tota demonſtratio poſitione differens, vt ea quæ aggregaſ ex diffinitione ſubiecti, & paſsionis, ſicut iſta. Animal rõnale aptum natũ ridere, aut aggregata ex pluribus diffinitionibus ſubiecti, vt iſta, Ira eſt accenſio ſanguinis circa cor ex appetitu vindicte. Modo arguitur ſic. Qđ eſt tota demonſtratio. non eſt medium, neq; principium demonſtrationis: ſed ſm Ariſt. diffinitio compoſita ex diffinitione ſubiecti, & paſsionis eſt tota de-

monſtratio poſitione differens: ergo nõ eſt medium, nec principium demõſtrationis. Præterea, ad mentem Ariſto. in. 2. poſte. medium in demonſtratione potiſsima debet eſſe diffinitio ſubiecti, et paſsionis non eſt diffinitio, ſed vt alicuius vnius diffiniti. Sed diffinitio aggregata ex diffinitione ſubiecti, & paſsionis nõ eſt diffinitio vnius diffiniti, ſed pluriũ, vt patet, ergo &c. ex quo ſequitur ꝙ licet ſit incõueniẽs demonſtrare aliqd ꝑ diffinitionem aggregatam ex diffinitionibus pluriũ diffinitorum, non tñ eſt inconueniens qñ talis diffinitio eſt aggregata ex pluribus diffinitionibus eiuſdem diffiniti. V. G. hæc concluſio, homo eſt diſciplinabilis, & docibilis põt conuenienter ſed demonſtrari, omne animal rõnale cõpoſitum ex humano corpore & aïa intellectiua, eſt diſciplinabile, & docibile, homo eſt tale animal, ergo &c. Error igiť ſic ſentiẽtium hinc ꝓceſsit, ꝙ crediderunt ita conueniẽter poſſe demonſtrari aliq̃ paſsionem de ſubiecto per diffinitionẽ aggregatam ex diffinitione ſubiecti & paſsionis, ſicut cõuenienter, demonſtrari poteſt per diffinitionẽ aggregatam ex pluribus diffinitionibus ſubiecti, vel paſsionis.

Relicta igiť hac opinione aduerte, ꝙ ſecũdus ſenſus p̃dictæ poſitionis talis eſt, mediũ demonſtrationis potiſsimæ eſt vtraq; diffinitio, ſ. ſubiecti, & paſsionis non vt aggregata, ſed vtraq; vt diſtincta, et quodã ordine. Pro cuius euidentia aduerte, ꝙ oportet primo demonſtrare paſsionem de ſubiecto ꝑ diffinitionẽ paſsionis. V. G. hæc concluſio, hõ eſt riſibilis, primo ſic demonſtranda eſt, omne aptum ridere eſt riſibile, hõ eſt aptus natus ridere, ergo hõ eſt riſibilis. Sed hęc diffinitio paſſionis non ſufficit, qm̃ vtraq; præmiſſa in demonſtratione potiſsima debet eſſe vel reduci ad immediata. Cõſtat aũt ꝙ in demonſtratione p̃poſita licet maior ſit immediata, qm̃ inter diffinitionẽ paſsionis & paſsionem nullum datur mediũ, ſicut nec inter diffinitionẽ, & diffinitum, tñ minor nõ eſt immediata, qm̃ inter ſubiectũ,

& diffinitionē paſsionis cadit diffinitio ſubiecti. Vnde minor ꝓbanda eſt per diffinitionē ſubiecti hoc modo, Omne aīal rōnale eſt aptum natum ridere, homo eſt animal rōnale, ergo homo eſt aptus natus ridere. & ſic patet quo ordine tam diffinitio paſsionis ꝙ diffinitio ſubiecti ſint mediū in demonſtratione potiſsima, & ꝙ hoc modo vtraqꝫ p̄miſſa ſit immediata. Et hęc fuit mēs B. Th. vt patet in. 2. poſte. lect. prima, & eſt ad mētem Ariſt. cuius ſignum ſumit̃ ex hoc, ꝙ in. 1. poſte. tractās de p̄cognitionibus dixit, ꝙ oportet p̄cognoſcere quid eſt non ſolū de paſsione, ſed etiā de ſubto, ꝙ nō oporteret niſi paſsio concluderet̃ de ſubto ꝑ diffinitionem, deinde diffinitio paſsionis concluderet̃ de ſubto ꝑ diffinitionem ſubiecti. Qđ manifeſtat̃ ſic, ſi volo demonſtrare hāc triangulus habet tres ęquales duobus rectis, accipiam primo primū ꝓ medio, ꝙ eſt figura habens angulum extrinſecū ęqualē duobus intrinſecis ſibi oppoſitis, & hoc eſt veluti diffinitio paſsionis, ꝙ rurſum demonſtrādum eſt per diffinitionē ſubiecti. i. trianguli arguendo ſic. Oīs figura recti linea tribus lineis contēta habet angulū extrinſecū ęqualem duobus intrinſecis ſibi oppoſitis: ſed triangulus eſt figura recti linea &c. ergo &c. Hæc ſnīa videtur verior, & magis ſufficiens, vtpote media concordans cum Lynconienſe, quo ad diffinitionem ſubiecti, & cū Egidio quo ad diffinitionem paſsionis. Diſcordat aūt a Lynconienſe in hac excluſiua. Tm̄ diffinitio ſubiecti eſt mediū in demonſtratione potiſsima, & ab Egidio diſcordat in hac excluſiua, ſolū diffinitio paſsionis eſt mediū &c. Hæc de p̄nti cap. dicta ſint, & hic terminat̃ tract. de ſyllō demōſtratiuo, quem ordinauimus vt introductoriū ꝓ nouiciis ad eam, quæ eſt apud Ariſt. doctrinam in libris poſteriorum. Erat mihi ꝓpoſitum poſt tractatum de ſyllō demonſtratiuo, formare tractatum de ſyllō dialectico correſpondentem libris topicorū, Deinde tractatum de ſyllō ſophiſtico correſpōdentem libris Elęchorum.

Verum quia Petrus Hiſpanus duos tractatus clare, & ſubtiliter diſpoſuit, quorum primum tractatum de locis nuncupauit, ſecũdum autem tractatum de fallaciis, quem etiã habemus editum a diuo Thoma, ideo propoſitum mutaui, remittens nouicios ad prædictos authores. Laus Deo omnipotenti in ſempiterna ſecula.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Compendij totius Logicæ Magiſtri Chriſoſtomi Iauelli. Finis.

REGISTRVM

ABCDEFGHIKLMNOPQRSTVXYZ
AA BB CC DD EE FF GG HH II KK
LL MM NN OO PP.

Omnes ſunt Quaterniones.



Venetiis apud Hieronymum Scotum.

M D LIIII

C.

PANDIMIGLIO
21 DIC. 1970
LEGATORIA - ROMA